



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesv Christi Homeliae quinquaginta sex, Theoremata  
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem  
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.  
Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum  
festiuitatibus habitae

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIII**

Conciones Paræneticæ in præcipuis anni Sanctorumqúe festiuitatibus  
habitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

# D. IOANNIS IVSTI LANSPERGII CARTHVSIA-

NI, CONCIONES PARÆNETICÆ,

QVAS IN PRAECIPVIS ANNI SANCTORVM-

quæ festiuitatibus habuit ad monastici po-  
tissimum instituti pro-  
fessores.

IN SOLENNITATE NATIUITATIS DOMINI  
nostri Iesu Christi.

*Quæ pax promittatur hominibus bonæ voluntatis, & quomodo Christo de-  
beamus conformari. Sermo I.*



*Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ vol-  
untatis. Luca II. Charissimi Fratres, nato Saluatore  
nostro cœlestis exercitus Deo gloriam, hominibus  
verò, non quibuslibet, sed bonæ voluntatis, cecinit  
pacem.*

Et rectè quidem gloria Deo cantatur, quippe qui  
solus potens, solus bonus, solus sanctus, solus habet  
immortalitatem, solus est cui debetur omnis honor  
& gloria, tametsi homo quoque insipiens illam ap-  
petit indignè, cum sit lutum & nihil, diligens nimis

vanitatem, quærens mendacium, & frustra apponens magnificare seipsum  
super terram, cum ante se Deum videat humiliatum, atque sub forma serui  
exinanitum, natum videlicet in fantulum, vbera virginis lactentem, patris  
inuolui, in præsepio reclinari, frigoribus & inædia affigi. *Gloria* igitur  
*in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Adam vbi es? Non modo  
dicere habes? Audiui Domine vocem tuam, & timui, & tui, & abscondi me. Ecce  
quem fugiebas, vagit infans, requiescit in sinu matris, quærit reconciliari,  
nescit irasci, etiam bona vult voluntate placari. Pax, inquit, hominibus bonæ  
voluntatis. Noli ab eo fugere. Accede potius & formam exemplarq; bene vi-  
uendi (adhoc enim natus est) in eo discere. Imitare humilitatem nascentis in  
stabulo, sectare paupertatem iacentis in præsepio, amplectere mansuetudinè  
in matris gremio recumbentis, admirare charitatem pro te vagientis. Si in  
his minus potes, ora infantem, vt possis. Nam etsi matris vbera fugat, te ta-  
men & mundum vniuersum gubernat. Excita in te bonam voluntatem, de-  
uotionis exercitium, studium imitandi, quandoquidem pax est hominibus,  
non solum magnorum operum, sed bonæ etiam voluntatis. In omni loco, in  
omni tempore, in omni statu, omnes homines optant pacem. Quam pacem?  
Vt nihil illis desit eorum quæ volunt, nihil adsit quæ nolunt. Hanc pacem  
charissimi fratres nolite quærere in hoc seculo, in quo tota vita hominis est  
militia, labor & afflictio spiritus. In futura autem vita hanc inueniemus: Non  
est in*

Marc 10.  
1. Tim 6.  
1. Cor. 16.

Esaia 64.  
Psalm. 4.  
Phil. 2.

Luca 2.

Gen 3.

Virtutum  
splendor  
quantus e-  
micet, in  
nascente  
Christo.

Pax quanta  
ab Angelis  
hominibus  
promittatur  
August.

est in hoc mundo hæc pax quærenda : nec bonæ est voluntatis optare ac niti, vt omnia tibi secundum tuam voluntatem eueniant, sed potius quicquid euenit, discendum tibi est ferre, & propter Deum velle. Et si quid occurrit fortasse triste, quod propter seipsum non fuerit optabile, propter Deum fiat optabile & desideratum. Itaque non est pax in non sentiendis, sed in æquanimiter tolerandis aduersis. Quid ergo (quisquis es) conqueri potes, te non posse habere pacem? Si quæris euadere aduersitatem, nusquam pacem inuenies. Nam si aduersitatis impatiens es, intolerantiâ tua comitatur te, & extra pacem, vbi cunq; fueris, constituet te. Ad te ipsum igitur redi, & hostes tuos inter nos, impatientiam dico tuam, voluntatem propriam, priuatam amoris in te occide. Quæ pace adeptamolestia quæ foris occurrunt, non erunt moleste, quia id vnde esset molestæ: in te mortuum est. Quocirca fratres charissimi, si multo nobis tempore condescenditur, si acquiescitur desiderijs nostris, si portamur & supportamur, si paritur nobis, vt nihil quod nobis contrarium est, fiat, nemo nos molestet, non est pax vera nec stabilis. Vera pax in sola sui ipsius abnegatione consistit. Quanto te ipsum abnegaueris, tanto pacem senties maiorem. Quanto autem propria in te dominatur voluntas, tanto à vera pace semper eris distantior. In omni igitur pressura, sub omni molestia cogita, quia sine Deo nihil sit: & eius amore patientiam habe, contemptum aut iniuriam dissimula. Esto quasi surdus & non intelligens. Sine alios exultare, si te humiliauerint, si te presserint, tu cum his qui oderunt pacem, esto pacificus, quia pax non impijs, sed hominibus bonæ voluntatis. Charissimi fratres, dies hic pacis & reconciliationis est. Deus enim & homo in Christo vnum facti, signat quod recordatus Dominus misericordiam suam, iustitiam quasi seposuerit, & in mansuetudine saluare venerit animas nostras. Nulla ea propter in nobis resideat similitas, nullus rancor. Nec tamen sufficere peccanti ignoscere, nisi eum à quo offensus es, etiam dilexeris. Non potes dicere: Ego non loquar illi, non occupabo me penitus cum illo, fugiam vbi ille fuerit. Quare hoc non licet? Quia constituit tibi Deus mensuram & modum cum proximo tuo, quæ faciet ipse similiter tecum. Quomodo tu te exhibueris fratri, ita se tibi exhibebit Deus. Dicis itaque: Nolo colloquium, nolo communicationem habere amicitiam cum hoc homine. Si gratia & amicitia Dei carere posses, forsitan hoc vitium esset dissimulandum. Vitium dico, quia si etiam non Deum, naturam tamen ipsam offenderet. Non vis consuetudinem seu conuersationem (vt aiunt) habere, cum fratre, faciat & hoc tibi Deus. Nam qua mensura mensus fueris, remeietur tibi: & qualem exhibueris te proximo, talem tibi facies Deum. Et quid si Deus quoties propterea dicat tibi: Ego me non intromittam de te, nihil tecum habeo? Verè nihil habet nobiscum Deus, sed nos habemus cum eo: quia ipse sine nobis perfectus est, non nos sine illo. Ipse seruitio nostro non eget, sed nobis necessarium est, vt seruiamus ei. Et quamuis ita sit, charitas tamen eius non sinit illum, quin habeat etiam agere nobiscum. Itaque, si offendit te frater, offendisti & tu Deum. Si in gratiam redire vis cum Deo, reconciliare & tu proximo. Si offendit proximus, aut fortasse solum tu ita accipis in corde tuo, quasi te offenderit proximus, cogita quia tu Deum quotidie offendis multifariam, qui pro te non solum natus, sed etiam est & mortuus. *Diligamus igitur non solum lingua, sed opere & veritate.* Communia

Pacem nequaquam consistere in non sentiendis sed in æquanimiter tolerandis aduersis. Pax stabilis quo pacto obtineri possit. Pax vera in quo sita sit.

Psal. 37.

Psal. 119.  
Esaia 48.  
Luca 1.

Medelam vt frustra petat à Deo qui fratri suo seruat iram. Luc. 6.

1 Pet. 3.  
1 Ioan. 3.

T c

signa

Charitatis  
signa pro-  
ximo nega-  
re, vt fas nō  
sit.

signa charitatis non licet proximo negare, nisi cum amissione ipsius charitatis. Non oportet hic ad singularia descendere, quia nemo est qui ex corde suo non sentiat, quæ sint indicia dilectionis, quæ rancoris, tametsi rancor ipse palliet se sub specie aliena, & mentiatur zelum atque virtutem. At videt Deus, qui scrutatur renes & corda, penetrans & inuestigans intima nostra, inuulgens motus intentionesque animorum & medullas cogitationum.

Sollicitudo  
cuiuslibet ha-  
benda que sit

Charissimi fratres, sit occupatio nostra circa Christum: cura nostra de, quomodo nihil contra beneplacitum eius agamus, quomodo nihil negligamus, quomodo eius beneplacitum discamus, eius honorem promoueamus, eius irreuerentiam auertamus. Sit nostra sollicitudo, quomodo nobis distractionis & inutilium cogitationum occasionem non præbeamus, quomodo ledenda charitatis materiam nemini tribuamus, quomodo turbationis, suspicionis, indignationis, amaritudinis & si quid eiusmodi est vitiorum, à nobis, & si fieri potest, à fratribus quoque, ne demus occasionem, excludamus, zelatur vnusquisque puritatem sui cordis. Nam pro aliorum contumacia & pro sui emendatione nunquam zelari, quanta est cæcitas? Aliorum delictus explorare, in aliorum actus oculatum esse, seipsum non perspicere, quanta iniquitas? De coquina inuestigare, de sibi non commissis animam negligere, de actibus alienis & rumoribus inquirere, de spiritualibus & animæ profectu nihil sollicitum esse, pro vitiorum extirpatione curam non agere, rebus diuinis non affici, fabulationibus & inutilibus recreari, & vacare, quanta infirmitas, ne dicam carnalitas? Hæc charissimi idem recensere, non quod hæc inesse vobis dicam, sed quod cauenda præmoniam. Nam de maioribus vitijs, vt sunt murmuratio, detractio, conspiratio & eiusmodi, superfluum atque indignum puto, præsertim in hac solemnitate, loqui. Hoc tantum dico vt moneam, nihil nobis post hæc commune debet esse cum vitijs, qui in puero Iesu nobis nato habemus exemplum & formam virtutis. Huius imitemur humilitatem, quæ est & gloriam non querere, & contemptum acquiescens nimitè ferre. Huius sequamur paupertatem, quæ est penuriam atque defectum patienter sustinere, & extra Deum nullam etiam creaturam amare.

Virtutum  
exemplum  
& forma in  
puero Iesu.  
Humilitas  
quid.  
Paupertas  
quid.  
Obedientia  
quid.  
Mititas quid

Huius imitemur obedientiam, quæ est etiam non iussa, imò placita quæcumque superiorum præueniendo desideranter, & nullam electionem aut voluntatem quam Dei ac superiorum, velle habere. Huius amplectamur mititatem, quæ est non solum contumeliam nullam inferre, sed etiam sibi irrogatam non retaliare, non vlcisci, sed patienter tolerare & obliuisci. Cuius charitatem & cæteras virtutes vt mereamur imitari, abscondamus à nobis occupatiōem atque occasionem non proficiendi, atque continuè orando, continuè ad Deum gemendo ei vim faciamus, vt vel importunitate nostra victus dignetur nobis largiri, quo illi debeamus conformari. Statutorum patrum sanctorum obedientia, religionis, disciplina, cæremoniarum ritus ac obseruantias & cætera id genus monastica, quilibet modica, non negligamus, absit vt contemnamus. Nam si ea quis paruipendit, quia sunt modica, ipse se accusat, quia nec seruat maiora. Nam interna deuotio, amor ad Deum, charitas ad proximum, obedientia ad prælatum, zelus obseruantia, custodia disciplina, castitium religionis, quando probabuntur, aut credi possunt alicui inesse, si nec

Qui in reli-  
gione modica negli-  
git, maiora  
seruare ne-  
quit.

ea ibi cernuntur, quæ manifesta debent lucere foris? Nemo se fallat, nemo decipiat, nemo credat se devotum, nisi ad quæcunque Deo placita inuenerit se feruentem ac promptum. Nemo se putet religiosum, qui linguæ suæ non posuerit frænum. Nam *qui non refrænat linguam suam, huius vana est religio*. Nemo se arbitretur spiritualem, si in corde portet amaritudinem. Nam si inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis? Hæc charissimi fratres sæpe dicenda sunt, quia salutaria sunt. Acerba sunt fortasse hæc quibusdam auditu, verum acerba est etiam quæuis medicina, fructum tamen adfert sanitatis. Declamationes & commendationes virtutum audiuntur fortasse libentius, at vitiorum mortificationes tam est salubre doceri, quam necessarium est vitia extirpari. Itaque sint hæc verba exhortationis, non correptionis: ut si non dictum est, quod emendetur, dictum sit ut caueatur. Cæterum in tanta solemnitate quasi modo geniti infantes, cum Iesu tam amabili, quæ venerabili infanulo renouamini spiritu mentis vestræ, ut eidem nunc coniungi mereamini per gratiam, & postea per gloriam, eodem præstante Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

Vera deuotio quæ.

Iacob. 1.

Religiosi quid cauere debeant.

Ephes. 4.

## IN EADEM SOLEMNITATE.

*Quomodo fructum Natiuitatis Dominicae obtinere debeamus.*

*Sermo II.*

**N**atus est vobis hodie Saluator, qui est Christus dominus in ciuitate David. Lucae II. Charissimi fratres, si cor nostrum ad Deum esset purum & rectum, quomodo creaturæ rationalis debet esse ad creatorem, serui ad dominum, filij ad patrem, egeni ad liberalem diuitem, miseri ad saluatorem, non sine maxima concussione, commotione, compunctione & exultatione cordis, hæc possemus verba audire: *Natus est vobis hodie Saluator*. Si igitur nihil aut parū mouemur, signis est, quia neque desideramus Deum, neque sentimus, imò nec nos ipsos cognoscimus. Nempe quia quid factum sit nobis, quid datum, non sentimus. Charissimi fratres, vtinam illuminet Dominus corda nostra, & expellat omnem malitiam à nobis, emolliat duritiam nostram, vt non solum pro nobis, sed etiam intra nos natum sentiamus, admiremur & gaudeamus. Charissimi fratres, vt ante dixi, vtinam optare possim & mihi & vobis cor purum, cor simplex, cor feruidum, cor deuotum, atque ad omnia Dei beneplacita paratum, in quo Dei filius nasceretur, vt ab eodem illuminati & accensi, pro exuberantia beneficiorum eius, in ipso & etiam intra nos ipsi gauderemus. *Ecce natus est vobis*, inquit angelus, non regibus loquitur, aut seculi huius diuitibus, non superbis & potentibus, sed pastoribus simplicibus & in nocte vigilantibus. Itaque vobis, inquit, non dormientibus in mollibus lectis, non carnis luxum & superflua quærentibus, non mundi amicis & læta sectantibus, sed vobis pauperibus, despectis à mundo, ignobilibus, humilibus, & super gregē vestrum, videlicet cogitationum, loquutionum, operum, affectionum, & intentionum vigilantibus, iustitiamque & virtutes esurientibus, natus est Saluator mundi. Quare Saluator? Vt eripiat & seluet vos ab omni miseria, egestate & calamitate. Induxerat enim vos o-

Quibus natus est Christus.

Christus cur dicitur sic Saluator.

Gen 3  
1. Cor. 15.

Quantam  
homo pec-  
cando in-  
currerit ca-  
lamitatem

Esaia 64.  
1. Cor. 1.

Lucæ 10.  
Esaia 1.  
Esaia 53.

Lucæ 13.

Esaia 53.  
Esaia 44.  
Mich 7.

Psal 102.  
Ioan. 14.  
Deut. 31.  
Ioel. 2.  
Eccli. 31.

Dignatio  
Christi erga  
nos quanta

Quomodo  
natalem  
Domini di-  
gi. ecele-  
bimus.

Sim primus homo, Adam pater vester secundum carnem, in calamitatem, ex qua nec ipse, nec vos ipsi potestis vos liberare. At natus est hodie vobis saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid. Videamus in quantam calamitatem deue neramus, postquam per peccatum à Deo cecidimus. Eramus in paradiso immaculati, tuti, immortales, id est, non potentes mori, non corrupti, non lædi, in beatitudinem cœlestem transferendi. At verò peccando facti sumus exules à paradiso extrusi, quibus regni cœlestis nec introitus patebat, nec aditus cognoscebatur. Verum natus est hodie, qui exul propter nos, vt exulet nos & dispersos colligat, & in patris sui regnum, in cœlestique paradisi nos introducat. Facti etiam peccando eramus impotentes, infirmi & imbecilles: quare hosti nostro diabolo haudquaquam potuimus resistere. Natus est, qui diabolum vincat & liget, adeoque eius frangat tyrannidem, vt volentibus nemini deinceps valeat nocere. Eramus etiam peccando facti impotentes, vt nullum bonum potuerimus facere, per quod iustificaremur, quandoquidem *vniversa iustitie nostræ sunt quasi parvus menstruatæ*. Verum qui hodie natus est, factus est nobis iustificatio & sanctificatio. Eramus infirmi (vt parabola Evangelica sub typo eius, qui descendit ab Hierusalem in Hiericho, subindicat) spoliati & vulnerati, quia *à planta pedis vsque verticillibus non erat in nobis sanitas*, nullaque integritas. At natus est, qui vulnera propter peccata nostra, cuius liuore sanemur. Eramus spoliati innocentia, originalique iustitia, & mirabilibus bonis, quæ omnia peccando amissimus. Præterea capti & subiugati tenebamur: sed natus est, qui pro paradiso oculum restituat, & spolia prædoni nostro auferat, nosque ab omni captiuitate liberet, & Spiritu sancto ac donis quam ante potioribus impleat. Eramus vulnerati, & infecti malicia atque concupiscentia mala, sed natus est, qui vulnera propter iniquitates nostras, deleat vt nubem iniquitates nostras, propingat in profundum peccata nostra, sanetque omnes infirmitates nostras. Eramus ignari, cæci & errabundi: sed natus est, qui est lumen oculorum nostrorum, qui est nobis via, veritas & vita, sapientia, ductor, doctor & procedor. Itaque charissimi fratres gaudete & exultate, quia natus est vobis hodie Saluator. Si quis adhuc infirmus, si quis ignarus, si quis egenus aut calamitosus, si quis durus, aut malis passionibus infectus, si quis denique peccatis fuerit oneratus, accedat & supplicet huic infantulo, remediumque accipiet, quia in ea ætate voluit Deus noster apparere, in ea forma videri, & ijs conditionibus nasci, vnde non possit timeri. Nihil regale, nihil fastuosum, nihil magnificum, nihil mundanum præ se tulit, sed infantiam cum paupertate, solitudinem in exilio, simplicitatem in matris gremio, vt omnibus liceat accedere, & nemo trepidet à maiestate ipsius. Agite quæso charissimi fratres, & singulari deuotione vos erga Christum excitate, vt non solum quod dicitur pro vobis, sed intra vos etiam Saluator nascatur. Nemo sit hodie adeo infecundus aut sterilis, cuius cor non salubre aliquod propositum concipiat et pariat hodie. Nemo tam frigidus, qui renouatione bonæ voluntatis non recalescat. Nemo tam negligens, qui ad vitia curanda, & restaurandas negligetias suas sese non accingat. Scit vnusquisque vnde (si hodie à mundo debet euocari) sibi metuat. Scit si omnia eius secreta nudentur, vnde erubescat. Scit quantum adhuc à verarum virtutum perfectione distet, quanta à san-  
ctorum

florum vita, ac viuendi modo difsimilitudine torpeat. Erigat fe igitur contra fe, & fibi emendationis vitæ formam inftituat. proponat, incipiat, & ad progrediendum orationibus, gemitibus, conatibus atque quibuscunque potest ftimulis, in via proficiendi femetipfum vrgeat. Hoc eft festum diem Domino agere, hoc eft Dominum Saluatorem dignè falutare, hoc eft, in cœlis gaudium angelis facere, hoc eft, Chrifto intra nos conuiuium inftituere, quando renouatione hominis interioris, quicquid Deo in nobis displicet, ipfi damnamus, abijcimus, fugimus: & quicquid ei placere nofcitur, quærimus, amplectimur, cuftodimus. Ad hæc nos excitet æterna etiam folemnitas, vt fi per totum annum in vetuftate & tepore ambulauimus, hodie quando cœli melliflui facti funt, & misericordia Domini plena eft omnis terra: hodie, inquam, quando oftendit nobis Dominus misericordiam fuam, & falutare fuum dedit nobis, in nouitate fpiritus renafcamur, abijcetes omnem inordinatam delectationem, omnem alienum amorem & confoiationem quamcunque extra Deum in creatura. Perfequamur vitia & prauas inclinationes noftas, abnegemus defideria propria, cuftodiamus omnes fenfus noftros fub fræno timoris, ne non folum ad illicita, fed etiam ne ad ociofa & inutilia fe conuertant. Cuftodiamus linguam ab occasione loquendi, quia *in multiloquio non deeft peccatum*. Volat irreuocabile verbum, & vno momento fapè effunditur, unde aut in fe, aut in alijs incurabile vulnus infligitur. Tempora ociofa non tranfeant: nec talis fit nofta occupatio, quæ vel non propter Deum affumatur, aut in Deum dirigatur: vt fi etiã in actione fuerimus externa, mens tamè nofta femper ad Deum redeat, nec vnquam, vt redire non poffit, fe aded effundat, quin potius inter externas occupationes tranfeunter verfa, ab intimis non recedat: fed quæcunque foris occurrunt, ita foris relinquat, vt nihilominus etiam quicquid in illis potest inueniri, quod ad Deum valet referri, intus trahat: præftante Domino noftro Iefu Chrifto, qui eft benedictus in fecula, Amen.

Efaia 6.  
Pfal. 84.  
Roma. 6.

Prou 10.  
Horatius.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Quomodo neceffarium fuerit Chriftum nafci, & quomodo eidem debeamus conformari. Sermo III.*

**E**cce annuncio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eft vobis hodie faluator, qui eft Chriftus Dominus in ciuitate Dauid. Luca 2. Magnum nobis gaudium nunciatur, quia magni regis introitus expectatur. Magna nobis folemnitate occurrendum eft, magna reuerentia eft fufcipiendus, & magnopere nobis profpiciendum, ne fedum indecens ve quid in nobis maieftatis eius offendat oculos, quare nobis cum non maneat, fed fine benedictione, fine gratia, imò cum offentione iratus aut recedat, aut prorfus ad nos non diuertat. Chariffimi fratres, quod quisque amaerit, de hoc gaudet. Quod amat quis & defiderat, defiderat quidem abeft, amat autem & lætatur cum adef. Qui mundi gloriam amant, qui opes & honores defiderant, femper in defiderijs æftuant: & dum affe-

Amoris  
mundi in-  
felicitas  
quanta.

Eccle. 10.  
Iuuenalis.

Iacob. 4.  
Deus cum  
mundo a-  
mari non  
potest.  
Natiuitas  
Christi cur  
pastoribus  
primo nun-  
ciata fuerit.  
Matt. 7.  
Lucæ 2.

Ioan. 16.

Luc. 2.

Exultatio-  
nis in Chri-  
sti natiuita-  
te occasio  
quanta.  
August.

Incarnatio  
Christi quã  
fuerit neces-  
saria.

Ioan. 1.

ditas augetur. Vnde tam infelix est, tamque inquietus, qui caduca hæc & temporalia habet, quam qui non habet. Siquidem *auaro tam deest quod habet, quam quod non habet* Et, (*Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.*) Pari modo de honore, de voluptate, & cæteris id genus rebus mundanis sentien- dum est, quæ momentanea quidem læticia, dum affluunt, recreant: sed mox iterum ad plura desideranda insatiabilem appetitum discruciant. Inter hæc etiam id longè miserrimum est, qui hæc temporalia amant, Deum amare nō possunt. *Amicitia nanque mundi huius inimica est Deo. Et quicumque amicus nō esse huius seculi, inimicus Dei constituetur.* Quamobrem sancta Christi natiuitas, non Herodi, non avaris Scribis & Phariseis, non diuitibus huius seculi annuntiata est: sed pauperibus, pastoribus, simplicibus, humilibus & vigilan- tibus. Si enim diuitibus & seculi potentibus atque amicis nunciaretur, nonne margaritæ ante porcos spargerentur? Nunquid non sanctum canibus da- retur? His igitur annuncianda erat, qui illam crederent, qui amarent, qui susciperent, qui gauderent. Videte modo vos charissimi, quomodo corda vestra, id est, vniuscuiusque vestrum cor sit affectum. Ecce dico vobis: *Euangelizatio vobis gaudium magnum, quia natus est vobis hodie Saluator.* Introspectite in corda vestra, vtrum exultetis, vtrum exiliat cor vestrum in læticia & deuoti- onem nec ne. Si non exultat cor vestrum, dolete, quia non gaudetis de eo, de quo & in quo gaudere solo deberetis. Et occurrere nihilominus ei humiliter, offerentes pro læticia hunc vestrum moerorem. Potens est enim facere, vt tristitia vestra vobis vertatur in gaudium, & tale sit gaudium, quod nemo auferat à vobis. Audimus autem hinc simul gaudendi rationem, seu materiam gaudiorum, quia dicit: *Natus est nobis hodie Saluator.* Nulla gaudendi materia potior, quam si à magna periclitacione quis liberatur. Quanto salus nostra inter fluctus in ambiguo versatur, tanto si ad tranquillitatem fuerit restituta, saluatio erit suauior. Quum igitur certa nobis damnatio interminata fue- rat quanta est gaudiorum occasio, quod natus est nobis, qui nos redimat, & pro morte nobis vitam, pro cruciату consolationem, pro captiuitate æter- nam libertatem, læticiam, & plenam beatitudinem largiturus sit perpetuum? Charissimi ab initio mundi, mox vt peccato natura vitata fuit humana, generali damnationis sententia perculsa iuit ad mortem: nec vnquam ad Deum redire, nunquam beatitudinem, ad quam creata fuerat, recuperare possent, nisi natus esset Dei filius, qui in ea natura, quæ peccauit, & quæ debi- trix fuit, pro peccatis innocens ipse satisfaceret. Non ergo potuimus saluari (vt dixi) nisi ea natura, id est, humana, quæ peccauit, satisfaceret. Oportebat igitur eum, qui pro peccatis satisfaceret, hominē esse: Oportebat etiã eiusmodi esse, qui peccatū nullū in seipso haberet, & satisfactionē quæ inmensa foret virtutis, Deo immenso, pro peccatis, quæ vlcione infinita, id est, interminabile exigebant, offerret. Sed non fuit vlla creatura, quæ hoc posset. Venit igitur idem, qui est naturæ humanæ creator, & quo culpam, quam punire debuit, iuste dimitteret, parceretq; nobis, peccata nostra in se punienda suscepit. Quod, vt cōgruè fieret, factus est homo, vt in se haberet naturā, quæ delicta- tistaceret, nisi diuinæ naturæ vniretur. Itaq; naturam humanam, vt dixi, Deus



Deus assumpsit, ut per eandem esset homo, qui deberet satisfacere, & per suam propriam naturam maneret simul Deus, qui posset. Neque enim aliter iuste potuit misereri homini, ita ut iustitia simul cum misericordia sentiret, quam per viam satisfactionis, quam tamen nemo alius potuit, quam Deus; nemo alius debuit, quam homo. Factus est ergo Deus homo, ut esset & qui posset, & qui deberet satisfacere. Nobis igitur sub sententia aeternae damnationis constitutis, & nullam spem liberationis in nobis ipsis habentibus, nobis, inquam, iam desolatis, damnatis, à Deo elongatis, & in captivitate diaboli mancipatis, hodie dicitur: *Euangeliz. o vobis gaudium magnum, quia natus est vobis hodie Saluator.* Si viscera in nobis sunt humana, nonne gaudebimus? Nonne gratias agemus? Nunquid non redamabimus eum, qui prior & gratis dilexit nos? de quo scriptum est: *Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos Deus, misit filium suum in similitudine carnis peccati.* Hoc est: Deus Pater misit Filium suum, & Filius vltro se obtulit pro nobis, veniens in veritate naturae humanae: in vera quidem carne, sed non in carne peccati, quia non de illa infecta massa peccati carnem assumpsit, quae in Adam peccauerat. Habuit tamen (ut dixi) veram carnem, id est, nobis connaturalem ex Mariae Virginis purissimo sanguine intra eius vterum Spiritu sancto formatam, quae non fuit caro peccati, sed similis carni peccati. Natus est, inquit, vobis, qui vos redimat. Natus est vobis, qui vobis in seipso viam ad regnum caelorum imitabilem ostendat. Inuisibilis in sua natura Deus, factus est homo visibilis, qui vobis loquatur, vos doceat, vobis exempla viuendi in seipso, & itinera beatæ vitæ ostendat.

Videamus igitur nunc dilectissimi, quid in vitæ suæ exordio, quid in mundi ingressu nos infantia Saluatoris doceat, & quid in se nobis imitandum proponat. In hoc ipso, quod propter nos venit, quod naturae incommoda suscepit, quod nostra peccata portare, & sanguine suo expiare voluit, seipsum in mortem tradere, nosque perinde à morte redimere, quantæ charitatis exemplum nobis ostendit? De obedientia deinde quid? *Exijt, inquit Euangelista, editum à Cesare Augusto.* Adhuc in utero matris portabatur, & pro obedientia prophano homini, tamen in potestate constituto exhibenda, matrem voluit impregnatam peregrinari, & se in exilio nasci. Videtis ne, quod matrem partui vicinam maluit viarum periculis exponere, quam obedientiam deserre? Nonne mater creatoris dicere aut cogitare potuisset: Ego terreno homini obedire non teneor, quæ omnium creatorem ac dominum gesto in utero: Cur obediam mortali, quæ mater sum Dei omnipotentis? Nequaquam hoc dixit, sed humiliter (licet dignissima) vili homini, propter potestatem & diuinam ordinationem, tanquam superiori obediuit. Profectus itaque Bethleem Ioseph cum Maria coniuge sua, virgine pregnante, profectus cum nobilissimo suo thesauro, quem non decuit post se aut se extra curam suam relinquere, quid fecit? Quæsierunt in oppido hospitium, sed non fuit, quia munda pauperes recipere possent. Diuitibus terrena seruabantur hospitia, quia mundus mundus arridet. At Christi parentes, quia de hoc mundo non erant, extra oppidum ad diuersorium pauperum ipsi pauperes se receperunt. O beata paupertas in Dei filio & parentibus eius consecrata. Quid multa? Venit nox illa sanctissima, qua diuites & mundi amici in lectis mollibus quiescebant: Virgo autem hæc præ omnibus mulieribus benedicta, cum suo sponso se iunctim

Natiuitas Christi quæ fuerit necessaria.

Luca 2.

1. Ioan. 4.

Galat. 4.

Caro Christi vera sed à delicto immunis.

Leo Papa.

Infantia Saluatoris quid nos doceat.

Esaia 53.

Charitas Christi quanta.

Luca 2.

Obedientia Christi quanta.

Christi paupertas quanta fuerit.

in ca-

Partus vir-  
ginis Mariæ  
qualis fue-  
rit.

Confidentia  
& resignatio  
B Mariæ  
quanta.

Mariæ ob-  
sequia in-  
fantulo leſu  
exhibita.

Quid in  
vitæ ſuæ ex-  
ordiſo Chri-  
ſtus nos do-  
ceat.

Via regia ad  
regnum cœ-  
lorum qua  
Roma. 8.

Carnis deſi-  
deria morti-  
ficanda que  
viti ſunt.

in caſula ſeu rigurio illo pernoſtabant. *Completiq; ſunt dies Mariæ vt pareret, & peperit filium ſuum primogenitum*, id eſt, ante quem alium nullum genuerat, nec poſt hunc alium erat genitura ſecundum carnem. Peperit autem ſine dolore, ſaluo pudore: ante & poſt partum virgo intacta, virgo inuiolata, virgo integra & perpetua permanens. Nemo obſtricum hic adſiit, nemo iuravit, quia nullius hominis ope indiguit, quæ de homine non concepit. Et ſicut ſine carnis delectatione concepit, ita ſine dolore etiam genuit. Nihil ſibi pro partu, nihil pro diutina peregrinatione, nihil pro infante naſciturus paravit, aut ad iter ſumpſiſſe ſecum putanda eſt: ſed quæ præter communem naturam legem conceperat, fortaliſis pariendi etiam tempus ſecundum legem non computabat. Omnia Deo committebat, quomodo, quando & ubi vellet naſci: propterea nihilominus licet prægnans & mox paritura conſeſſit peregrinari. Nec tamen propterea improbamus, ſi quis dicat eam non ignoraviſſe conſilium Domini, vt peregrè & extra patriam conſtituta pareret. Chriſtusq; in Bethleem Iudæ naſci vellet: atque idem mundos ſaltem pannuculos ob infantis, quem inuolutura erat, dignitatem, præparatos conſpectaſſet: reliqua ſibi neceſſaria futura Deo commendans. Adueniente itaque illa hora & nocte, qua Deus voluit naſci, non eſt ipſa credenda ignara ſublimis myſterij. ſed potius tenemus totam in Deo raptam, ſubitoq; cum admiratione vehementi ante ſe in terra vidiffè nudum infantulum ineffabili modo ex ſe genitum, huncq; adoraviſſe cum lachrymis, & reuerentia (qua decuit uariſſe, atque eundem aut præparatis, aut ſuis pannis, quibus ſe velare ſoluerat, illum inuoluiffè, lactaſſe, amplexatumq; & oſculatum in præſepi, quæ illæ cunæ deerant) poſuiſſe. Si expenderentur ſingula, quantam quaſo, & in quam multiplici genere cerneret paupertatem, verecundiam, humilitatem, ſimplicitatem, modeſtiam, fortitudinem & compaſſionem: quæ omnium Saluatoris nativitate enitent? Vide quomodo carnis delicias, quomodo blanda & mollia, quomodo pompoſa, quomodo honores, quomodo hominum fauores, laudes ac nominationes, quomodo potentatus aut opes, quomodo denique omnem gloriam mundi Saluator adhuc infans contempſit, reſpexit, fugit: quomodoq; paupertatem, carnis afflictionem, vilitatem, ſubiectionem elegit, eligendamq; nobis non verbo ſed exemplo prædicavit, quum in poſtate eius eſſet naſcendi & tempus & locus. Omnia ad mundi contemptum, & ad carnis moleſtiam retulit. In hyeme, in nocte, in exilio, in ſolitudine, in ſtabulo, ubi nec focus, nec ſtruga, ubi nec oportoria eſſent nec pellicia. Peregrè etiam & pauper voluit naſci, & pauperem condolentemq; matrem affligere, afflictus denique ipſe etiam matris dolore voluit amplius affigi. Præter mei hæc via eſt regia ad regnum cœlorum. Quiſquis aliam docuerit, quiſquis aliam ſequutus fuerit, non Chriſtum ſequitur, nec ſpiritum Chriſti habet. Væ nobis, qui præ cæteris hominibus vocati ſumus, vt imitatores ſe-  
mus Chriſti, ſi contingat nobis exprobrari in hora mortis noſtræ, quod plus cæteris, aut cum cæteris commoda & conſolationes carnis ſimus ſequuti. Emendemus obſecro per infantiam Chriſti, ſi qui in nobis curam carnis faciunt in deſiderijs, ſi qui pro cibi ac potus lautioris refectione, ſi qui pro carnis & commodorum propriorum ſolatijs ſunt ſolliciti. Nam pro his murmurare, digladiari aut detrahere, omnibus, præcipuè Monacho impiſſimum atque

atque nimis est damnabile: qui iubemur ne de craftino quidem etiam pro  
necessarijs esse solliciti, sed Deo ac superioribus nos committere: atque de  
providentia diuina, ( in quam omnem curam debemus nostram projicere )  
cuncta expectare, suscipere, & illi gratias agere. Hoc nobis largiatur pijs-  
simus Iesus Dei & Virginis filius, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Quid in natiuitate Christum nos sua docuerit. Sermo IV.*

**M**ultifariam multisq; modis olim loquens Deus Patribus in Prophetis: nouissi-  
me autem diebus istis loquutus est nobis in filio. Hebræ. I. Longa expecta-  
tione fratres charissimi distentabatur populus Deo amicus, hoc est,  
& ij qui in mundo vivebant & ij, qui erant in limbo præstolantes sui redem-  
ptionem: & utrorumq; affligebatur animus desiderio redemptionis. Spes e-  
nim, quo differtur, affligit animam. Sed ecce, qui olim multifariam, id est, per  
somnia, per imaginariam, & per apertam visionem, per vocem, & in spiritu  
Patribus loquebatur, iam non ultra dicit: *Expecta, reexpecta*: sed: *ego, qui lo-*  
*quebar, ecce adsum.*

Magna fratres charissimæ gratiæ erga nos diuinæ est hic commendatio.  
Quoniam quidem cum sub damnationis maledicto omnes nos viueremus,  
moreremurq; præuaricatores, cum tenebris essemus ignorantæ obnubila-  
ti, cum à patria exules, cum peccati denique lege quasi cathena ac funiculis  
adæ duceremur captiui: & ad extremum cum diabolicæ feruitatis iugo ni-  
mis miserè teneremur prægrauati, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit  
nos Deus, misit filium suum ad nos, qui damnationis à nobis maledictum tolle-  
ret, faceretq; ut posthac nihil foret damnationis his, qui sunt in Christo Iesu. Misit  
inquam, filium suum, qui doceret nos iter rectum & vias iustitiæ, per quem  
à tenebris erepti ignorantæ, & in admirabile lumen suum vocati, ambula-  
remus in lumine ipsius: & soluta nihilominus captiuitate, in gratiam ac li-  
bertatem adoptionis filiorum assumpti, ad patriam festinaremus, sequentes,  
quo præcurfor ipse pro nobis introijt Iesus Christus Dominus noster.

Itaque venit filius Dei in mundum peccatores saluos facere, venit quærere  
ac reducere, quod perierat, venit disperfos congregare ab Oriente & Occi-  
dente, ut recumbant cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cœlorum. Venit ut  
nos doceret vias suas, & ut nos ambulemus in semitis eius. Quapropter fra-  
tres charissimi, si non auribus surdi fueritis: *hodie, inquam, si vocem eius au-*  
*diatis nolite obdurare corda vestra, sed suscipite in silentio vobis inlitum ver-*  
*bum, quod postea docuit vir in templo. Loquitur enim hodie infans in sta-*  
*bulis, quod postea docuit vir in templo. Docet hodie puer exemplo, quod*  
*post triginta annos prædicauit verbo. Quid docuit? Hoc ipsum, quod di-*  
*scipulus ille, quem diligebat Iesus, dixit: Nolite diligere mundum, neque ea quæ*  
*in mundo sunt. Qui enim diligit mundum, non est charitas Patris in illo. Transi mun-*  
*ds & concupiscit contra eius. Qui vult amicus esse seculi huius, inimicus Dei constitu-*  
*tur. Clamat vile stabulum clamat arctum præsepium, clamat alienum & cõ-*  
*mane hospitiu: Nisi quis renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse*  
*discipulus. Videte fratres infantulum, quale nobis dedit exemplum. Omnium*

V u rerum

Paupertas nobis imitanda relinquitur a Christo infante.

Gloria mundi quam labilis ac momentanea sit.

1. Pet. 1.

Matt. 11.

Carne prudentia moris ut sit

Rom. 8.

Marc. 16.

Abnegatio sui qui fiat.

Vexillum Christi ut

crux sit &

tribulatio.

Acto. 14.

2. Tim. 3.

Eccle. 2.

Ioan. 12.

Ut quis amando animam suam perdet illam.

Celestia

caducis om-

nibus vale-

factis a no-

bis pure di-

ligenda.

Ioan. 8.

Matth. 6.

rerum diuitijs prætulit paupertatem. Videre quale iudicium sint accepturi qui, cum omnibus renunciauerint, quæ possidebant, inueniuntur non solum habere necessaria sed superflua, & ea, quibus non indigent: nec ob aliud habent, nisi ut habeant.

Charissimi fratres si paupertatem volumus, discamus hanc ex Domino nostro Iesu Christo, cui multa defuerunt etiam ad magnam necessitatem quia non est paupertas, ubi nihil deficit. Non sumus igitur quæruosi, & murmurando impatientes, alioqui frustra hic sumus, vepote votorum nostrorum neglectores & propterea iram Domini præstolantes. Iterum nos docuit infans noster, quod gloria mundi est ut flos sæni, & vapor ad modicum apparet. Ideo clamat ad nos nox, item loci & omnium rerum, quibus usus est, vilitas, ut discamus ex eo humiles esse & mites coram deo, discamus amare nesciri, & viles reputari: discamus in oculis nostris nihil esse, & ab alijs, quantum in nobis est, aut quantum licet, velle contemni. Tertio, docuit, quod prudentia carnis mors est, & si factum carnem vixerimus, moriemur. Propterea elegit ipse, quæ carni sunt superiora. Et quisquis aliter eligit, non est imitator Christi. Nonne clamat hoc noctis, hyemis, frigoris & peregrinationis asperitas? Clamat fames, clamat eius vagitus & lachrymæ. *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.* Abneget, inquit, semetipsum, hoc est, quæ carni sunt mollia, amœna, voluptuosa, delicata atque suavia subtrahat, & desideria in se occidat. Tollat, inquam, crucem suam, id est, non quærat solertia & propria commoda, sed vitrò, quæ carni molesta sunt, subeat, & malet, *quod sequatur me.* Eia fratres mei, si milites volumus esse Christi, hoc est, vexillum sequi, velimus nolimus, necesse est, nisi Christo abrenunciare, & eum inimico malimus (quod absit) militare. Atqui per multas oportet tribulationes introire in regnum Dei. *Et si qui volunt pie vivere in Christo, persequantur eum patienter.* Et, *accedens ad seruitutem Dei, sta* (inquit) *in timore, & prepara animum tuum ad tentationem.*

Iam denique Christus Deus æternus & infans clamat: *Qui amat vitam suam, perdet illam. Qui amat, inquit, animam suam, id est, qui sensualem solum vitam, satisfacere cupiens desiderijs naturæ, hoc est, sensualitati, non necessitati, & propterea aduersa fugiens, perdet illam.* O vitioam hoc aduerteremus, utinam ad cor reciperemus, qui ex professione crucem sumus amplexi, & mortificandæ carni ex voto tenemur incumbere, quoties propositi nostri inueniamur transgressores. Proh pudor, quale exemplum videmus in Christi infantia, & Christi vita, in eiusdem denique passione nobis præmonstratum. Postremo in sua morte nudus & dilaceratus, quale nobis testamentum reliquit. Quarto, docuit per hanc amorem nostrum transferri ab huius mundi caducis & caducis ad cœlestia: quippe qui nihil carnale, nihil mundanum, nihil temporale in hoc mundo habere voluit. Siquidem & in propria veniente sui eum non recipere, tanquam advena & alienus per mundum transiit. Idcirco nobis clamat & verbo & exemplo: *Thesaurizate vobis thesauros in caelis, ubi nec erugo nec tinea demollitur, & ubi fures non effodiunt nec furantur.* Quibus etiam

erudit nos legē charitatis. Ipse. n. cū diues esset, propter nos pauper factus est. Charitas  
 p̄ se humiliavit semetipsum propter nos, formam servi accipiens. Ipse nobis natus, Christi quā-  
 nobis datus, nobis annūciatus, seipsum tradidit nobis & pro nobis. Ipse cla-  
 mar ab infantia, vt alterutrum diligamus, non verbo, aut lingua, sed opere & ve-  
 ritate. Itemq; Hoc est, ait, praeceptum meum, vt diligatis invicem, sicut ego dilexi  
 vos. Qui utique dilexi vos, non secundum sensum carnis, sed spiritu & veri-  
 tate, benefaciens vobis etiam adhuc inimicis, & liberans omnes oppressos à  
 diabolo. Dilexi, inquam vos, quia tradidi memetipsum pro vobis. Sexto, do-  
 cuit nos proijcere omnem tristitiam & diffidentiam. Siquidem ipse factus est  
 nobis, hostia & redemptio pro peccatis nostris. Accedamus igitur cum fidu-  
 tia thronum gratiae eius, credentes quicquid in nomine eius petierimus, da-  
 bibe nobis pater: quandoquidem in hoc nobis vnigenitum suum filium dedit,  
 vt omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam aeternam, Quomodo non om-  
 nia dedit nobis cum illo? Septimo, si priora haec omnia etiam nobis deficiant,  
 docuit nos bonae tantummodo esse voluntatis: quia hodie per suos praecones  
 cani fecit pacem, non his tantum qui magnorum sunt operum, sed etiam o-  
 mnibus bonae voluntatis, id est, ijs qui bona sunt voluntate, licet operatione  
 adhuc infirmis, vt ipse se arguentibus, & infirmitatem suam dolentibus atq;  
 accusantibus. Quapropter fratres charissimi nemo se negligat, nemo decipi-  
 at, nemo obduretur, quandoquidem salus nostra tam propè est, imò nobiscū  
 est. Renouemur igitur spiritu mentis nostrae. Paratus est ille nobis occurere, non  
 minus quàm pater illi filio prodigo, sed & (si dici potest) multò clementius  
 infantilia brachiola extendere, & poenitentes peccatores ad se constringere,  
 propter quos factus est homo, quibus hodie factus est frater. Itaque nemo  
 terreatur magnitudine delictorum, nemo te reatur, propria infirmitate, ne-  
 mo paveat ex labendi assiduitate, nemo desperet etiam conscientiae obscuri-  
 tate. Nouit puer Iesus omnibus his finem atque remedium ponere, qui venit  
 delinquentium peccata dimittere non vindicare, qui vulnera nostra venit  
 non spernere, sed curare. Nulla est enim damnatio his qui sunt in Christo Iesu, nul-  
 la damnatio his qui bonae sunt voluntatis. Et licet quotidie septuagies etiam  
 & septies peccent ex infirmitate, nequaquam tamen desperent, modo non  
 iaceant vltè in peccatis: sed mox resurgant, & propositum, ac si nunquam  
 occidissent, renouando, ceteraq; delicta per confessionem damnando, fauo-  
 rem bonae voluntatis restaurent. *Va ijs qui perdiderunt sustentiam*, hoc est,  
 qui ex desperatione aut dedita opera, atque ex omnino deliberato proposito  
 se auertunt à Deo, quod Deus à nobis auertat, qui regnat per secula benedi-  
 ctus, Amen.

## IN EADEM SOLEMNITATE.

*Quid lux, quid ve tenebrae, quae denique sit bona voluntas.*

*Sermo V.*

**P**opulus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. *Esaia 1x.* Omnes nos  
 fratres mei in tenebris esse & uatos, & aliquando vixisse, nemo est qui  
 nesciat. Videamus tamen ne in tenebris maneamus vsque adhuc, post-  
 quam nobis ortus est sol iustitiae, qui hodie nobis natus est Christus. Gau-  
 deamus

Lucæ 2.

Colo 1.

Ioan. 1.

Psal 33.

Lucæ 2.

Hebr. 6.

Bernardus.

Religiosi vt

præ cæteris

ad omnem

perfectione

astringantur

Luc. 1.

Tenebræ a-

nimæ quæ

nam sunt.

Ioan. 1.

Exod. 10.

Cæcitatem

pro lumine

defendere

quam sit

periculosū.

Ioan. 9.

Ibidem.

Quomodo

contingatur

qui cæci

sunt videant

&amp; qui vident

cæci fiant.

Ioan. 8.

Psal III.

Recti corde

qui dicatur.

Luc 5.

Iusti fallaci-

ter qui sunt

deamus potius, quia eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit nos in admirabile lumē suū. Ipse n. est *lux illuminans omnem bonum venientem in mundum*. Accedite igitur charissimi fratres puerum natum, & illuminamini, & quoniam inuenietis eum in præsepio pannis inuolutum, ante ora iumentorum posicum, nolite trepidare, quia in tali forma cum vobis debitis vnde facies vestræ non confundentur. Illuminamini inquam, vt probetis eligatisq; meliora ac viciniore salutē. Neque enim nostrum est (quod Bernardus ait) quemadmodum aliorum, circa communia præcepta labuere, sed inuestigare quæ sit Dei voluntas beneplacens & perfecta. Aliorum itaque est Deum diligere, nostrum adhærere. Aliorum est Dei præcepta seruare, nostrum eius consilia ac beneplacita tenere.

Venit itaque Christus illuminare ijs, qui in tenebris & in vmbra mortis sedent ad dirigendos pedes eorum in viâ pacis. Quibus tenebris? Quicquid in intellectu est, quicquid in voluntate est, quicquid in memoria nobis est, Deus non est, aut cuius causa Deus non est, id est, quod propter Deum in nos non est, hoc inter Deum & animam medium est, tenebræ sunt. Itaque odium & inuidia tenebræ sunt, rancor & amaritudo tenebræ sunt, leperbia & animositas tenebræ sunt, gula & acedia tenebræ sunt, ocium & dissolutio tenebræ sunt, propria voluntas, suisque quæsitio, & amor proprius tenebræ sunt. Hæc vt à nobis expellantur. Christus lux venit in mundum. Sed pro dolor, *dilexerunt homines magis tenebras quam lucem*. dilexerunt magis peccata sua ac vitia, quam virtutem. Et ideo qui eiusmodi sunt, in ad tenebras illas horribiles Aegyptiorum perueniunt, quando resistunt lumine, quando contradicitur veritati, quando amantur tenebræ, aut quando (quod pestilentissimum est) tenebræ ignorantur tenebræ, sed censentur, defendunturq; pro lumine. Inde indurantur insipientia corda eorum, & magis obiurgatur iniquitatem arguens, quam faciens. Quis cæcos istos illuminabit, qui cæcos se nesciunt, & se dicunt videre? *Si enim cæci essent*, inquit Saluator, id est, si cæcitatem suam attenderent & se pro cæcis haberent, si se loquerentur, *peccatum non haberent*. Porro modo quia dicunt se videre, peccatum eorum incurabile manet. Adhæc enim lux ista mirabilis venit in mundum, vt qui cæci sunt, videant: & qui vident, cæci fiant, hoc est, ideo Christus venit, vt qui gloriantur in lumine se esse, atque ideo illuminari se non petunt, nec luce egere se credunt, inde magis quotidie obtenebrescant. Qui vero in ignorantiam, suam infirmitatem, suam prauitatem, suam denique (vnde dicam) nihilēitatem verè cognoscunt & odiunt, iad lucem venire satagunt, iad lucem quærunt. Hi, inquam, ad Christum veniunt, qui eius flagrantem opem qui ipsum sequi cupiunt. Quisquis enim Christum sequitur, non ambulat in tenebris. Ea propter non his qui tenebras suas amant, non his qui peccata sua defendunt. non his qui seiplos dicunt non delinquere, aut non errare, non his denique qui se non plangunt, quia plangenda non vident, sed exortum est in tenebris *lumen rectis corde*, non his tantum qui iam iusti sunt, sed rectis corde est, qui conuersi recto corde Deum quærunt, & boni fore student: quare quidem, *non veni*, inquit Christus *vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam*. Non eos iustos ad se Christus trahit, qui se iustos existimant, qui aliena, non propria peccata vident, qui alijs, non sibi delinquentibus irascuntur. Necesse est etiam peccatores querit, qui sua amant peccata, qui voluntatem delinquent

VI  
A

non mutant: sed eos qui ea, quæ prioris vitæ sunt obliuiscuntur, & ea quæ hæcenus benè agere videbantur, contemunt, & ad anteriora se indies nouo semper seruore extendunt: qui postremò quamlibet satagant benè agere, quamlibet omnibus studeant delictis abstinere, desideria tamen & vitiosos motus inclinationesq; malas plangunt, quas vel inuiti sentiunt. Sentiunt tamen, licet non ita vt regnare permittant in suo corpore. Itaq; hæc illi non minus plangunt & emendare student, quàm alia quacunq; grandia peccata. Hoc modo non reprobatur Dominus peccatores se plangentes atque corrigentes, nec fastidit bonam voluntatem, si serueat, licet in venialibus (quibus tamen nulla detur opera) ex infirmitate succumbat. Ediuersò quoque non recipit iustitiam quam arrogantia inquinat, aut quam superbia comitatur. Peccatum igitur tenebræ sunt. Veruntamen his qui se extricare contendunt peccatis, qui suam vincere prauitatem conantur, qui Deum, non se ipsos habent præ oculis, hoc est, vobis timentibus Deum, ortus est sol iustitiæ: Vobis in quâ super conscientia vestra vigilantibus, & super custodia gregis affectionum cogitationumq; vestrarum stantibus annunciat: *Ecce Euangelizatio vobis gaudium magnum, quia natus est vobis hodie Saluator mundi.* Itaque Christus nobis attulit lucem in semetipso, qua videamus peccata nostra, qua odiamus tenebras nostras. Voluntaria enim eius paupertas, qua non habuit locum in diuersorio, nobis lux est, qua iam discamus beatos pauperes spiritu, quorum est regnum celorum. Charitas eius qua semetipsum pro nobis obtulit ad docendum & ad sustinendum pro nobis incommoda, exilia, persecutiones, plagas, crucem & mortem, qua orauit denique pro suis crucifixoribus, nobis lux est, vt discamus & inimicos diligere. Humilitas eius qua seipsum exanimi formam serui accipiens, qua contempta mundi gloria, non in palatio, sed nasci voluit in stabulo, mori ignominiose in patibulo, nobis lux est, qua videamus quam sit detestabile crimen lutum, id est, vilem homuncionem superbire, extolli aut nolle subijci, dum videmus Deum immensum humiliari, contemni, & hominibus subdi. Eius mititas nobis lux est, qua famem, frigus, frigora, verba, verbera & vulnera tolerans, sicut ovis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se non aperuit os suum. Inde enim videmus quâ nihil proficit irasci, quàm nihil minari: vbi passioni propriæ acquiescitur, vbi non Christo pro seruanda disciplina seruitur. Inde discimus quam requiratur à nobis, vt in silentio & mansuetudine lugeamus peccata nostra, & si quid patimur, patientes simus, quando is, qui non pro suis, sed pro alienis peccatis afflatus, tanta mititate & longanimitate sustinuit. Ita charissimi fratres, de omnibus eius virtutibus cogitate, quas suo nos docuit Christus exemplo, suo suadet consilio, atque imitabiles suæ facit gratiæ adminiculo. Hortor igitur vos, accedite Christum, contemmini infantem, videte paupertatem, attendite humilitatem, cognoscite mansuetudinem, admiremini patientiam: ad extremum respicite eius charitatem, virtutesq; omnes, quas tanquam in speculo lux nostra Christus in seipso nobis monstrauit imitandas. Nihil salubrius hac meditatione, nihil contemplatione hac vtilius, quam deuota mens suam deformitatem ac difformitatem videns compungitur, lugetq; propterea quod tanto adhuc intervallo, tanta distat dissimilitudine à virtutibus quæ sibi in puero hoc monstrata sunt. Atq; idem maiori desiderio accen-

Peccatores cuiusmodi quærat Christus. Quomodo Christus quosdam peccatores suscipiat, quosdam vero iustos reprobet. Peccatum tenebræ quæ dicantur.

Lucæ 2.  
Lux Christi vt virtutes in ipso rutilantes sint. Ibidem. Matth. 5. Luc. 23.

Luc. 6.  
Phil. 2.  
Luc. 2.  
Ioan. 19.

Mititas Christi quæta. Esaiæ 53. Infancia Christi vt sit deuote meditanda.

Luc. 15.  
Festorum  
digna cele-  
bratio qua-  
lis esse de-  
deat.  
Desideria  
absque ope-  
ribus otiosa  
vt sint.

Bernardus.  
Gratiam si-  
bi deesse fru-  
stra querun-  
tur homi-  
nes.

Psal. 15.  
Rom. 8.  
Christo cõ-  
pati quid.  
Ioan. 12.  
Ephes. 5.

Gaudium  
verum in  
quo cõsistat.

Luc. 3.

Psal. 66.  
Ioan. 12.

Ioan. 1.  
Hebr. 6.

ditur imitandi, propositum innouat, neglecta restaurat, atque pro adiutorio ipsum (in cuius luce suas videt tenebras) inuocat. Itaque charissimi fratres, nemo sit hodie qui tenebras suas non illuminari à Christo flagitet, nemo qui Christi tanta dignatio non compungat, nemo quem charitas tanta non moueat, nemo cuius duritiam tanta benignitas non emolliat, nemo qui se non vsquequaque emendare atque illi conformare studeat. Hoc propositum, hac instructio voluntatis, hanc festiuitatem decorat. Siquidem huiusmodi festorum celebratio placet Deo, gaudiumq; in cœlo Angelis facit. Animarum namque in festiuitatibus magis, quàm altarium exornatio quaerenda est. Et sicut suæ cognitio paupertatis, vilitatis, instabilitatis, infirmitatis, accendere debet sancta desideria, ita desideria in nobis non debent esse otiosa, id est, tantum manere debent desideria: verùm etiam sequantur oportet conatus & opera, quorum frequentia atque assiduitas generet habitum mentis, hoc est, virtutem. Scio, omnes quidem desideramus, sed nobis ipsis, id est, vitijs nostris, vim inferre nolumus. Conquerimur nobis gratiam deesse, aut iustius multo gratia conqueretur sibi deesse factores. Omnes quidem (vt verbis vtar Bernardi) peruenire vellemus ad Christum, omnes hoc optamus. (Nemo est enim, qui non velit esse felix) at pauci post Iesum volumus ire, hac via qua ipse ambulauit, ambulare. Inde quotidiana est nostra querimonia, hoc nos grauat, hoc molestum est, hoc nimis arctum, hoc nimis fastidiosum, hoc pati nolumus, illud abnuimus facere, quasi in nostra sit optione constitutum. In quo debeamus Christum imitari. Conregnare Christo optamus omnes, scientes quoniam *delectationes in dextera eius*. Et vtiq; cum eo regnabimus, si tamen hic fuerimus comparsi, id est, si ea quæ molesta, quæ dura, quæ vilia, quæ denique ignominiosa secundum sensum carnis videntur, propter Christum libenter, vt eius efficiamur imitatores, amplectimur. Itaq; accedamus ad Christum, vt ambulemus in lumine eius. Quod enim gaudium nobis esse potest, si in tenebris ambulamus, & lumen iustitiæ non lux erit nobis? Quæ potest nobis esse consolatio, si nobis conscientia deest tranquillitas, si cordis puritas, si pax animi, pietas mentis? In quo, inquam, gaudere, aut foris hilariter possumus, si interno à gaudio nostra mens vacat? Nam si conscientia gaudium defuerit, quid nos lætos efficere poterit? Deest autem conscientia gaudium, si in tenebris & vitijs nostris manemus. Nullum enim est gaudium nec esse potest conscientia, nisi in lumine, & nisi in veritate, qua diligenda quis diligat, odienda odiat, plangat plangenda, fugiat vitanda, quaerenda inquiret, salutaria teneat. Hoc modo fiet, vt conscientia imperturbata maneat atque tranquilla serenitate gaudeat. Quod vel hoc die conuenit maximè, quo melissui facti sunt cœli, quo pax nunciatur hominibus bonæ voluntatis, huiusmodi evangelizatur natus ad esse Saluator. Fratres, si pax & Saluator ipse hominibus adest bonæ voluntatis, quid expectant hi, qui sunt malæ voluntatis? Auertat hoc Dominus à filijs nostris, pro quibus Dominum magis rogamus, vt illuminet vultum suum super eos vt & ipsi conuersi ambulent cum luce habent antequam tenebræ eos exteriores inuoluant, si (quod non speramus) quos tenebræ nunc interiores tenent. Auertat inquam, hæc à nobis pius Dominus noster, ne inter istos sint, qui tenebras ament suas magis quam lucem. Confidimus autem de vobis meliora, vicinioraq; saluti fratres,



VI  
A

tametsi ita loquimur. Non enim solum culpas arguimus perpetratas, sed ne fiant, etiam pramonendo impedire desideramus. Propterea enim plerunque contra vitia predicamus, ne singularia capitula & reprehensiones crebras facere cogamur, putantes bonis mentibus sufficere vel pro emendatione, vel pro vitiorum euitatione, predicationem quae sit ad omnes. Bona enim mens, bona voluntas, non expectat singularem sui reprehensionem: sed mox ubi didicerit in se labem aliquam, vltro occurrit vt emendetur. Propterea enim predicationes fiunt, vt auditoribus vitia & peccata ostendantur, arguantur, arceantur, emendantur aut caueantur. Atque ideo auditoribus ea quae conueniunt, dici debent. Nam si contra vsuras, si contra adulteria, si contra negotiatorum fraudes vobis predicarem fratres, quid agerem? prorsus nihil. Monachis monastica sunt inculcanda instituta, atque vt sui sint iurifurandi, quod Deo fecerunt memores, discantq; spiritu viuere, & mortificatis vitijs Deo vacare instituendi sunt: & quamuis alia fortasse libentius, non tamen fructuosius audiuntur. Si enim in sermonibus forte quispiam tangitur, vt sentiat sibi haec esse quae dicuntur necessaria, gaudendum est, quod sermo ociosus non fuit. Sed si bona sit voluntas, locum etiam inueniet vbi quiescat, & gratia Dei accedente fructum producat. Quod si mala sit audientis voluntas, is qui praedicat, si veritatem doceat, absq; culpa est, si auditor scandalizatur, hoc est, si sua obstinatione peior efficitur. Sic enim contigit & Domino Iesu, quod quidem audientes illum scandalizati sunt, quidam abierunt retrorsum. Et nos cum Paulo Apostolo odor sumus vitae bonis in vitam, & odor mortis malis in mortem. Verum, sicut praedixi, non vt haec ita sint in vobis, haec loquimur: sed ne tentet vos Satanas, vestram filij imbecillitatem pramonendo erigamus. Cuius vt astutias euadamus, pramuniat quae so nos sua gratia Iesus Christus Dei & Virginis filius, qui est benedictus in secula, Amen.

Prædicationum utilitas & effectus qui sint.

Rom. 8. Monachi qualiter instituendi sint.

Verbum Dei prædicanda quamuis auditores aliqui scandalizentur.

Matt. 15.

Ioan. 9.

2. Cor. 2.

Acto. 1.

### IN SOLENNITATE APPARITIONIS DOMINI nostri Iesu Christi.

*Quae munera Christo offeramus, & de stabilitate monachorum virtutisq; difficultate. Sermo I.*

**O**btulerunt Magi Domino munera, aurum, thus & myrrham. Matth. 2. Quicquid ad historiam festiuitatis hodiernae atinet fratres charissimi satis Euangelium, eiusque elucidationes nobis significant. Hoc nobis tantum restat inquirendum, vt quid nobis in his eruditionis proferatur, intelligamus. Tres Magi primitiae sunt gentium in fide, qui cum muneribus quaesierunt adorare Deum. Nullam hi receperant legem, nullam promissionem à Deo, praeter eam quae Balaam hariolo reuelata fuerat: cuius, notitia ad eos putatur peruenisse, quandoquidem astrorum contem plationi insistebant. Hi itaque dum stellam singularem, & praeter aliarum morem fulgentem ac situatam cernerent, in eius admiratione attoniti, quid per eam significaretur edoceri cupiebant. Quam cum regis esse magni, regis Iudaeorum didicissent, illico eadem duce, & Spiritu sancto trahente, vbi Christus natus fuerat, ad locum peruenerunt, offerentes eidem regi

Tres Magi primitiae gentium. Num. 24.

Munera à  
religiosis  
Deo offerē-  
da quæ sint.  
Psal. 65.  
Castitas  
quomodo  
si seruanda.

Cogitatio-  
nes quando  
peccatum  
mortale pa-  
niant.

Quantam  
nobis mun-  
diciam Deus  
exigat.

Paupertas  
religiosorum  
qualis esse  
debeat.

regi infanti munera. Charissimi fratres, nos sumus, qui huc stella duce, id est, qui diuina gratia nos illustrante, peruenimus. Neque enim aliud quid nos huc ad Christum pertraxit (si tamen purè Deum quaesiuimus) nihil aliud nos conuertit, quàm lux diuinæ gratiæ, hæc sumus vocati, hæc etiam sumus traditi ad Christum. Non igitur iam sumus gratiæ Dei ingrati: offeramus oportet munera, reddamus vota Domino, quæ distinxerunt labia nostra. Quæ: Castitatem, paupertatem, obedientiam. Castitatem, ut non solum ab omni opere carnis impolluti, verùm etiam à cogitatione & affectione mundi firmi. Os contineat se à verbis impudicis & scurrilibus, manus atque omnia membra à lasciuia abstineant. Cor à delectatione quacunque carnali temperet. Atque ut breuiter dicam, profligata vndeunque atque omnium tam carnis quam spiritus illecebra, in castitate, in puritate & sinceritate templum Dei sanctum efficiamur. Quam breuis est delectatio, pro qua amittitur æterna beatitudo, quam vilis, quam spurca, quam denique nulla? Certum sit vobis charissimi, si quis in corde suo vltro voluet retineatque cogitationes de luxuria, aut alio quocunque peccato mortali, propterea quod consentit in delectationem rei cogitatæ, tamen si opere nolit, quamuis posset perpetrare, quæ cogitat: sed sponte delectatur, inquam, in delectatione peccati cogitatum peccat mortaliter, & Dei se facit regni exhæredem: secus si inuitus atque resistens patitur. Videte igitur quanta mundicia velit templum suum seruari Deus, quando non sinit, sed vetat sub æternæ damnationis pœna, ne ore, ne corde, ne mente, neve quocunque alio modo consentiamus peccato, ne sponte post deliberationem rationis permittamus, ut aliquid sit in nobis (cuius habemus potestatem) quod amicitiam habeat cum hoste suo, id est, cum peccato. Omnia namque membra, omnes cogitatus, omnes affectus, omnem denique intentionem nostram vult esse in nobis sancta, casta & pura. Videant igitur nunc, qui consentunt, quomodo clarè exprimant, si vel cogitationis delectationem, id est, peccati cogitatum ac voluptatem in corde retinuerint volentes, quamuis faciendi nullam habuerint voluntatem: quia si habuerint voluntatem cogitandi, idque propter delectationem quæ est in re cogitata, quæ res si in suo foret genere peccatum mortale, etiam delectatio cogitationis voluntaria, erit mortalis. Porrò ijs qui inuici phantasijs vexantur carnalibus atque renitentur, magis est ipsa tentatio ad virtutis exercitiuni, quam ad peccatum. Quicquid enim contra voluntatem nostram sentimus, quamlibet malum sit, nos non inquinat. Itaque Christo manus impolluta castitatis offeramus. Deinde alterum quod volumus, est paupertas, qua nullius rei dominium aut proprietatem habeamus, sed vsum tantum ad prælati voluntatem mutabilem ac reuocabilem. Unde absque violatione nulla est monacho copia (nisi administrationem sibi aliquam habeat commissam, quam bona fide pro voluntate prælati exequatur) quippiam magni parui dandi, aut à se alienandi. Alienandi dico, non solum à monasterio, sed etiam à seipso. Quapropter nequaquam absque vicio proprietatis monacho licet dare vel monacho alteri, vel fratri quicquam sine licentia quia nullius rei habet potestatem sed tanquam eorum quæ sibi accommodata sunt à prælato vsum duntaxat habet solum, siue sit cibus, siue potus, siue res aliæ quæcunque. Quem vsum si retinuerit, tas illi non erit alteri, quam prælati.

Prælato aut ei à quo iussu prælati accepit, reddere, nisi consensum prælati aliter habuerit faciendi. Ad paupertatis præterea obseruantiam necessarium est omnium quæ ad vsum habet, aut quorum vsum habet monachus, esse animo liberum atque alienum, quo paratus sit non solum absque verborum contradictione, sed etiam absque animi murmuratione atque tristitia ad præsentis voluntatem liberè resignare atque relinquere quicquid habet.

Si ita se monachus inuenit coram Deo, is gaudeat & gratias agat quod munus sanctæ paupertatis Christo offerendum habeat. Porro se aliter se inuenierit, vt aut det recipiatve quippiam sine licentia, aut vt clam velit esse prælato quod tractat, aut vt æquanimiter ferre non possit, si ab eo prælatus aliquid tollat, proprietarium non pauperem se cognoscat. Ideoq; pœniteat, & se antequam iudicetur à Domino, corrigat. Tertium quod Deo obtulimus & seruare debemus, est obedientia, vt nullius rei contradictionem aut electionè habeamus aliã, quã eã qua diuinæ obtemperandũ est, aut prælati (si constiterit) voluntati. Hic truncatur omnis tergiversatio, omnis excusatio, omnis exceptio, quia nudè, plenè ac integrè seruare debemus obedientiam. Non oportet te monache discutere, quare tibi hoc magis quam alteri præcipiatur, nec quare illud fieri iubeatur, est persequendum: sed cauendum magis, ne prauaricationis incidas periculum, neve obedientiæ perdas meritum.

Agendum est potius, vt abnegationis tuæ referas fructum. Hoc igitur tantum cura, vt sine murmure & tristitia per te fiat, quod prælatus iusserit faciendum. O quam fatui sunt & insipientes, qui licet obediant, cum murmure tamen faciunt, quæ debent. Laborem enim sibi augent, conscientia hilaritatè atque serenitatem tollunt, gaudium & pacem cordis à se procludunt & fructu atque mercede, imò gratia diuina (quam humiliter obtemperando sibi potuissent comparasse maiorem) se spoliant. Hæc sunt munera quæ Deo promissimus offerenda. Non tamen hæc tantum tria vota, sed alia etiam, puta conuersionem morum, stabilitatem ac perseverantiam Deo promissimus. Conuersionem morum, vt videlicet vitam nostram regulemus iuxta statuta nostra, sanctionesq; patrum nostrorum. In quibus cum præcipua sint conuersionis instrumenta, silentium & solitudo, cum maiori dispendio profectus spiritualis hæc deseruntur. Ostendat mihi quis bonum monachũ, qui non seruet silentium ac solitudinem. Impossibile est dari. Nam absque silentio & solitudine, is qui ex sua vocatione ea debet obseruare, nemo fiet spiritualis. Quomodo enim fieret per diuinam offensam & statutorum suorum transgressionem? Quocirca quisquis hæc contemnit, Deum contemnit, quia suam loquendi libidinem diuino beneplacito & propriæ saluti anteponebat. Magis enim eligit Deum offendere, quàm homini fratri in transgressionè eadem complici non acquiescere. Magis vult gratiam Dei à se, quam hominis amicitiam perniciosam (quæ contra Christum, contraque eiusdem beneplacitum conciliata est) elongari.

Heu infelix quisquis ad transgressiones conuersionis tuæ facilis, leuis aut contumax, quisquis abiecto Dei timore, quæ Deum offendunt tractare, aut agere non formidas. Quid proderit tibi huius aut illorum fauor aut amicitia super Christum non fundata, nec virtutibus, sed tentationibus & trans-

Paupertas affectionis vt sit nec essaria.

Proprietarium quantum constituant.

1. Cor. 11. Obedientia religiosorum qualis esse debeat. Obediendum esse absque discussione & murmure

Conuersionem motum que sit.

Nemo absque silentio & solitudine spiritualis.

Amicitia contra Deum conciliata quam sit perniciofa.

VI  
A

Errantium  
multitudo  
non facit  
errori patro-  
cinium.  
2.Tim.3.

Rfal.125.  
Matt.3.  
Luc.3.

Stabilitas &  
perseueran-  
tia religiosi  
necessaria  
quæ sit.

Virtus vt  
circa diffici-  
lia versetur.

Virtutis ve-  
ra probatio  
quæ.

gressibus conciliata? Nonne cuncta, quibus homo innititur, Deo suo cepto, fallunt, deserunt: nec tunc excusabunt iuuabuntve nos, cum ad Christi tribunal rapiemur? Non dicere potes: Ego alios sic vidi transgredi. Nunquam exempla praua te excusabunt? Aut dicere ne potes? Metuebam persecutionem malorum, ided cogebam me illis conformare. Metuebas homines, non metuebas Deum? Nescis quia Paulus te præmonuit: *Omnes qui pie volunt viuere Christo, persecutionem patientur?* Sine ergo vt rideant te alij, sine vt murmurent. Semina tu interim lachrymas: veniet tempus vt in exultatione moras. Veniet tempus vt tu epuleris ab vbertate fructuum manuum tuarum. Verò, qui tuam deuotionem spernunt aut calumniantur, in tribulatione maxima erunt. Siquidem quando omnis arbor sterilis exciderit & in ignem mittetur, tunc & ipsi non solum oia, verum etiam & multò plus mala subibunt. Verùm illis sicubi sunt relictis, vos charissimi memores propitios vestri, tendatis semper ad perfectionem, nec regredi, sed progredi semper festinetis. Curate vt odorem sancti feruoris, bonumque exemplum nouitatis posterisque vestris relinquatis, quo in vita vestra non minus, quam in istis legant, quid liceat aut quid non liceat. Postremo, stabilitatem & perseuerantiam Deo ita promissimus nos & hoc in loco stabiliri, & in hoc viuere genere perseuerare. Propterea nusquam absque transgressione fas est vel in animum admittere cogitationem de mutando loco vel statu. Videant quoties contra suam professionem agant, si qui sunt, qui non solum intra se cogitant, sed nihil etiam non tentant, mouentes omnem lapidem, vt sui professionem, rupta loci stabilitate, ad aliud monasterium impetrent. Vt licet neminem, qui sua id ausus fuerit temeritate rogare absque graui animæ iactura, emissionem huiusmodi sciant impetrasse, neminem videant meliorem inde, sed infirmiore multo factum, propterea quod ante à suis passionibus sit victus, quodque ea, quæ contra Deum & suam professionem sunt, impetunitate sua impetrauerit, atque ided, quæ malè inchoauit, necesse sit consummaverit, tamen alieno periculo nihilo doctiores aut prudentiores facti suapte voluntate ruere volunt in ignem. Verùm vobis charissimi fratres non sic, non sic vobis agendum est: quin potius quod semel Deo promissis, vobis placeat. Atque id aded, vt etiam quotidie renouetis feruorem bonæ voluntatis. Impossibile est enim animum stabiliri in aliquo bono proposito, quamdiu homo fluctuat, aut se non firmat in vno loco. Faciamus igitur hic, quod alibi necesse foret vt faceremus. Virtus vt virtus sit, necesse est vt habeat laborem, habeat quoque sui persecutionem. Familiare licet in virtute, vt quamuis omnem operam nauet, nihil se fecisse, nihil se passum existimet, quemadmodum ediuersò peculiare est iniquitati, vt cum bonos cunctos premat, se premi clamet, propterea quod boni eorum non consentant iniquitati. In persecutione igitur virtus quæ vera est virtus, crescit: quæ falsa, deficit. Hoc enim solo pacto virtus probatur, si constans, dum persecutionem patitur, inuenitur. Et clarior quoque inter diuersa nobiliorque est, quæ inter prospera. Longè enim plura, atque excelsiora sibi merita comparat, quisquis inter malos, quam qui inter bonos bonus est. Nemo tamen fratres suos aestimare debet malos, licet videat in eis, quæ non sint imitanda, sed mittat hæc diuino iudicio, quamdiu eos ex officio non tenetur iudicare. Sicut domino

domino stent aut cadant. Ipse interim suam conscientiam custodiat: quam non custodiet si vel alios iudicare, vel ex ore aliorum, aut fugiendo vituperium, aut expectando laudem, voluerit habere testimonium. Hoc enim nequaquam securum aut firmum habebit, nisi conscientia, nisi sacra scriptura, nisi denique praelati iudicium consentiant. Tunc enim his testantibus consolari potest seipsum, quod ambulet in lumine, hoc est, in veritate, quod omnibus nobis largiatur Iesus Christus Dei & Virginis filius, in secula benedictus, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*De stelle conditione, Magorumq; fortitudine ac deuotione.*

## Sermo II.

**A**pparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei, ad Titum 3. Charissimi fratres, quomodo Dei gratia potuisset benignior nobis exhiberi aut maior, quam quod idem, qui est iudex & vindex noster, factus est nobis Saluator? Antehac Deus vocabatur absconditus, Deus ultionum, Deus exercituum, Deus iudicij, cuius omnipotens nomen eius, nunc vocari vult Emanuel, Iesus Saluator. Nec hodie quemadmodum olim, cum ad filios Israel descenderet super montem Oreb, audiuntur tonitrua, nec micant fulmina, nec buccina clangor metum atque formidinem incutit audientibus, nec prohibetur, ne vel radicem quidem montis accedat quispiam: sed monstratur iucunda lux de caelo, nox vertitur in diem, auditur Angelorum iubilus cantantium atque laudantium Deum, dicentiumq;: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis.* Mittuntur ab Angelo pastores, & sideris ductu adueniunt reges ab Oriente. Inuenitur infans quidem paruus, sed amabilis nimis in praesepi, Deus & homo. Non iam gentes nobis improperant: *Vbi est Deus eorum? Ecce in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Ecce apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei. Apparuit, & sicut pro omnibus venit, ita omnibus quantum in se fuit, hoc est, quae rebus se benignum ac piū exhibuit. Propterea. n. deposita maiestate, in humana natura, in infirmitate, in paupertate, in labore, & afflictione apparuit, in profundissima humilitate vixit, ut nemo sit, qui illum non requirere audeat, nemo qui accedere metuat. Adde nunc quanta apparuerit benignitas in gentium vocatione, quantum hodie primitias in his Magis gentilitas ipsa Christo misit. Quanta, inquam, pijsimi Dei nostri benignitas, quae hos Magos, ut stellam obseruarent, monuit: ut inuenirent, ostendit: ut agnoscerent, edocuit: ut sequerentur, inuitauit: & ne cuiusuis potestatem metuerent aut tyrannidem, confortauit. Quanta benignitas, quod illis non angelum, non prophetam, (quos fortasse respiciissent) sed quod illis erat familiare, quod illos utpote Astrologos permoueret) stellam misit, quae sua nouitate curiosos in sui admirationem conuerteret, quae sua singularitate ad inuestigandum alliceret: quae denique mirra, sed occulta virtute quadam (quod vel in eius significatione, vel reuelatione discabant) ad sequendum illos attraheret? Mira sane dispensatio: & inscrutabilis sapientia Dei super filios hominum, omnia disponens suauiter: quae nimirum & hominum & gentium moribus condescendens, omnium

Rom. 14.  
Testimoni-  
um vnde  
querendū.  
Ioan. 8.

Esaiæ 45.  
Psal. 93.  
Esaiæ 6.  
Esaiæ 30.  
Exod. 15.  
Esaiæ 7.  
Matt. 8.  
Exod. 19.  
Exod. 20.  
Benignitas  
Saluatoris  
quanta.  
Luca 2.  
Matt. 2.  
Psal. 113.  
Baruc. 3.  
Tit. 3.

Quare ma-  
gos Chri-  
stus per stel-  
lam & non  
per angelū  
aut prophe-  
tam voca-  
uerit.

Sapientia

meditatur operaturq; salutem. Atq; idē Magos hos per ea, quæ familiariter  
 eidem consuetudo fecerat, vocat: Ingens namq; ac clarum illis astrum  
 ostendit, quod à cæteris multum maximēq; discreparet, puta magnitudine,  
 claritate, situ ac motu. Hoc eos de sua natiuitate, qui sidera obseruabant, in-  
 format. Simile aliquid Alcalonitis olim atque Gazensibus legitur factum  
 (arca Dei capta ac circumducta, dum plagam temeritatēq; suæ vltionem  
 quandoq; sentirent ciuitates Philestææ id quod in ipsorum remedium, ho-  
 rum diuini fieri iudicabant, populū que tunc illarum regionum crediderat  
 atque ordinabant, Deus benigna condescensione firmavit, diuinantium ab-  
 solutarum sententiam approbans. Neque enim maiestate sua putauit in-  
 dignum, vt vel ibi, quod prophani consultantē definissent, in effectum opus  
 perduceret: quemadmodum absurdum hic non iudicauit, vt astrorum con-  
 templatiuis nouo fidere nouam suam natiuitatem monstraret. Stella igitur  
 Magos, eosq; Philosophos ( apud Persas namq; reges erant Philosophi ) ad  
 præsepe suum adducebat. At postquam adorauerant, postquam munera ob-  
 tulerant, postquam in fide iam roborati erant, non per stellam, sed per An-  
 gelum illos præmonuit, quo Herodis cauerent insidias. Stella hæc quod  
 vna de cæteris, sed quædam virtus inuisibilis ( quod Chrysofomo placet, in  
 specie stellæ fuerit, vel indeliquet, quod singulari insolitoq; motu quod si-  
 liquis stellis prorsus incongruum est ) ab Oriente in Meridiem ibat. Denique  
 quoque quod in die aded erat luminosa, quod sole quoque fulgente videba-  
 tur. Quam lucendi virtutem planè nulla alia stella, sed ne luna quidem ob-  
 tinet. Vnde de stellis olim creatis, nullam fuisse credenda est. Accedit præterea  
 tertia conditio, quod hæc non continuè videbatur: sed nunc quidem præceden-  
 ter monstrat & conducit, nunc verò se abscondit, tandemq; iterum se ma-  
 nifestans, quo vult, sequentes se perducit. Postremò, quod non excelsum  
 habet situm atque motum, sed ad inferiorem aeris regionem descendens, op-  
 pidulum monstrat & domum: atque aded locum ipsum, vbi natus erat puer,  
 quomodo non singularis atque à cæteris difformis stellæ est indicium? Hæc  
 enim nulla in excelsis sita stella posset monstrare. Nam in excelsis stans, quo-  
 modo posset tuguriolum illud, quod intrare debebant, monstrare? quomodo  
 quidem & oppidulum totum si fuisset monstrandum, stellæ cuius situs erat  
 angustum. *Stabat itaque ( quod Euangelista ait ) supra, vbi erat puer, tam vicina*  
*sanè domui, vt quam ex omnibus designaret, non ambigeretur. Verum hæc*  
*quidem de stella. Cæterum de Magis quoque quanta hos excitauit deuotio,*  
*quanta fides permouerit, non est tacendum. Nam vt tam longinquam asse-*  
*merent peregrinationem, quæ potuisset tantos viros alia ratio permouere,*  
*nisi deuotio, qua aliquid numinis credebant in infante, cuius tam singulari*  
*videbant stellam in cælo? Neque enim, quem quærebant, suæ, sed alienæ cen-*  
*gentis rex futurus: quare nullum fauorem, nihilq; temporalis gratiæ potestatem*  
*hic venari. Accedit, quod nec patrem puer hic habebat regem temporali-*  
*regnantem: quem si habuisset, potuisset planè suspicari, quod in gratiam pe-*  
*tris honorare vouerint filium. Aut si Christum in regia maiestate, inq; ma-*  
*tura ætate conspexissent comperitatem, suspecti fortasè haberentur, quod*  
*ad conciliandum huius sibi fauorem amiciciamq; copulandam voluissent*  
*adulâri. Iam verò, cuius patrem nesciunt, aut fabrum bonum Ioseph puerum*  
*in pa-*

1. Reg. 5.

Chrysof.  
 Stella Ma-  
 gis exhibitæ  
 conditiones  
 quas habue-  
 rit.

Magorum  
 deuotio &  
 fides cuius-  
 modi fue-  
 rint.

Magorum  
 intentio re-  
 cta vt fuerit

VI  
A

in pauperis matris gremio latentem, nihil fastuosum, nihil magnificum ibi  
cernunt, hunc tamen credunt, hunc venerantur, hunc salutant regem. Quid,  
quod ad alienam gentem venientes, ciuitatemq; regiam intrantes, cuius rex  
etiam tum viuebat, praestoq; aderat, illo tamen quasi spreto, non metuunt de  
alio nouo rege nato sciscitari? Vbi est, inquit, qui natus est rex Iudaeorum?  
Quomodo non mille mox gladios o Magi contra vos metuitis nudandos,  
qui audetis alium praeter eum, qui tunc regebat regem nominare? Iam vero  
non solum nominare audeis, sed, *Venimus etiam*, dicitis, *adorare eum*. Vnde  
hic vobis animus, vnde haec fortitudo, nisi ex fide & deuotione? Credebant  
puto ab hoc, quem puerum quaerebant sese posse defendi. Nec eos fefellit o-  
pinio. Postremo, vt omnino certum sit sola fide atque deuotione attractos,  
mox vbi adorauerant, & munera obtulerant, quasi peracto negotio (pro quo  
tanta terrarum spatia fuerant emensi) ad propria redierunt. Nihil scandali-  
zati Domini infantia, nihil eius paupertate auersi, crediderunt regem, cuius  
insignia regni nulla viderunt. Obtulerunt munera ei, quem an denuo essent  
in terris visuri, ignorabant. Si tanta fides animauit hos, vt apud alienam ge-  
tem neque tumultum populi, neque perseuutionem expauescerent regis ty-  
ranni, sed liberi, *Vbi est, qui natus est rex Iudaeorum*, dicerent? quanta putatis il-  
los constantia, quanto zelo suae genti postea praedicasse vt ciuium suorum  
magistri & testes fierent Christi, idq; potissimè, cum & post stellam ducem  
Prophetarum interim testimonia didicissent, & in somnis praemoniti, ab  
Angelo accepissent eruditionem? Videte quàm iuste gentium fidem (vt potè  
quae Iudaeorum erat futura praestantior) hi viri fide insignes praefigurarunt:  
meritò propterea à nobis quoque honorandi, quos non tam sapientia & glo-  
ria mundi spectabiles quam fides (qua per longa terrarum spatia Christum  
quarunt) fecit praestantes. Verùm, quanti est facienda horum, qui de remotis  
terrae sinibus adueniunt, deuotio, tantum nauseanda planeq; execranda est  
Iudaeorum tepiditas, qui nec ad Magorum pietatem, nec ad fidei nouitatem,  
nec ad proprii testimonij sui (quod ex libris producunt) veritatè, de loco suo  
sunt moti, vt vel curiositate discerent, quis esset rex, qui illos liberare venis-  
set, Pensemus nunc fratres charissimi, vtrum Magorum videlicet feruorem,  
an ignauiam Iudaeorum malimus imitari. Decet nos (ni fallor) Magorum imi-  
tari feruorem, vt nos quoque, quae in Dei nostri cultum sunt, prompta  
mente hilariq; corde offeramus. Torpor hinc abscedat omnis, abscedat igna-  
uia, abscedat tepiditas, abscedat insipiditas, abscedat amaritudo: vt quae diui-  
na sunt, nos delectent, & in opere Domini feruentior sit, plusq; cupiat volun-  
tas, quam facultas possit. Deuotio exuperet vires, nec alia adhuc nos moueat  
ratio, quam diuinæ vt placeamus voluntati, diuino vt obtemperemus bene-  
placito. Magi haud dubium in fide se ipsis continuè perfectiores gaudebāt,  
quod non frustra tantos labores insumpissent, & quem hominem videbāt,  
Deum adorant.

Ibidem Ma-  
gorum for-  
tudo qua-  
ta fuerit.

Ibidem.

Iudaeorum  
tepiditas  
quam exc-  
cranda sit.Magorum  
feruor imi-  
tandus quis.

Nos quotidie in altaribus charissimi Christum inuenimus. Ibi adore-  
mus, ibi noua quotidie deuotione ipsum salutemus, ibi munera, id est, nos ip-  
sos, hoc est, quicquid sumus, quicquid valemus, quicquid habemus, siue in  
bonis naturalibus, siue gratuitis, ab ipso nos accepisse cognoscamus, ipsi pleno  
corde

V x 3

corde

corde denuo offeramus in omne eius beneplacitum. eodem præstante, quicquid  
Patre & Spiritu sancto uiuit & regnat benedictus in secula, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*De tribus Magorum muneribus mysticis, & triplici myrrha.*  
Sermo III.

**O**btulerunt Magi Domino aurum thus & myrrham. Matthæi 2. Magna boni  
die charissimi est festiuitas, qua primitiæ gentium ad agnitionem filii  
Dei vocatæ eidem ( licet infanti atque in matris gremio reliden-  
ti ) munera plena fide obtulerunt. Quorum non solum, ut illuminationem gra-  
tulemur, verum etiam imitemur deuotionem admoniti, salutemus matrem  
gratiæ, dicentes: Aue Maria. *Obtulerunt Magi Domino aurum, thus & myrrham.*  
Sancti igitur viri isti, quos vocatio superna à regionibus longè distantibus  
ad Christum visitandum, adorandum, honorandumq; muneribus attraxit,  
sicut ipsi vniuersarum gentium, ex quibus sibi Christus elegit Ecclesiam,  
luminandarum tenere figuram, ita eorum munera, quid offerre debeant  
mysticè nos instruant. Ipsi obtulerunt aurum, thus & myrrham. Nos vero  
fratres à diuersis regionibus aduocati, & ad Christum hic aduati, studia-  
mus eadem quotidie offerre Christo, quæ semel ipsi obtulerunt. Principio

Aurum my-  
sticè chari-  
tas vt sit  
Apoc. 3.

Nihil sine  
charitate  
meritorium  
1. Cor. 13.

Crocus

Cant. 8.

Eccle. 2.

Vt in aurum

tran. for-

mari debeat

mus

Rom. 8.

Thus my-

offerendum est aurum. Per aurum intelligi charitatem quis nesciat? Neque  
enim dissonat, quod in Apocalypsi ciudam suaderet emere aurum ignitum,  
vt Deo locuples fiat: quandoquidem diuitiæ nostræ emnes ( de internis enim  
loquimur ) in sola æstimantur charitate. Tanto namq; vnusquisq; perfectior,  
tanto sanctior, tanto Deo acceptior, tanto deniq; meritis est ditior, quanto  
charitate est maior. Crescente enim charitate, crescunt reliquæ etiam virtu-  
tes: quemadmodum illa decrescente aut deficiente, deficiunt. Caterum, sine  
charitate nullam esse virtutem, nullum meritum, vel ex Paulo ad Corin-  
thios manifestissimum est. Est igitur auri oblatio necessaria, vt quicquid ob-  
fertis aliud, quiddam agitis, non sine auro offeratis, hoc est, nihil vos ad age-  
dum moueat, quam charitas, nullus respectus ad proprium commodum,  
siue id spirituale, siue naturale fuerit, sed pure ( vt ita dicam ) intentio pla-  
cendi Deo.

Fertur Crocus auri appetentissimus optasse vt quicquid rangeret, vertere-  
tur in aurum. Ego vobis non minora opto charissimi, vt quicquid corde in-  
gitis, quicquid cogitatis aut desideratis, fiat aurum, id est prodeat ex charita-  
te. Hoc inquam, opto, hoc vobis precor, & vt pro illo nitamini, suadeo, quo  
vestrum nemo sit, qui non in omnibus pure quærat Deum, & extra hunc ali-  
ud nihil intendat. Sit in vobis *fortis vt mors dilectio*, extra se alia omnia desinen-  
s & consumens. ipsa vero à nullo vincibilis aut corruptibilis, qua tanquam  
aurum in igne probati nunquam deficiatis. Quippe quos neque tristitia neque  
lata possint separare à charitate, quæ est Christo Iesu, & iam non modo au-  
rum offeratis, sed aurum etiam ipsi sitis. Altera est oblatio thus, quam ob-  
ferre debemus Christo. In thure deuotionem intelligimus, quæ suavis ac pura  
est affectio cordis in Deum, feruentem ac promptum habens animum tra-  
dendi



IN FESTO APPARITIONIS DOMINI.

dendi se in omnia, quæ ad Dei pertinent honorem. O quam velociter ascendit hæc virgula fumi ad Deum, quam suaviter olet in conspectu Domini, quam benigne à Deo respicitur, quam potenter illum placat, qui ex sua natura vult misereri: quam dulciter allicit eum, qui sua sponte, vbi receptore inuenit, se effundit: quam violenter denique eum trahit, qui præ dulcedine bonitatis continere se nequit. At è diuerso, quam abominabilis est tepor indeuoti cordis, qui Deum à se auertit, & eidem nauseam prouocat. Hic est eorum, qui pacem & quietem querunt in creaturis, qui naturæ commoda obseruant, qui stant in seipsis, nec suis desiderijs ac sensuum oblectationibus moriuntur, sed cum priuato amore Deo seruiunt. Quare licet, quæ faciunt, bona sint, ea tamen semper potiora ac chariora habent, quæ ex propria voluntate nascuntur. Sua magni aestimant, iudicantes aut aspernantes aliena. Hi parum habent de sui abnegatione: atque ideo thus eorum inquinatum est, deuotio impura. Verùm hi valeant cum suo tepore. Vos dilectissimi quicquid agitis, cum seruore & animi alacritate agite. (*Hilarem enim ditorem diligit Deus*) vt ex thure deuotionis vestræ, suauitatis odor ad Deum ascendat, simulque vos reficiat, & proximos, vestros recreando ad Deum trahat. Sategite pietatis odorem, & bonæ adificationis exempla alterutrum ingerere, vicissimque recipere. Atque si quid minus fortasse ad huius thuris cremationem, quod cordis vestri prunas debeat excitare, in viuientium conuersatione cernitis, ad sanctorum præcedentium, potissimè autem ad Christi exempla recurrite. Horum vitam inspicite, & fragrantissimæ sanctitatis odorem spiritu haurite. Haurite, inquam, & intra vos ita per imitationis studium trahite, vt ex vobis ipsi postea proximis vestris idonei sitis deuotionis thura cremare. Sentiant vobiscum viuentes, quod non ignauiter, nec sine fructu sanctorum vitam didicistis. Sic legite, sic audite, vt imitandum semper aliquid in cor vestrum reponatis, Ad hoc iuuat, interdum signum siue (vt ita dicam) memoriale exterioribus oculis apponere. Vt quotiescunque illud præteritis propositæ virtutis admoneamini, vt vel imitandi recalescat desiderium, aut certe gemitus enascatur, quod ab huius virtutis fragrantia adhuc tam dispares, tam distantes, tam denique estis alieni. Anhelate tamen, vt ad hanc oblationem thuris pertingat. Quam reuera mirum in modum felix est, quisquis interno ac iugi desiderio ad Deum seruet, quisquis animo semper parato aduolat, quisquis promptum sese offert ad quarendum ac diligendum Deum, & ad quæcunque alia, quæ ad eius atinent honorem, cultum ac beneplacitum. Verùm, id faciat oportet pure propter Deum, non propter donum, non spe præmij, non metu pœnarum, non etiam propter gratias, aut aliud, quodcunque (quod tamen in incipiente toleratur) ab eodem recipiendum aut habendum, quod non est Deus, sed, vt dixi, sine vilo respectu sui ipsius, nude, pure, ac simpliciter propter ipsum. Rarissima est hæc deuotio, cui tam casta, simplex, pura, deiformisquæ insit intentio, vt nulla ex parte homo querat seipsum.

Tertia est oblatio myrrhæ: quæ vel idèd nouissime recenso, quod sine auro ac thure recte nunquam offertur. Per myrrham enim amaritudinem mortificationis intelligimus, qui sine charitate & deuotione nunquam perficitur. Siue enim patimur, siue operamur, si in Deum ex charitate id non referimus,

351

sticè vt deuotionem designet. Cant. 4.

Deuotionis veræ efficacia quanta. Tepiditas abominabilis coram Deo vt sit.

2. Cor 9. Alacritas in diuinis Deo gratissima vt sit.

Christi & sanctorum gesta sedulo vt meditando imitandaque. sint.

Quanta puritate nitere debeat intentio nostra.

Mirtha mysticè quid sit.

Nihil esse  
sue charita-  
te Deo ac-  
ceptum.  
Mirra tri-  
plex Christo  
offerenda  
quæ.

Mortificati-  
onis diffi-  
cultas qua-  
ta.

Quid in-  
ter sit inter  
sentire & a-  
mare dele-  
ctationes.

Creaturis  
quomodo  
utendum  
sit.

Secunda  
myrrha  
quæ sit.

Voluntatis  
propria  
mortifica-  
tio quæ.

feremus, laborem frustra infamimus. Sape enim huiusmodi opera, qui-  
uis de genere sint bonorum, & speciem præterea pietatis habeant, si tamen  
ex charitate non procedunt, adeo sunt inquinata, adeo corrupta, ut etiam  
pœnarum vltimum metu non careant. tantum abest, ut laude aut premio  
donentur. Est autem, quæ Christo offertur, myrrham triplici differentiâ.  
Prima est voluptatum ac delectationum sensibilium abdicatio, abnegatio  
quæ desideriorum priorum, & mortificatio priuati amoris. Hæc, n. o. or-  
tet cætera omnia vitia inde, hoc est, ex priuato amore nascentia, reuincenda  
ac mortificare, alioqui Deum non inuenimus. Amarum est assæta relinque-  
re, amarum est contra seipsum pugnare, amarum est amata abicere, amarum  
est desiderata sibi interdiceret, atque amorem ipsum in se persequi vltimum.  
amarum est, quod delectat, subtrahere, quod molestum est, sibi ipsi ingerere.  
Et tamen hæc est myrrha, quam offerri oportet, & neq; ad dextram neq; ad  
sinistram declinare. Est itaque myrrha amara & tanto amarior, quanto de-  
lectatio ad creaturam ante in te fuerat maior. Sed dicit aliquis: Quomodo  
ut sine delectatione viuam, potest fieri? Nunquid non edendum, nunquid non  
bibendum est? & quid esurientem aut sitientem æque delectat, ac cibum aut  
potus? Sic dum frigore lædor, quomodo absque delectatione calefiam? Non  
video, si natura manebit natura, quomodo hæc corporis commoda, sine  
quibus non viuatur, nullam etiam infra necessitatis metas admissa adierant  
consolationem. Respondendum, longissimo à se distare interuallo, delectatio-  
nem querere seu amare, eamque ad interna recipere: super hac item gaudere,  
consolari aut requiescere, quæ omnia prohibita sunt à Deo. Et delectationem  
sentire quidem propter creaturas humanæ infirmitati necessarias, non ti-  
men amare, hoc est, creaturis vti propter necessitatē, licet nō sine delectatio-  
ne, non tamen propter delectationem. Quia alia nō restat euadendi via, quā  
ut creaturis necessarijs utamur, quomodo creatæ sunt, ad finem, ad quem  
creatæ sunt, id est, ad naturæ sustentationem, siue delectent, siue non delectent.  
Itaque delectatio in exteriori sensu si versatur, ibi maneat, id est, ad interna  
non recipiatur. Nec ibi maneat ut quiescat, aut ibi foueatur. sed ibi mane-  
at, hoc est, interiora non penetret, sed cum actu præterfluat & transeat, at-  
que ita pereat, ut huius etiam memoria & imago, si possibile est, ad men-  
tem hominis non pertingat. Moriendum igitur est delectationi creaturarum,  
ut non queratur, non ametur tãquam aliquid propter se delectatio. Non aut  
propterea moriendum est casto vsui creaturarū. Vnde quia sine creaturis viu-  
re nequimus, si in harū vsu delectatio non quesita, non vocata occurrat, sen-  
tiatur quidem, sed quasi nō sentiretur, sentiatur, id est, sentiatur foris in sensu  
exteriori, & intus nesciatur, id est, non ametur, nec super ea gaudetur. Care-  
rum, non solum delectationi vitiosa, verum etiam naturali ut moriatur,  
conandum est: imo cuiuscumque etiam consolationi extra Deum abrenunciandi,  
& omnia, quæ sub Deo sunt, superanda atque supergredienda: sint dona con-  
solationisve à Deo, sint amicitia honestæ & familiaritates cum sanctis Dei  
hominibus, sintve alia quecumque inferiora Deo, in quibus omnibus neque  
gaudendum neque quiescendum est, sed in solo Deo. Ad quæcunq; alia, ut in  
finem vltimum, sunt destinanda. Inde liquet, quod volebam pro altera spe-  
cie mortificationis dicere, videlicet ut non solum delectationibus abrenun-  
ciat.

ciet, sed desiderijs etiam ipsis habendi moriatur homo, ad omnia paratus, & in vtramque partem resignatus: ad habendum scilicet & ad carendum, ad operandum & quiescendum, ad aduersa & prospera recipienda, quasi is qui non habet opinionem nec propriam voluntatem, sed nutu atque ductu regitur alieno, hoc solum putans optimum, quicquid sua, hoc est, propria voluntate non fuerit enatum, ut in omnibus abnegatio sui habeat in eo locum. Itaque studet mori omnibus desiderijs, quæ ex priuato nascuntur amore, & soli diuinæ prouidentiae sese credit, huicque innititur. Hinc tertia species mortificationis apparet, quando etiam in his, ubi quærit Deum, & quæ secundum scripturas, & iuxta sanctorum exempla videtur debere eligere, resistitur ei & impeditur, aut quasi etiã Deus eius profectui vellet resistere, ab eodem quoque relinquitur atque proicitur: expositus denique omni tentationi non iuuatur ab eo, sed, ut dixi, quasi repugnaret eius studijs bonis diuina iustitia, ita quæcunque incipit, propulsantur, & intereunt, aut prohibentur, ac infirmitatibus interceptiuntur. Si iam inter hæc omnia potest mori proprio sensui, propriæque voluntati, ut non malit Deo seruire, quomodo sibi propria voluntas suggerit, aut quomodo suadet propria deuotio, aut quomodo suæ complexioni, atque naturæ, statuiue videretur magis accommodum: sed quomodo Deo placet ut seruiatur sibi, sequens illius tractum, & accipiens omnia impedimenta de eius manu, & nihilo minus tamen studium proficiendi non deserat, tamen in nullo videatur proficere & progredi, sed ad imperfectiora semper destinari. Hic si inærea confidat Deo, si innitatur prouidentiae diuinæ, si mori denique studeat omni proprietati, eligens, si Deo ita placeat, nouissimum pro Dei amore habere locum inter omnes saluandos, speretque omnia sibi optima à Deo euenire, nec diffidat de bonitate diuina, cui se totum credit, hic offert myrrham mortificationis probatissimam. Iam fratres charissimi oblationem puero facturi, pro his tribus muneribus Domino supplicemus. Rogemus puerum ipsum, ut in corda nostra ponat hæc tria, quæ illi offeramus munera. Neque enim alibi quærenda sunt, neque inuenienda, sed ab ipso petenda atque donanda. Donet igitur nobis puer Iesus, quod illi offeramus ad laudem Patris & Spiritus sancti, qui est Deus benedictus in secula, Amen.

Tertia myrrha probatissima quæ.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*De triformi Ecclesia statu, alijsq; varijs per munera Magorum significatis.*  
Sermo IV.

**A**PERTIS thesauris suis obtulerunt Magi munera, aurum, thus & myrrham. Matthæi II. Si venerabilium Magorum fratres charissimi confideremus studium, vigilantiam, fidem, laborem, pietatem, munificentiam in Iesu, magna nobis oboritur confusio, quod hi vni suæ gentis crediderint vati, propter vnicum oraculum solliciti stellam expectauerint, sequuti fuerint, Christum quæsierint, eumque infantem ac pauperem, & in loco admodum vili inuenientes, adeo scandalizati non fuerint, nec trepidauerint, ut adorauerint etiam, muneraque eidem obtulerint. Nos verò post innumera Prophetarum

Yy

phetarum

phetarum vaticinia, post Euangelij testimonia, post quotidiana deinde in scripturarum, & inter beneficia innumera, quæ perinde nobis Cantum prædicant, aridi & desides manemus. Itaque sermonem facturus sum quo cuiuspiam possim aut tentem oblectare deuotione, sed ne ordinis vobis præterisse consuetudinem, quanto lectioes hodie fuerunt prolixiores, tanto breuius ego dicam. Igitur prætergrediens Balaam vaticinium, stellæ ortum, Magorumque tacens legationem, eorundem item deuotionem, prædium, adorationem, cultumque, de munerum significatione, hoc vnum dicam. Sicut hi tres Magi (quod nostis) vixote primitiæ gentium in fide, quibus se puer Iesus, post reuelatione sui pastoribus Iudæis factâ, cognoscens, adorandumque exhibuit: sicut, inquam, hi Ecclesiam ex gentibus conuersam significabant: ita tria eorundem munera, tres illos sanctiores Ecclesiæ status, seu viuendi ordines, quibus conuersa gentilitas Deum foret honoraturâ, præsignabant. Sanctiores, inquam, non officij genere (neque enim prælatorum aut sacerdotum nunc excellentiam statim prædicare, sed præminentia vitæ. Sunt autem hi Martyrum, Virginum, Monachorum, quos non aliter sane ac tria nobilissima munera nunc regi suo offert Ecclesia ex gentibus conuersa.

Et Martyres quidem per charitatem velut aurum rutilantes, patientia stabiles, fide integri, confessione lucidi, qui in tormētis & passionibus perinde ac aurum in igne probati, fideles inuenti sunt. Quippe quos nullatubulatio à fidei integritate potuit corrumpere, nullum genus mortis à charitate Dei separare. Vnde nihil mirum, si per aurum signentur, quando eam scriptura refert: *Tanquam aurum in fornace probauit electos Dominus. Et quod holocausti hostiam accepit eos.* Verum ne quis putet hunc ordinem sanctiorum, videlicet martyrum, Ecclesiæ his temporibus deesse, propterea quod olim in Ecclesiæ nascens initio solum, & iterum in fine mundi, velut in extremum crederentur pro fide martyres palam coronari, hac vero tempestate cum fidei desit persecutio, omnesque sint Christiani, nemo martyrij possit dicemate coronari, dicendum, profectò ne hodie quidem in coetu credentium martyres deesse, quandoquidem non solum pro fide, verum etiam pro innocentia, pro iustitia, pro veritate, mors suscepta martyrem facit: Abel, Iohannes Baptista, Thomas Cantuariensis, alijque multi in medium veniant, quibus nemo martyrum non tribuit coronam, quorum tamen nullus pro fide occubuit. Sed innocentem, iustum ac Deo acceptum Abel fratris inuidia, propter terum, id est, Baptistam zelosum, quod illicitas nuptias arguisset, adulterii libido: tertium Ecclesiæ defensorem, ac iurium libertatumque eius pro pietatorem, crudelitas regis extinxit. Quæ quum ita se habeant, credendum est Ecclesiæ etiam nunc Deo offerre complures, ceu aurum probatissimum, martyres, qui damna bonorum suorum, qui corporis dolores, qui pressuras cordis, qui persecutiones, qui tandem mortem excipere malunt, quam iniquitati consentire ad iniquitatem. Quid quod multorum hodie, quos zelus domini Dei comedit, corda intus tristitia tabescunt, videntes Christi contemptum, Ecclesiæ opprobrium, damnationem animarum? Quid quod multorum vitam grauis animarum periclitantium cura, aliorum, quod quasi sub prætationibus horrendis opprimuntur, anxius timor abbreviat? Et quid in-  
tere si

Numer. 24.

Lucæ 2.

Magi tres  
eorumque  
munera  
quid mystice  
designent.Status Ec-  
clesiæ san-  
ctiores tres  
qui sint.Proue 17.  
Eccl. 2.  
Roman. 8.Martyres  
sancti cur  
recte per au-  
rum designentur.  
Sapient. 3.Martyrem  
quid efficiat.  
Gene. 4.  
Marc. 6.Martyres e-  
tam hodie  
in Ecclesia  
non deesse.Psalm. 48.  
Martyrium  
spirituale  
quod sit.

gerest, subita violenta, sic morte necari, an diu patiendo, vitamque quasi ex-  
 hauriendo consumit. Taceo nunc de iustis, iniurias, metum, exilia, perse-  
 cutiones, bonorum temporalium (& quod his grauius est) famam spoliatio-  
 nes, quae hodie ab haereticis Lutheranis boni patiuntur Christiani, & prae-  
 cipue monachi: vnde vitam arumnosam, ac velut infamem agere coguntur,  
 cui plerique mortem praerferrent. Praetereo quoque alia martyrij genera,  
 quibus sine ferro coronam comparari posse asserunt diui Gregorius & Ber-  
 nardus. Haecenus de martyribus. Alterum Ecclesiae munus, quod Christo,  
 offertur, status est virginum, in thure praesignatum. Siquidem gratissimum  
 Deo spirat odorem candida virginitas. Scribunt Plinius & alij, arbores thuris  
 pro fructu & gummi colligendis non incidi licere apud Arabes, nisi a sacris  
 sacerdotibus & religiosis: & hoc eo tempore, quo a mulierum complexu sint  
 impolluti, sicque virtutem thuris fieri meliorem: quod quantum huic nostro  
 intellectui faueat, facile est videre. Accedit, quod thus sicut contusum in ig-  
 nem ponitur, vt & odoris fragrantia foetorem repellat, cerebrum confortet,  
 & fluxum humorum restringat: ita virginitatem, ne vana sit, expedit tribu-  
 latione tandi, & in puluerem, id est, in humilitatem, vt modica sit in oculis  
 suis, redigi, igneque deuotionis, hoc est, charitatis seruore cremari, vt li-  
 bidinis fluxum extinguat, cerebrum, hoc est, rationem (quam luxuria bru-  
 talem efficit) confortet, ac boni odoris exemplo, seu fama alios reficiat. Vbi  
 hoc quoque considerandum, quod thus in arbore nouella candidior est, in  
 veteri efficacior, quod quantum conueniat virginitati, quae in adolescentia  
 pulchrior ac gratiosior, in senibus vero solet esse perfectior atque feruenti-  
 or, quis non vadeat? Veruntamen in vtrisque haud dubium rarum valde, sed  
 longe preciosissimum Ecclesiae munus. Postremo, per myrrham Monacho-  
 rum genus, quod in poenitentiali est vita constitutum, intelligitur, quodque  
 mortificandis passionibus, restringendisque affectibus insistit. Siquidem huius  
 vita professores mundo penitus student mori, & Christo consepeliri. Vnde  
 liquet, vt quisquis illorum ad haec non admittitur, certum esse quia monachus  
 non est. Et heu quotus hodie est, qui mortificandis passionibus: imò qui non  
 potius fouendis proprijs voluntatibus totus insistit? Inter canobitas igitur  
 valde pauci veri sunt, quibus sanctum hoc nomen solitarij, atque plangentis  
 siue tristis, ex opere & bona actione conueniat. Vides alios monasticum ha-  
 bitum portare (& qui se etiam non paucis perfectiores aestimant) ad chorum  
 ire, & caeremoniarum onera veluti asinos saccos portare: de mortificatione  
 vero vitiorum, de interna vita, de spiritu, de eleuatione ac vnione mentis  
 cum Deo, parum aut nihil sentire. Verum, reuertamur ad propositum. Dixe-  
 ram tres Ecclesiae status ordinesve his tribus Magorum muneribus significa-  
 ri. Probe quidem: Veruntamen licet tria haec munera in tribus statibus, quasi  
 tribus ordinibus Ecclesiae distinctim Christo offerantur, nihilominus tamẽ  
 a quouis homine singula simul Deo possunt offerri. Nam quisquis per chari-  
 tatem ita heret Deo, vt nulla illum tribulatio soluere, nulla aduersitas dei-  
 cere, nulla tentatio possit corrumpere: hoc est, quem *neque mors, neque vi-*  
*ta, neque instantia, neque futura,* neque cetera quae Apostolus enumerat, possunt  
*separare a charitate Dei, quae est in Christo Iesu:* hic profecto aurum Deo offert  
 pur-

Gregorius.  
Bernardus.  
Virginitas  
cur recte  
thuri com-  
paretur,  
Plinius.

Monachoru  
genus cur  
per myrrham  
recte desi-  
gnetur.

Quomodo  
quis aurum  
mystice  
Deo offerat,  
Roma. 8.

Thus quomodo mystice offerendum fit Deo.

1. Theff. 4. Myrrham quomodo quis mystice Deo offerat.

Vota monastica qui Magorum tria munera designant.

purgatissimum. Idem si voluptatibus carnis & sensualibus delectationibus (quatenus temperanter fieri oportet) abdicatis, sciuerit creaturis ad solam necessitatis ministerium uti, sciuerit quoque vas suum possidere in sanctificationem & honorem, non in passionem desiderij, castam interea ac mundum Deo vouens animam, thus candidum odoriferumque credendus est obtulisse. Qui si denique proprias non modo voluntates sciuerit mortificare, verum etiam consilia & iudicia sua contemnere, carnem affligere, alterius iustitiis subiici, alieno consilio intrepidus inniti (quod alioqui tum doctis, tum deuotis haud exigua est pugna) proculdubio sanctae mortificationis myrram exhibet Deo. Addendum postremo (ut etiam nobis non nihil tribuamus) haec tria munera tribus in religione monastica respondere votis. Siquidem per votum paupertatis non modo aurum, sed etiam mundum offerimus Deo vniuersum, quippe qui posthabitis omnibus, soli Deo innititur, nihil de hoc mundo, quatenus ad dominium respicitur, habentes, & in Christo omnia, hoc est, nihil extra ipsum concupiscendo possidentes. Porro per votum castitatis, quod dictum est, offerimus thus. Myrrham verò per obedientiam votum, per abnegationem nostri & omnimodam mortificationem. Quae omnia vtinam sicut à nobis exigentur districtè, ita fideliter soluamus & deuotè, praestante Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

### IN SOLENNITATE PURIFICATIONIS BEATAE MARIAE SEMPER VIRGINIS.

*Cuiusmodi esse debeamus, ut Christum intra nos digni simus suscipere.*

*Sermo I.*

Cantic. 4. Luc. 1. & 2. Humilitas Mariae virginis quant.

Humilitas Iesu quant. Luc. 2. Leuit. 12. Leuit. 17.

Actor. 1. Matth. 11.

**A**ccepit puerum Iesum Simeon in vlnas suas. Luc. 2. Cùm sanctum Euangelium nobis nocte legeretur, nullum nostrum arbitror fuisse iracundum charissimi, quem non humilitas pudicissimae Virginis, subiectio & obedientia Iesu infantis, alacritas denique & deuotio sancti Simeonis, ad compunctionem mouerit: quandoquidem virgo mundissima tota pulchra, & tota semper immaculata, sine viro fecunda, sine dolore puerpera, & post partum manens integra, ut alia quæuis mulierum, & quæ fontem genuerat claritatis & puritatis, velut immunda, purificationis compleuit ritum: sed nullo volens gaudere priuilegio sanctitatis, nulla præminencia fieri singulari nulla prærogatiua cæteris haberi præstantior, sed inter alias mulieres peccatrices, corruptas & immundas, ut illarum vna non erubuit reputari. Deinde filij Dei humilitatem, subiectionem & obedientiam quis non miretur? Impudicus perinde ac si peccator esset, voluit circumcidi, quum legi non tam esset obnoxius, quam à peccato fuit alienus. Hodie verò, & ut peccator per hostiam expiari, & ut seruus quinque voluit siclis redimi. Sic iam primum ingrediens mundum, viam humiliationis non tam sermone, quam opere voluit docere. Atqui verbo quidem tacuit infantulus, quod exemplo nunquam non predicauit. *Discite, inquit, à me, quia mitis sum & humilis corde.* Cæterum, hæc meditari tamen multum ad profectum nostrum attineat, tamen quasi super virtutem est nostram tantam Saluatoris perfectionem imitari. *Quantumcunque*

VI  
3

cunq; n. nos extēdimus, quātūlibet enitimur, quātūuis deniq; vel proficimus,  
 nihil humilitati Christi, sed ne Mariæ quidē nostra humilitas valer cōparari.  
 Ad simplicē hominem, ad nobis similem, ad sanctum Simeonem (cuius laus  
 est in Euangelio) nos conuertamus, ad decrepitum senem, in quo iuuenilis  
 fidei ardor viger, in cuius corpore iam iam morituro deuotionis feruor re-  
 pullulat. Senex diu ille vixerat, promissum habens à Spiritu sancto, nisi vitā  
 videret, mortem non gustaret. Ad hoc quippe mors eius protelabatur, vt vitā  
 videret, pro qua mortem non solum non metueret, verū etiam desidera-  
 ret. *Responsum* quippe (vt dixi) *acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem,*  
*nisi videret Christum Domini.* Venit itaque Christus, aduenit & Simeon ilicō,  
 gratulabundus accurrit senex: sed præ desiderio Christum videndi, oblitus  
 tremulæ senectutis, annosāq; imbecillitatis immemor, venit profectō fe-  
 stinus ad Christum, senex ad infantulum, creatura ad creatorem, moriturus  
 ad vitam. Accepit eum in vlnas suas, strinxit brachijs deuotionis. In quo cūm  
 amorem suum pasceret, tanquam olor finem suum præsentiens, iubilum  
 cordis sui dulci cantico manifestauit, dicens: *Nunc dimittis seruum tuum Domi-*  
*ne, secundum verbum tuum in pace, &c.* O quam salutiferum esset, fratres charis-  
 simi, senis huius deuotionem imitari, Christum ardentem desiderare, expe-  
 ctare longanimitè, suauiter amplexari, eidem coniungi feliciter, gustumq;  
 ipsius suauissimum experiri. Heu quotidie nos Sacerdotes Christum quidem  
 amplectimur, sed eidem non coniungimur. Corpus eius accipimus, sed spiri-  
 tu ipsius non vegetamur. Ad ignem sedemus, & frigidi manemus. Vtinam  
 nobis vel in vltimo termino vitæ nostræ contingeret experiri, quod hodie  
 Simeō sanctus senex persensit, exclamans: *Nunc dimittis seruum tuum Domine,*  
 &c.

Luca 2.

Luca 2.

Verūm, nemo persuadeat sibi Christi dulcedinem posse gustare, nemo cum  
 Simeone eadem munera expectet, nisi ipse quoque Simeonem spiritualiter in  
 se exprimat. Et vt clarius dicam, si Christum in vlnas accipere, si cordis illum  
 cupimus constringere complexu, eisdem moribus nos institui necesse est,  
 quibus in Euangelio Simeō prædicatur. Principio itaque consideranda venit  
 nominis interpretatio. Simeon namque tristitiam audiens interpretatur.  
 Porro tristitiam audire dicitur is, qui super desolatione proximi sui com-  
 patitur, qui tristitiam fratris facit propriam: qui denique onera proximorū  
 non solum patienter, verū etiam benigniter portat. Hi vocantur in Euan-  
 gelio misericordes, digni profectō qui cum sancto Simeone Christe Iesu te,  
 non solum misericordem, verū etiam misericordiam ipsam, hodie suscipi-  
 ant in medio templi tui Deus: quandoquidem non fallit quod ore tuo bene-  
 dictio nobis promittitur, beatos misericordes, quoniam ipsi misericordiam  
 consequentur.

Simeonē  
 quomodo  
 quis mysti-  
 ce in se ex-  
 primere de-  
 beat.  
 Simeon  
 quid inter-  
 pretetur.  
 Matth. 3.

Psal. 47.  
 Matth. 5.

Subiungitur autem Simeonem fuisse in Hierusalem, hoc est, in visione  
 pacis. Sic enim qui norunt Hebraum interpretantur. Quo nimirum insinua-  
 tur, ei qui in templo Dei, hoc est, in corde suo (siquidem Apostolo monente,  
 templum Dei sumus nos) Christum desiderat suscipere, necessarium fore, vt sit  
 in visione, hoc est, in gustu pacis internæ, quandoquidem Christo nisi in pace  
 non est locus. Si igitur o frater (nouellis plantis loquor) vis in Dei templo,  
 hoc

Hierusalem  
 quid inter-  
 pretetur.  
 1. Cor. 3.

Psal. 48.



Pax cum tuis  
bus seruanda  
qui sit.  
Iob. 27.

Iustus quis  
dicatur.

Esaiæ 66.  
1. Ioan. 4.  
Lucæ 2.  
Lucæ 1.

Simeon quomodo  
quis mystice  
fiat.

Thren. 3.

hoc est, in corde tuo Christum suscipere, esto in Hierusalem, tene pacem. Pacem dico, cum Deo, cum proximo, cum temetipso. Quam ut triplicem habeas, aut perfectius habeas, serua Dei non solum mandata, verum etiam beneplacita. Esto sollicitus eidem fideliter reddere vota tua. Cura ut aut recte agens, aut humiliter poenitentem, non reprehendat te cor tuum in omni conuersatione tua. Nihil in corde tuo resideas, quod medium seu interstitium faciat inter te & Deum. Deinde, ut cum proximo pacem teneas. Serua obedientiam & reuerentiam superioribus Concordiam in bono & equalibus, pietatem humilem omnibus. Postremo, ut solus quoque in pace possis habitare, noli animum tuum occupare his rebus, quæ te non attinent. Noli anxius sollicitari pro his, quæ tuam non exigunt curam, quorum ratio abs te non exquiritur. Neminem curiosè obserues: quin potius hoc tibi cura sit, ut desit ut & secreta aliena nescias. Nec omnia quæ vides, videas, hoc est, multa tanquam surdus, mutus & cæcus prætereas, ea potissime, quorum cura vana est aut perniciofa. Alioqui si in aliena oculum intendas, tui immemor factus, quomodo suspiciones, iudicia, cogitationes amaras, & cætera id genus pacem turbantia poteris excludere? Sequitur hinc in commendatione Simeonis, quod fuerit iustus. Iustus dicitur, qui talem se gerit ad alium, qualem erga se alios vult haberi: non contemnit, quia sperni renuit: non facit iniuriam, quia pati recusat. Erat itaque Simeon iustus, erat & timoratus. Atque merito quidem, quippe cum timorem Domini semper comiteretur humilitas. Et Dominus haud donet se nisi tremantibus atque humilibus brachijs amplexantibus. *Super quem, inquit, requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum, & tremantem sermones meos?* Verum, quia à timore laudatus est, ne eum intelligamus timorem, quem foris mittit charitas, sequitur: *Et expectabat consolationem Israël.* Quam consolationem; Sanctam haud dubium atque diuinam. Namque carnalem atque mundanam iam olim longè à se abdicauerat, detestans aliter exultare, præterquam in Domino Deo salutari suo. Quamobrem & Spiritus sanctus erat in eo. Nunc igitur charissimi, si Simeon esse voluerimus, si Christum intra nos suscipere cupimus, si denique desideramus spiritualiter obtinere in veritate, quod paulò post agere nos mysticè significabimus per susceptionem candelæ, quæ prædicta sunt, nobis erunt necessaria: videlicet ut simus compassiui, quieti, vnanimes, iusti, timorati, terrenarum voluptatum contemptores, expectantes in silentio salutare Dei. Veniamus denique non minus spiritu, quam corpore in templum (quod quid sit, scilicet in spiritu venire, alijs experiendum simul ac tractandum relinquo.) Ut tandem & nos quoque Christum Iesum Dominum nostrum, propter nos quidem infantulum, patri verò coeternum, intra vlnas cordis nostri suscipere mereamur, brachijs amoris ipsum constringere, pariterque ab eodem astringi, eius gratia illuminari, & eius igneo amore accendi. Quod recipiendo candelam ardentem votis omnibus desiderare & petere debemus: atque reportando candelam, in mysterio illo ipsum pro nobis atque nos simul cum illo, patri in laudem & beneplacitum offerre. Quod nobis idem largiatur Dominus Iesus

Christus, in æternum benedictus,  
Amen.



## IN EADEM SOLENNITATE.

*De septuplici inobedientia gradu.**Sermo II.*

**P**ostquam impleri sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Moysi, tulerunt Iesum in Hierusalem, ut steterent eum Domino. Luc. 2. Fratres charissimi hodie festum agimus diem, quo purificationem recolimus beatissimæ Virginis Mariæ: non quod ab aliqua macula purgata sit, quippe quæ nullam habuit, alioqui immunda fuisset, quæ tota pulchra est, & immaculata: sed quod ritum purificationis quæ reliquis erat mulieribus necessaria, ipsa quoque tamen non egeret, suscepit tamen, quia legi cui non fuit obnoxia, & quæ ipsam manifestè eximebat, sese propter humilitatem, obedientiamque custodiendam subijcere vltro voluit. Siquidem lex mandauit mulierem, quæ suscepto semine peperisset, purificandam. Quo manifestissimè constat beatam Mariam, quæ nullo semine suscepto conceperat, huic legi nequaquam fuisse obnoxia, sed vltro humilitatem ac obedientiam nobis voluisse commendare, quam obrem haud aliter atque immundarum mulierum quæpiam alia ab hominum consortio se continuit, ab ingressu templi abstinuit, & hodie in templum purificanda aduenit, filium obtulit, hostiam dedit, pro se & filio orari fecit, puerumque redemit. Hic accipiamus fratres in Mariæ obedientiæ exemplum, & non sine graui periculo animarum nostrarum fore existimemus, si nos vel Dei, vel statutorum nostrorum leges, quarum alteri in baptismo, alteri in tam solenni professione nos addiximus, leuiter & quasi sine cura aut timore transgrediamur: quoniam beata Maria, quæ non debuit, soluit & legi, cui non tenebatur, obediuit. Debueramus meritorum thesauros per obedientiæ obseruantiam, ac per voluntatis propriæ abnegationem cumulatiuè coacervasse, sed huius virtutis præuaricatione irremediabilia damnationis nobis lamenta comparamus. Videre quantæ sit infelicitatis inde damnari, vnde debueramus etiam gloriosissimè coronari. Quid enim monastica opera exornat aliud quam obedientia? Quamquam multa ac varia sint quæ agimus: vno tamen solo bono obedientiæ cuncta nobis profutura speramus. Varia sunt ac multa nimirum quæ facimus, quæ aliunde non habent virtutis speciem, nisi quia ex obedientia sunt, quæ, quicquid ex suo genere malum non est, bonum facit. Quæ propter religiosus edendo, dormiendo, surgendo, ambulandoque si vult meretur.

Cantic. 4.

Leuit. 12.

Obedientiæ exemplum in Maria.

Obedientiæ quantum exornat opera monastica.

Et vltimè dicam, quicquid secundum regulam suam, aut propter voluntatem sui superioris, ad obediendum illi propter Deum facit, gratia Dei, virtutis merito, corona ac præmij dignum efficitur. Itaque omni momento, omni loco, ac in omni re, vtram volumus: aut per obedientiam Dei, gratiam atque amicitiam maiorem, aut per inobedientiam, ignauiamque nostram, Dei iram nobis comparare possumus. Verùm, quam faciliter nunc meritorum diuitias obtinere possumus, tam miserè & infeliciter posthac plangemus, quod occasiones & tempora ad placandum Deum nobis donata modo negleximus, & tanto bono obedientiæ, tamque fructifero nos spoliauimus. Multipliciter autem nos obedientiæ fructu spoliauimus, nempe tot modis, quot

Inobedientiæ gradus septem quot

1. quot non obediunt. Itaque primus inobedientiae gradus est, si quis praelati voluntatem cognoscit, quamuis nullum adhuc iussionis verbum audiatur, tamen, ut dixi, voluntatem eius cognoscit, cui nisi praecipiat sibi acquiescere aut satisfacere, renuit: hic coram Deo haud dubium inobedientiae reus est, licet in facie exteriori prauaricationis argui non possit. Grauis autem delinquit, si vel iussus vel monitus, iuxta secundum gradum agit, quomodo potest hoc est, excusando, dissimulando, fictè alligando, aut importunè cogendo, donec tuam voluntatem obtineat, impetratq; ut non ipse praelato, sed praelatus obtemperet illi. Hic pari modo videtur in facie Ecclesiae transgressionis poenam euadere, coram Deo tamen ab inobedientiae reatu immunita non est. Neque enim solum quid extra agatur, aut quid dicatur, Deus iudicat, sed animum & intentionem totiusq; interioris hominis conditionem perscrutat. Ibi ergò inobedientiae conspicitur reum, ubi ab animo obediendi inuenitur alienam. Est tertius gradus inobedientiae, ubi nulla etiam lex, nulla praelati adhuc auctoritas quicquam iussit, sed obstinata subditi voluntas sua sponte seipsam prauaricatricem constituit, dum cogitando sibi statuit. Si hoc vel illud iuberetur quanquam non iubeatur, nollem obedire: & peccati se reum facit ex mala voluntate, antequam causa quare delinquitur, praebatur.

O quot peccata huiusmodi mentalia etiam mortalia fiunt, quorum licet occasio, ut ab extra fiant, nunquam dabitur: & tamen per voluntatem proposita sibi conditione peccat mens hominis malis affecta, dum sibi statuit, quod statuendum non est: vnde peccati, quantum in se est, rea ex sola voluntate mala efficitur. Sic quotidie homines loquuntur: Si mihi hoc fieret, ego hoc ita vindicarem: ego ita illum expedirem: ego hoc aut illud agerem. Si mihi à praelato meo hoc praeciperetur, ego resisterem & recusarem obedire. Vbi considerandum est, tamen si ut ita vindicet, aut expediat proximum, aut agit iniquè, occasio nunquam tribuatur: tamen si verè ita ac deliberatè statuit, & si id, quod decreuit, in suo genere peccatum est, voluntas iam coram Deo reo peccati rea est, quanto ipsum, quod dicturus aut acturus foret, est delictum. Et hoc modo, etiam si nihil imperetur, tamen avimus sibi ipsi dicentis: Si mihi hoc imperaretur, nollem obedire, iam inobedientiae reus est. Quapropter charissimi, agite semper, ut cor habeatis vnusquisque syncerum, accretum. Nisi enim assiduo studio atque vigilantissimo oculo ad interiora sua quis respexerit, crebro & absque numero Deo intus, (ubi ipse met non considerat) delinquit. Et hæc est potentissima causa fratres, quare tam pauci religiosi hodie proficiunt, quia ubi à Deo se auertunt, non sentiunt: & si quandoque sentiunt, tamen abstrahere se ab his, & mori suis desiderijs renuunt. Quapropter, si quotidie etiam de ijs confiteantur, quamdiu tamen voluntatem, studium, atque conatum suum non impendunt, ut se corrigant, nullam de ijs peccatis veniam recipiant. Quia nullum peccatum vel in confessione dimittitur, nullum per absolutionem quamlibet papalem tollitur, nisi quod, ut peccatum agnoscitur & plangitur, & vitandum, fugiendumq; deinceps toto corde proponatur. Est quartus inobedientiae gradus, dum quod aut prohibuit scienter non vitatur, aut praecceptum siue iussum negligitur, id tamen neque ex contemptu eius, qui praest, neque rei, quæ iubetur, sed ex infirmitate.

Cur tam pauci hodie religiosi proficiant.

Quæ sola peccata in confessione dimittantur.

4.

firmitate, aut concupiscentia, aut ignavia, aliunde siue illectus, siue retractus. Hæc inobedientia quasi cum timore ac pudore agitur: quia licet obedientiã adhuc diligat, mens tamen infirma, superatur. Est quintus gradus, dum vel manifestè quis contemnit vel interpretatiuè, puta quia non curat suam regulam, statuta aut prælati iussa. Religiosus, qui sic ambulat inter mortalium peccatorum pericula, versatur, & fatius foret ei religionem nunquam vidisse. Est sextus gradus, quando etiam, quod probè institutum aut iussum est, nõ solum contemnitur, verùm etiam impugnatur, aut etiam prælato per contemptum in faciem resistitur. Septimus gradus, quando non sufficit inobedienti regulam aut prælati præcepta contemnere, verùm alios etiam ne obediant, auerit atque instigat: aut si quos obedientes conspicit, irridet, persequitur ac contemnit. Contra hos omnes inobedientiæ gradus charissimi, Mariæ exemplum nos ad sui imitationem prouocet, quæ vt non desereret obedientiam, cum purissima foret & immaculata, voluit æstimari immunda & corrupta: & ibi obediuit, vbi præceptum nullum habuit. Neque enim vel iustam manifestamq; pro se legis interpretationem, à qua hic eximebatur, voluit admittere, ne fictas atque inanes contra obedientiam glossas ac allegationes non quoq; quaramus. Mariæ igitur exemplo eruditi, diuina inspiratione quoque admoniti charissimi fratres, *quasi modo geniti infantes*, id est, nouo proposito bono, noua deuotione, nouo seruore, nouo spiritu renati, veniamus purificandi in templū. Sit hæc renouatio spiritus nostri, qua hodie statuamus odire, abijcere, & fugere õne peccatū, & quicq; Deo displicere cognouerimus: amare verò rursus, inquirere amplecti & seruare omnia eius madata, & quicquid illi didicerimus placere: Ad hæc duo oẽm vitam nostrã, studia nostra, lectiones nostras, occupationes, exercitia, quicquid habemus, quicquid possidemus, & quicquid sumus, conuertamus: vt omnia Dei honori & beneplacito seruiant: in eius amore cuncta occupentur, & nihil in nobis à Deo alienum, sed omnia eidem vacent. Cum hoc proposito, hoc pacto, hac deuotione accedamus singuli ardentem candelam accepturi, id est, Christū, cor nostrum suæ gratiæ splendore, suæ lucis radijs, sua visitatione diuina illustrantem, & amoris sui igne ac flamma deuotionis vrentem, hymnum canentes, & gratias agentes Deo, quia Christum portamus in cordibus nostris: hunc non longo post tempore, iterum sub typo ardentis candelæ Deo Patri pro nobis, simulq; nos in ipso vnitos offeramus, in laudem, in gloriam, & in beneplacitum eius. Quod ipse idem nobis largiatur Iesus Christus, Dei Patris & Virginis filius in æternum benedictus, Amen.

5.  
6.  
7.

Renouatio spiritus cuiuslibet habenda quæ sit. Exercitia ac studia hominis vniuersa ad quæ duo sine conuertenda.

IN EADEM SOLENNITATE.

*De obedientia, vtrum melius sit opus ex propria electione, an ex obedientia. Sermo III.*

**C**umq; induceret puerū Iesum, vt faceret secundū cõsuetudinẽ legis pro eo. Luc. 2  
Legimus fratres mei cū edictū ab imperatore mudi exisset, cū ab homine, licet in potestate constituto, emanasset præceptum, imperatoris imperatorem, Dominẽ cœli ac terræ sese hominis subiecisse imperio. Pro-

Zz pteg

Obediendi  
quomodo  
sit nobis via  
factus Chri-  
stus.

Luc. 2.  
Math. 26.  
Luc. 23.  
Ioan. 19.  
Esaiæ 53.

Ioan. 5.  
Ioan. 4.

Lex qua-  
druplex ob-  
seruanda  
quæ sit.

Lucæ 17.

Seruum si-  
delem quid  
constituat.

pter nos enim homo, propter nos infirmus factus, non dedignatus est etiam propter nos esse humilis atque obediens: nusquam non innocentia vel dignitate noiter atque instructor, qui non solum ad redemptionem, verum ad infirmitatem etiam nostri venit in mundum. Ipse nobis, ut dixi, virtutum exemplar, quo erudiamur, ipse obediendi via, qua ambulemus, factus est, utpote non solum docens, sed & perficiens obedientiam usque ad mortem. Siquidem obediuit terreni imperatoris edicto, necdum natus in utero, obediuit legi infantulus, obediuit circumcidendus, obediuit in templum hodie offerendus, redimendus, obediuit adolecens parentibus subditus, obediuit sacerdotibus, obediuit præfidi ethnico, obediuit eius militibus, utpote ductus atque relictus, cædi & crucifigi se sinens, ac interim tacens, nec aperiens os suum. Postremo, obediuit patri suo quis hunc dubitet? quandoquidem ipse: *Non veni, inquit, facere voluntatem meam, sed voluntatem patris mei, qui in caelis est. Et rursum: Meus cibus est, ut faciam voluntatem patris mei.* Itaque obediendo quid obicit te? Nempe, ut Deum tuum videns propter te humiliatum hominibus subiectum, non recuses tu tete subicere Dei legibus, non recuses obediunt nuncijs, Dei vicarijs, cuius homo vermiculus. Christus mandatum sibi factum non discussit, sed impleuit. Obtemperauit enim legi, non obnoxius legi, verum quoque de lege non disputes, sed legem obserues. Quam legem? Euangelicam, ecclesiasticam, monasticam, atque (vbi humana ræcer eruditio, nec scriptura dissentit) legem inspiratam, digitoque Dei tibi inscriptam. Ad huius legis obseruantiam, quando omnes etiam neruos intenderis, quum vires omnes expenderis, seruum tamen te inutilem clama. Itaque ordine hoc obseruans, ut lex Euangelica præferatur ecclesiastica, ecclesiastica monastica, vbi dicitur pluresve pariter non possunt obseruari, minor cedat potiori: nec video quid bonæ voluntati tunc relinquatur disputandum, minor cedat potiori: nec video quid quid inuitetur agendum. Pius nanque animus parum cogitat, parum discernit, quid præcepti, quidve consilij loco habeatur, quandoquidem ad omnia beneplacitum Dei æque sitiens aspirat. De lege multum disputare, parum obseruare, hypocritarum est & Phariseorum: porro legem spernere hominum est impiorum. Nostrum igitur sit fratres charissimi ne minima quidem participare propter Christum, cuius contemplatione nemo grauabitur quicquam, aut agere, aut pati, quisquis illum dilexerit. Neque enim respicit in eum, qui præcipit, aut quem sustinet, sed illum meditatatur cuius amore & obediunt & suffert. Nequaquam domino suo seruus est fidelis censendus, qui tunc solum vult obedire, quando sub carceris expulsionisve periculo, aut quando sub commissione gratiæ domini sui perpetua precipitur: sed potius, qui in omnibus se abnegat, & ea primum eligit, potioraque ducit, quæ à domino suo subicitur, nihil discernens qua poena quoque periculo fuerit transgressio pro libertate, nec minus ibi obtinens, vbi minor fuerit interminata vltio pro transgressione: sed hoc tantum curat, ne quicquam eorum, quæ dominus per eum vult, negligat. Quamobrem neque præceptum, neque consilium, imò neque signum aut nutum expectat, vbi constat sibi de domini voluntate. Charissimi, si à quolibet, qui fidelis vult esse ac haberi seruus hoc expectat, ut ad obedientiam trahatur plus amore domini quam poenarum metu, & ut magis ad obedi-

VI  
A

ad domini respiciat beneplacitum, quam ad suum siue commodum, siue periculū, quanto magis boni hoc debet esse monachi, qui Domino Deo se obtulit seruum, eidemque voto sese adstrinxit solenni? Atqui bonus monachus non discernit inter statutum & statutum, qui semel statuit omne suæ professionis obseruare statutum. Non propterea fit legitor, licet transgressio habeatur venialis, qui transgressionem quamuis cauet, aut plangit, ceu mortalem. Non disputat, quando aut quantum obligetur ad legem, qui abominatur quicquid diuino aduersatur beneplacito. Aduersatur autem diuino beneplacito, quicquid contra eius legem, quicquid contra voluntatem agitur superioris. Quem qui audit, Christum audit, & qui spernit Christum spernit. *Quicquid vni etiam ex minimis meis, inquit, fecistis, hoc mihi fecistis.* Nulli dubiū quicquid maioribus nostris, quicquid legi etiam humanæ Dei spiritu instituta exhibuerimus (siue reuerētia sit hoc, siue contumelia, aut inobedientia) nihilosecius Christus atque sibi affirmat factum. Atque hoc non solum erga dignos, sed etiā indignos prælatos (vbi verbo Dei contraria non prædicant) maximè habet locum. Quibus vel propterea tanto obeditur vtilius, tantoque purius ac fructuosius, quanto minus ipsi, aut propemodum nihil habent in se: sed Deus eiusque sola voluntas nos mouet, quare illis obtemperetur. Caterum, si nullum etiam foret transgressiois periculum, si nullum inobedientiæ peccatum, nonne vel abnegatio ipsa nostrorum desideriorū, nonne propriæ voluntatis mortificatio in conspectu Domini tam est preciosa, vt merito nullum non dico præceptum, sed beneplacitum, tum diuinum, tum, quod secundum Deum fuerit, humanum, deberemus negligere? Quare non continua in auribus nostris est vox illa Saluatoris: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum,* ad moriēdum priuato amori, ad propriæ voluntatis mortificationem nos extimulans. Difficilis sane (vt ait Basilius) est hic conatus, & præter naturam, quæ libertatem in primis appetit, tamen cunctis præstator, sine quo nihil sanctum, nihil perfectum, monachus præstabit. Quod autem difficilius, hoc & præclarius. Relinquere enim diuitias, præterea continentiam ac castitatem seruare, multis quidem philosophis datum: se autem propriumque arbitrium negare, ex libero seruum facere, nulli prorsus, nisi qui crucem Christi sequitur, est concessum. Hic enim abnegandi nos exemplum nobis relinquens, non propriam, sed patris voluntatem est exequutus. Nec solum obtemperandū, sed alacri animo, & perpetuo obtemperandum. Apostolorum hæc in primis virtus fuit, qui ad prædicandum, quo ipsi fortè recusabant, missi fuere. Quod de Petro Euangelium plane docens: *Quum cõsenseris,* inquit, *alius præcinget te, & ibis quo tu non vis.* Apostolis verò ceteri viri paruere, diuersa in loca ad Euangelium distributi. Itaque virtus hæc, id est, alteri subiectum esse, præter communia præcepta, maximè ab initio Ecclesiæ fuit, aded vt idem sublimioris existat meriti iussum, quam sponte facere. Hæc Basilius. Quibus verbis hoc adijciendum: Quanquam hæc verba Christi ad Petrum, de Petri obedientia ad passionem intelligatur, non tamē hoc solo, siue Petrus, siue ceteri Apostoli, sed in omnibus nisi sunt propriam voluntatem frangere, proprium sensum superare, & Christi voluntatem suam facere: quando quidem maioris fit meriti (vt Basilius dicit) iussa, quam ea, quæ sponte, id est, iniussa eligimus facere. Quod liquide verissimum est.

Lucæ 10.  
Matth. 25.

Voluntatis  
propriæ  
mortifica-  
tio quam fit  
preciosa in  
conspectu  
Domini.  
Lucæ 9.  
Basilius.

Ioan. 6.

Ioan. 13.

Basilius.



Vtrum melius sit opus ex propria electione, an ex obedientia factū.

Nam hoc, quod vltro eligitur, simplex habet meritum boni operis: illud vero habet & boni operis, & propriae abnegationis. Hic fructum habet boni operis, cum consolatione propriae voluntatis. Ille vero fructum habet boni operis simulque meritum abnegatae propriae voluntatis. Verum hoc habet veritatem, si reliqua vtrouique paria sint. O igitur quanta vbertas merendi. Quanta virtutum ac bonorum operum potest colligi aceruus in monasterio aut sub obedientia viuentibus? quae nullius alioqui erant meriti, si obedientiam accedat, efficiuntur meritoria, quae bona sunt, propter obedientiam efficiuntur meliora. Comedere, ieiunare, scopare, fimum exportare, aquam haurire, & alia id genus vilissima, quae quatenus ex propria voluntate, neque bona, neque mala sunt: si eadem ex obedientia fiant, bona sunt valde, tantoque meliora, quanto ex suo genere sunt despectiora. Verbi gratia: Scutellas lauare ex propria voluntate, nihil habet meriti: porro lauare ex obedientia non nihil, sed plurimum habet meriti. Siquidem lauare non est actus virtutis, sed obedire, atque ideo noli respicere ad conditionem operis, quod in seipso saepe numero inutile aut prorsus vile est, sed ad nobilitatem virtutis. Et contra: Si vile aliquid a praelato fueris iussus, puta clauum seruare ostium: si contemnis, peccati reus efficiaris, non quia ostium aperuisti, sed quia obedire noluisti. Caeterum, audio submurmurare hic aliquem: Sertius puto extra monasterium, aut extra obedientiam viuere, & nihilominus bona operari non imperata, quae insipida & fastidio sunt, sed libera, quae iucunda & suauia sunt. Huic respondendum: Non eadem opera, quanto sunt iucundiora, animoque proprio dulciora, tanto etiam esse Deo acceptiora. Neque enim in operibus bonis suauitas est causa merendi. Quippe quae plerumque est naturalis, & ex naturali proprio amore nascitur, quia suo arbitrio quis viuere permittitur, & ex proprio delectu operatur. Haec autem suauitas nullo modo spiritualis est deuotio, sed potius propriae voluntatis immortificatio: cui quanto minus resistitur, tanto magis consolatur. Dulcius enim afficitur, & libentius fouet propria, quae sibi ipsi concepit & peperit, quam aliena. In ijs enim suo desiderio satisfacit, in ijs requiescit, dum educto alius cogere se habet ad ea, quae alieno iubentur imperio. Est igitur haec dulcedo affectio magis naturalis, seu propria inclinatio, quam deuotio: quam plerumque comitatur periculosa suorum operum magnificatio, qua putat ideo meliora suae meliora sunt opera, quo sentit ea dulciora, aut quo feruentiori excipit affectu: quando tamen (vt dixi) ille feruor, non pietas est in Deum, sed amor proprius. Nam qui Deum quaerit, qui Deum diligit, praefert ea, quae iubet ille per se, aut per suos, caeteris omnibus alijs, licet alioqui bonis, possidentibus. Ad haec discernenda deuotione opus est rationali, non sensuali. Accipiamus huius exemplum: Duo veniunt ad castrum regis seruituri. Primus regi dicit: Domine fideliter tibi seruiam, omni tempore curam rei tuae familiaris agens, veruntamen id iuxta consilium & iudicium meum: faciam enim tibi cuncta, quae mihi videntur bona, libertate hac seruata, vt quaecumque volo, eligam ministeria. Alter dicit: Domine seruiam tibi, sed non iuxta voluntatem & arbitrium meum: verum quicquid tu praeeperis, quicquid tu iusseris, quicquid iuxta tuam didicero voluntatem, agam: quocumque iusseris ire, ibo: vbi stare praeeperis, stabo. Tua erit mea voluntas. Ecce prior, quamuis multa & ingentia faciat ad domini sui gloriam seu vtilitatem, om-

Paradigma.

nia tamen agit pro suo arbitratu. Quando vult in aula, quando vult in horreo, cum vult it iuxta regem, cum vult alibi pro rege operatur, omniaq; sunt ei opera dulcia, quia pro sui optione electa. Nullius enim imperium sustinet. Alter verò, hoc est, posterior, qui Domini se iussionibus addixit, & suo propterea arbitrio renunciauit, seruit domino, iuxta illius, non iuxta suum consilium ac beneplacitum, utpote in seruitio nihil propriæ habens electionis, sed domini obtemperans in omnibus voluntati. Huic, dum in coquina vult operari, mandatur ire ad stabulum. si sibi est, subito ad granariū euocatur. Quid multa? imperantur varia: inter quæ alia & alia, complura etiam molesta & insuaui, quæ suo non elegisset arbitrio, si iuxta suum voluisset, ut prior seruus arbitrium famulari. Hæc tamen officia, licet ex se non placeant, placet tamen Domini imperium, pro cuius amore, vel molesta & insipida suscipit, & facit sibi non molesta, non quia ipsa, quæ iubentur, delectant, sed quia Domini facere voluntatem delectat. Et ided quæ alioquæ ex proprio arbitrio noluisset, iam vult propter domini voluntatem. Iam interrogo vos, vter seruatorum videtur esse melior? Prior certè seruit suauis, veruntamen hæc dulcedo (ut dixi) non est ex domini amore, sed ex proprio, dum libertate seruata, retenta etiam propria voluntate, satisfacit seruiens proprijs affectibus, atque iudicijs, licet ad domini sui honorem conuersis. Facit enim, quæ sibi videntur bona, quandoquidem seipsum, id est, sua consilia, suas voluntates non cogitur abnegare. Alter verò ex sui, id est, suarum voluntatum, & consiliorum abnegatione, licet interdum renisum, aut molestiam in cogitatione sentiat, vincit tamen: quia etsi quod iubetur, non placet, placet tamen & suavis est domini voluntas, quam præfert suæ inclinationi. Nulli igitur dubium, quin sit domino suo fidelior, & propterea etiam seruus melior. Pari modo nobiscum, qui suæ obedientiæ degimus voto, agit, qui non iuxta propriam voluntatem agimus, sed quæcumq; facimus, ad nostri abnegationem, & propter obedientiam facimus. Atque ided meremur omni penè momento, quando ea. siue quæ ommittere, siue quæ cauere, siue quæ agere iubemur, explendo obtemperamus. si tamen, ut dixi, animum intentionemq; nostram illo dirigimus, ut quæcumque facimus, propter obedientiam, ipsamq; obedientiam propter Deum facimus. Hoc dico adijciens, propter quosdam (ut vocant) deuotarios, qui circa propriam voluntatem immortificati: utpote quæ eis obedientia, atque sui relictione suauior est, & iuxta hanc suauitatem (quam deuotionem putant) licet deceptorum sit, & ex immortificatione sui ipsius oriatur, multas habent orationes vocales, aut alia exercitia, in quibus amorem & confidentiam ponunt, aded ut propter illa sæpenumero obedientiam aut proximi charitatem, hoc est, obedientiæ & charitatis opera negligant. Hi seruire Deo, iuxta suam propriam voluntatem, & in exercitijs, quæ sibi ipsi statuerant, non in ijs, ad quæ à Domino vocantur: & propterea non purè quærunt, quæ Christi, sed quæ sua sunt. Itaque fratres, disputent alij de statutorum transgressionibus, quando venialis, quando ue mortalis sit, & interim non absque periculo 1. Cor. 10. suis sese diffinitionibus haud aliter atque rupto ponti committant: nos in simplicitate cordis, in omnibus obedientes, nihil (quod diuus Bernardus v. Bernardus bique admonet) discutientes, non iudicemus, non discutiamus, certi, quod suo

suo nunquam vult sine (qui est legis obseruatio) legislator frustrari. Frustratur autem, quando legi, aut insioni eius non obeditur: non potest autem cetera culpa, quod contra legis intentionem patrat. Nec obijci potest, nisi apud omnes, nec passim locum habet, transgressionem rationabili excusant causa, quando quidem difficile non esset, cuius sibi causam fingere, & hanc etiã rationabilem credere, si vnicuique suo admitteretur viuere arbitrato. Consulendus est igitur superior, cuius iudicio committendum, credendumque est, quando deferenda, aut differenda, aut mitiganda sit legis austeritas. Si is iudicauerit necessitatem, rationabilemve causam, quam obrem non debeat seruari, sed dispensari, lex, excusabitur, atque à peccato immunis erit consultantis humilitas, modo non importuna fuerit, sed prelato iudicium liberum reliquerit. Siquidem circa propria iudicanda cito (quod Terentius quoque non ignorauit) fallimur, propterea quod metu aut amore, passioneve alia præpediti, à vero iudicio hallucinamur. Hæc loquor fratres charissimi, non quod obedientiam vestram minus probeam, aut quod alicuius animum suspensum habeam: sed quod sicut ex obedientia vobis loqui debui, ita eandem vobis opto me loquente commendari. Ad laudem Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula.

Terentius.

## IN SOLENNITATE S. BENEDICTI.

*De lingua procacitate, eius periculo, quique eam refranare oportet.  
Sermo vnicus.*

Matth. 23.

Sanctorum  
memoria  
quomodo  
maximè fe-  
stiuè cele-  
bretur  
Eccli. 5.

Conuersio-  
nis inquam  
quale habu-  
erit S. Bene-  
dictus.

**D**ixi, custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Palmo XXXVIII. Fratres charissimi solennitatem beatisissimi patris, atque omnium fermè monachorum abbatis Benedicti egimus, quo hodie in gloriam Domini sui intrauit, vt pote fidelis dispensator & prudens, quem constituerat Dominus super familiam suam. Et quia est super pauca fidelis inuentus, dignus planè fuit, vt super multa constitueretur. Porro hunc diem, si volumus, adhuc multo agemus celebriorem, sanctique memoriam præclarior multo celebrabimus, si eius virtutes non solum prædicamus, verum etiam imitamur. Ibi namque reuerà profiteamur, quoniam sanctum fecit illum Dominus, si ad eò nobis conatus & studia placet, vt ea salutaria desiderabilia, ea denique imitatione nobis digna arbitremur. Tunc, inquam, patrem hunc S. Benedictum reuerè colimus, hoc est, veneramur, si eius vitam imitari gestimus, si eius sequi vellet conamur, si denique vita nostra illius nobis comparatione displicet, si tepor nostrum execramur, & illius feruore incalescimus. Legimus sanctum patrem mundi vanitatem omnem fastidisse, atque sese omnibus abdicatis in solitudine & silentio quomodo vel postea loqui, quomodo homines reuerberet, aut inter homines incontaminatus conuersari. Itaque flagrans eremitica vitæ amore, vivebat in silencio solus, atque mundo ignotus, vt lingue uaderet pericula atque peccata. Sciebat profectò à lingua primum sibi modè dum bellum, quam primo studuit domare, & ad cætera hinc exierit, pãda vita  
progre



Progredi. Legerat nimirum: *Si quis putat se esse religiosum, non refrenans linguam suam, huius vana est religio.* Legerat etiam beatum esse, qui non fuerat lapsus in verbo. Legerat nihilominus, de omni verbo ocioso reddendam rationem. Non ignorabat præterea & illud: *Qui est inconsideratus ad loquendum, sentiet malum.* Propterea statuit & dixit: *Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.* Propterea silentiū posuit custodiā ori suo, & timorē Dei ostium circumstantiæ labijs suis. Propterea denique elongavit fugiens & mansit in solitudine, docēs nimirum, si lingue volumus fræna imponere, si eius lubricitatem superare, fugiendos esse homines, fugienda loca, fugiendas occasiones loquendi. Et quum omnia fugerimus, adhuc oratio sola est necessaria, si linguam domare debemus. Est enim (teste Iacobo) inquietum malum, plenum veneno mortifero, quod nullus hominum domare potest. *Quisquis enim in verbo non offenderit, hic perfectus est vir.*

Hoc modo si omnes etiam sacræ paginæ libri consulantur, si sanctorum peruestigentur monita & eruditiones, si denique monachorum audiantur regulæ, vna est omnium sententia, absque continentia linguæ monachorum neminem, imò ne Christianam quidem quemuis perfectū fieri posse. In hac enim lingua, quemadmodum facilius delinquitur, ita sapius homo vulneratur, grauiusquæ & lethalius periclitatur. Vnde quanto est linguæ custodia laboriosior, tanto rarior etiam inuenitur. Lingua membrum est corporis in vtramvis partem vehementissimum. Non igitur errauit, qui dixit: *Mors & vita in manu linguæ.* Siquidem in ipsa benedicimus Deum, & maledicimus proximum. In ipsa oramus & blasphemamus. In ipsa proximos erudimus, & etiam seducimus. In ipsa ædificamus, & destruimus. Quid multa? Si benütamur lingua membrum est vtilissimum. Si vti fuerimus male, membrum est pestilens, contagiosum, atque plus omnibus reliquis perniciosum. Quocirca dixi linguæ difficile custodiā, quandoquidem si hæc etiam continua si vigilantissima, si denique arētissima sit, adhuc labitur, quāuis longo à se intervallo distent is, qui licet nolens, incautus tamen labitur, & is, qui ex loquendi assiduitate aut occasione præstita ruit. Varios in scriptura sacra legimus defectus linguæ, varia pericula, varia delicta, Quis omnia dinumeret? Refert enim nobis eadem scriptura, linguam dolosam, linguam magniloquam, linguam furentem, linguam iniquam, linguam mendacem. Inuenitur ibi lingua detrahens, lingua duplex, lingua tertia, lingua superba, lingua falsa. Sunt (inquit) qui exacuant linguas sicut serpentes. Sunt quorum linguæ gladius acurus. Sunt qui referuntur cecidisse, & hi plures per linguam nequam, quam in ore gladij. Sunt qui loquuntur pacem cum proximo: mala autem in cordibus eorum. Est etiam qui per blandimenta linguæ decipit. Est qui malum abscondit sub lingua sua, & seminat inter fratres discordiā. Est sultro & bilinguis, & est qui in silencio detrahit. Est præterea qui lingua percurrit, est qui lingua vulnerat, est qui ociosa, est qui sophistica loquitur: & est qui Deo gratias agens, *A lingua, inquit, iniusta, & à verbo mendacij, & à lingua conquinata liberasti me.* Hæc omnia & alia huiusmodi in scriptura nobis referuntur linguæ vitia & incommoda, quæ non nisi silentio fugantur. Vna itaque ac sola custodia est linguæ silentium, quo obmutescat homo ut non aperiat os suum, & sileat à bonis quoque tamdiu, salua tamen charitate, donec discat

Iacob. 1.  
Eccl. 14.  
Matth. 12.  
Prouer. 13.  
Psal. 38.  
Psal. 140.  
Psal. 54.  
Lingua quibus modis refrenanda sit.  
Iacob 3.

Proue. 13.  
Iacob. 3  
Lingua pericula ac delicta multiplicata que sunt.  
Psal. 108.  
Psal. 11.  
Proue. 6.  
Prou. 23.  
Eccl. 28.  
Psal. 139.  
Psal. 36.  
Eccl. 28.  
Psal. 27.  
Proue. 28.  
Iob. 10.  
Prou. 6.  
Eccl. 28.  
Hier. 18.  
Hier. 9.  
Eccl. 37.  
Eccl. 31.  
Silentium quam sit pro linguæ custodia necessarium.  
Psal. 33.  
discat

discat non loqui mala. Hanc linguæ custodiam, id est, silentium præfeci illi tres in Aegypto, & post hoc sanctus pater Benedictus affatim custodierunt pro hac obrinenda nonnulli lapidem aliquot annis in ore portauerunt. Hæc beatus pater Benedictus in regula sua statuit, hæc reliqui ordinum præceperunt institutores, præcipue autem beatissimus Bruno Carthusiensium primus, eremitico quodam atque perpetuo fermè silentio demandam linguam instituens. Ceterum huius continentia commoda, huius silentij fructum, atque ediuersò loquacitatis pericula, damnaque si nescimus, si non ex sacris libris, si non ex sacris historijs, saltem ex his qui hodie viuunt nobiscum, merito disceremus. Cernimus ante oculos eos qui silentij sunt obseruatores, qui dum loqui etiam licet, à murmuratione, à detractione & omni verbo illicito temperant, quantum in vita proficiant spirituali, quomodo linguæ custodia in compunctione seruet, quomodo eorum deuotionem nutrit, quantis tentationum & perturbationum procellis eos præteruet, quamque eis pacem conscientia generet quantave conscientia tranquillitatem in fraterna eos charitate custodiat. At contra, eos qui linguosi sunt, qui in lingua fouent, qui omnia explorare nituntur, ad cuncta parati respondere, qui omnia volunt audire, vidimus, inquam, eos corruptis iudicij infectos, nihil non damnare, vbique offendi, vndique perturbari, semper iabi in deteriora, pacem amittere, contentionibus & dissidijs diuidi, inquietos fieri suspicionibus angi, amaritudinibus repleti, ira morderi & rancore, atque tandem tumultuantibus inter se cogitationibus non posse dormire, non posse comedere, non posse puram orationem effundere, & si quando proleuanda huius amaritudinis tentatione, atque quam in spiritualibus patitur accedia, solatia quaerunt, dum nouas admittunt fabulationes, dum quarum monias, dum accusationes instruunt, maiores atque nouos in eis sibi comparant morbos, donec ad eam nouissime veniant miseriam, vt & superiores & regulam, & monita salutaria, atque qui in his loquitur, Deum impudenter contemnant, ordinis ac status sui suscepti pœniteant, meliores in seculo sese futuros clament. Ab omnibus his malis liberi ac immunes sunt, qui silentio student, qui colloquutiones fugiunt, qui colloquia pernicioia rescindunt, qui linguam detrahentem audire renuunt, qui non recipiunt instigationes & consilia mala, qui bonos mores suis confabulationibus atque iustis pessimis corrumpi non sinunt, quorum est in silentio & spe fortitudo. Huiusquam, non solum conscientiam, sed & famam puram custodiunt, hi in pace & tranquillitate, ac propterea semper læti Deo seruiunt.

Silentij fructus multiplex.

Loquacitatis damna periculaque quam sint graua.

1. Cor. 15.  
Matth. 30.

Quanta mala linguæ operentur praua.  
Eccle. 9.

Matth. 12.

Heu charissimi fratres quanta sunt mala, quanta pericula linguæ? Quanta in monasterijs, quanta in principij curijs exitia male operatur linguæ. Si terribilis in ciuitate refert Sapiens hominem linguosum, quam terribilis est in monasterio, quam execrabilis in eremo? Inde (vt vrbium & monasteriorum euerfiones, vt corporum animarumque cædes fileam) quanta dissidia, quæ attritiones, quæ iurgia, quæ denique odia in congregationibus ex malis linguæ congerminascant quotidie, quis non videat? Heu quam parui faciunt incedum hæc mala per linguas malas excitata, qui eiusmodi sunt affueri delicti linguæ, quæ sæpenumero nunquam postea refarcinari possunt, quam parua mouet eos, quod de omni verbo ocio reddendam orationem Christus, non solum

solium monachos, verum etiam quoslibet homines præmonet Christianos. Si de verbis ociosis, quibus preciosum interim absq; fructu amittitur tēpus, tam graue cunctis expectatur mortalibus iudicium, quid de perniciosis, quid de curiosis, quid de murmuratorijs, quid de cōtētiōis aut scurrilibus, qd de carnalibus ac detractorijs quid de arrogātia ac liuore, aut odio plenis respondebitur? Vbi se continebunt monachi, quo tunc fugient, qui silentium Deo promiserunt? Quid (quod maxime plangendum est) quod ij qui eiuſmodi vitijs linguæ sunt affueti, nec remorsum plerumque, nec conscientia arguentem postea sentiunt, nec confessionem fortasse aut remedium, aut satisfactionem aliam faciunt, quam de verbis ociosis? Per rotam diem (inquiunt) loquuti sumus, nemini verba nostra nocuerunt. Deus id faciat. Nemini certe ita nocuerunt, quia nemini corporeum vulnus lethale percusserunt, neminem occiderunt. At quid interea, sicubi detractio fuerit, de anima agitur? Nunquid & ex illa detractioe siue loquentis, siue consensientis conscientia vulnus nō accipit? Nunquid nemini nocuisse dicendus est, qui & sibi & illi cui loquitur, vehementer nocet? tametsi forsan ille cui detrahatur, non magni faciat, aut nō offendatur, quod homines absque iudicio, aut corrupti passionibus sibi obloquentur. Certè detrahentis lingua, dum vel auditur, anima interim audientis paulatim inficitur, & ipsamet nesciens à seipsa, hoc est, à bona habitudine (in qua olim erat) corrumpitur, deficit atque mutatur. Charissimi fratres declinemus igitur illicita colloquia, abscindamus & inuitalia, nisi quando loquendum est, non diu immoremur, ne elongemur à Deo. Pagani & philosophici Ethnici quoties locuti fuerant, sese inliuiores atque minores ad silentium redire conquesti sunt. Non sumus nos segiōres aut minus solliciti animarum nostrarum custodes quam pagani. Imò habemus nos multò magis animæ nostræ rationem, Sentiamus Dei vbique præsentiam, omnia audientem, omnia contemplantem, ne in bonis hanc contristemus, aut à nobis fugemus. Loquatur vnusquisque pacem cum proximo suo & salutaria, non pestifera auribus illius infundat. Quod si post colloquiū (vt semper fit bonæ conscientia) quis lesum aut grauatum se senserit, ilicd se humiliet, & quibus est satisfaciendum, aut reuocando, aut veniam petendo satisfaciat, vt ad orationis tranquillitatem redire queat. Suauius tamē fit vobis loqui Deo quam hominibus, vt audiatis & vos, quid in vobis per internū instinctum loquatur Dominus Deus. Bonum fit vobis in silentio præstolari salutare Dei. Statutum fit vobis loquendi occasiones vbique vitare, vt internæ loquutioni diuinæ (quæ inter humanos strepitus verborum adeo non sentitur, vt impediatur & fugiatur etiam) aurem & cor mundum præbeat. Beatum silentium, quod suo colloquio dignatur Deus. Ibi enim animam erudit, ibi compungit, ibi cor lachrymis emollit, ibi illuminat, ibi amore illud accendit, ibi reficit, ibi inebriat. Hæc omnia non sentiet homo, nisi elongando fugiens, & in silentio solitudineq; Deo vacans. Hæc namque duo exercitia, nobilissima sunt exercitia proficientis vitæ, adeo vt euidētissimum sit argumētum futuri profectus, vbi inuenitur monachus solitudinem seruans & silentium: quemadmodum è regione certissimum sit testimonium, quod nullius profectus ibi spes fit, vbi nullum seruatur silentium aut solitudo. Quando enim monachus ad hanc intentionem venerit, vt exploret quid ibi

Colloquia  
illicita inu-  
tiliaque esse  
abscinden-  
da.

Locutionis  
culpa quo-  
modo de-  
tergenda.

Psal. 84.  
Tren. 3.

Silentium  
beatum  
quod fit.

Psal. 54.  
Exercitia  
proficientis  
vitæ duo  
nobilissima  
quæ sunt.

Fundamentū  
spiritualis  
vitæ quod.

dictum, quid ibi factum sit, referatq; alijs, aut in corde suo, hoc ita debuit fieri, regens iam & disponens omnia, non quieret ac suauiter, sed amare & superbe in corde suo, huius spiritus exalauit. De illo actum est. Ille peribit, atque tibi perire, si ita perseverarit. Dominus noster Iesus Christus meriti beatissimi patris Benedicti tribuat nobis spiritum humilitatis & simplicitatis, quos defectibus nostris possimus exurgere, nosq; emendare, ut iustum atque fundamentum spiritualis vitæ, quod est abstractio atque interna conuersatio, quæ absque silentio & solitudine impetrari ridiculum est, apprehendamus, & sanctorum patrum monachorum vestigia sequamur, ut aliquando etiam mereamur peruenire, ubi eos nunc gaudemus esse. Ad sui laudem & gloriam qui est benedictus in secula, Amen.

IN SOLENNITATE ANNUNCIATIONIS  
Domini nostri Iesu Christi.

*De pietate & humilitate beatissime Virginis Mariæ Matris Dei,  
Sermo I.*

**B**enedictus Dominus, quoniam mirificauit misericordiam suam multitudine munita. Psalmo XXX. Magnam hodie fratres charissimi ang mirabilem misericordiam humano generi fecit Deus, tan omnipensius desideratam quanto necessariam: tanto magis gratam, quanto diutius dilatam: tanto deniq; suauiore, quanto veluti impetram subito & quasi imperu vno in mundum effusa est vniuersum. Siquæ supra quinque annorum millia ita se continuerat Deus, ut (quod sibi proprium est) penè oblitus fuerat misereri, aded ut beata Maria quoque hoc ipsum sentiens, postquam magnæ illius pluuia hoc est, diuina misericordie sonitum, per angelum sibi nunciari audierat, imò postquam caraculis caeli apertis & misericordia Domini Dei filius in ipsam, sicut pluuia in vellus, & sicut imber serotinus super vniuersam terram, id est, humanam naturam descenderat, *Recordatus est, inquit, Dominus misericordia sua.* Eius videlicet quæ promiserat iam olim domui Israel. *Benedictus* igitur Deus quoniam mirificauit, id est, mirabilem seu mirabiliter fecit misericordiam suam, non sibi, sed nobis. Refert Lucas eodem ferme tempore Elisabeth tempus pariendi impletum, & vicinos atque cognatos eidem gratulantes, quod magnificasset Dominus misericordiam suam cum illa. Quæ fuit illa misericordia? Nempè quod sterilitatis ablatum erat illi opprobrium. Hoc magnam aestimabant misericordiam, hoc pro magno munere ducebant pij homines, in quo Elisabeth foret gratulendum. Cæterum, nos nihil miramur. Quid enim magni est, quod mulier sterilis, efficitur secunda, pariens & ordine & modo fecundetur. Quod si mirum siue magnum cupiam videtur sterilem concipere, nonne maius atque mirabilius est virginem parere? Si magna fuit misericordia, vnam à sterilitatis opprobrio mulierem liberare, quanta est ab æterna damnatione vniuersum mundum saluare? Et hoc hodie factum est. Non ergo solum magnam, sed mirum in modum etiam mirabilem fecit Deus hodie misericordiam suam nobiscum, quædo æternam propter nos temporale, immortale

Luca 1.  
Gene. 7.  
Psal. 71.  
Osee. 6.  
Luca 1.  
Iudith. 13.

Luca 1.  
Iudith. 13.

Quanta sit  
misericor-  
dia generi  
humano  
per incarna-  
tionē filij  
Dei collata

tale fit passibile, gloriosum efficitur vile, Verbum caro, materq; manet virgo. Celebrantur nuptiæ regis filio, & ea quæ damnata atque à regni sedibus Ioan. 1. proseripta fuerat, videlicet humana natura, recipitur in gratiam, efficitur adoptiua, & ex adultera fit sponsa legitima. Considerate fratres charissimi, quanta sit misericordia naturæ humanæ aded reconciliari Deum, vt damnationis sententiam super illam non modo suspendit, sed reuocauerit etiã penitus: nec solum iram aduersus illam omnem deposuerit, sed assumptam etiam eandem naturam ita sibi vniuerit, vt manente vtriusque naturæ proprietate inconfusa vna sit persona, vnus sit Emanuel, homo Deus, seu Deus homo. Et vbi hæc acta sunt? In ciuitate munita. Gloriosa quidem dicta sunt de Psal. 86. te, at multo gloriosiora facta sunt in te, & ciuitas Dei. Fratres, hæc est ciuitas illa Dei (Mariam loquor) ciuitas regis magni, quam fundauit & inhabitauit Psal. 47. altissimus. Ciuitas Dauid, vtbs fortitudinis nostræ Sion, in qua Saluator noster nobis positus est murus & antimurale, scilicet aduersus aereas potestates, Efsai. 26. aduersus principes & rectores mundi tenebrarum harum, contra spiritua- Ephe. 6. lia nequitia in cœlestibus. Hæc est ciuitas illa refugij reis data, ad quam con- fugiant non solum qui inuiti, verum qui vltro etiam fuderunt sanguinem, id est, qui voluntariè peccauerunt. Hæc est dulcis illa Virgo, reuerenda do- Deut. 19. mina, quam quotidie salutamus misericordiæ & reginam & matrem, vitæ Iosue. 23. dulcedinē, spēs & aduocatā nostrā. Sed quare dicitur munita? Nēpe, quia portæ Sapient. 7. eius, id est, cor & oēs sensus eius (ne quicquam inquinatū intret in eā) cōtra omnia peccata contra omnia noxia clausa manent principi, id est, ad honorē principis, qui solus hodie in eam intrauit atque possedit. Quare non imme- Maria cur ciuitas vo- cito in eius laudem canitur, quod diligit Dominus portas Sion super omnia taber- cetur mu- nacula Iacob. Portas Sion, id est, beatæ Mariæ, quam repleuit, iuxta Sapientis nita. orationem, inenarrabilibus virtutibus suis. Hanc diligit super omnia taber- Ezech. 44. nacula, id est, corpora (ita enim accipit diuus Petrus: *v'elox est, inquiens, de posi- Psal. 86. tto tabernaculi mei*) Iacob, id est, Iudæantium contra carnem, & fomitem sup- Eccle. 36. plantantium. Est ergo beata Maria ciuitas munita, cuius portæ, id est, omnes 1. Pet. 1. sensus clausi atque muniti fuerunt contra omnia diaboli tentamenta, contra Efsai. 45. qualibet spiritui inimica. At modo de ea illud Efsaiæ intelligitur: *Porte eius nō claudentur in giter, neque per diem, neque per noctem*, hoc est, omni tempore pa- Misericor- tent nobis ad consolationem & subuentionem. Nam respectus misericordiæ dia Mariæ eius nunquam claudetur deuotè ad se clamantibus, sed sicut *oculi Domini su- quanta. per iustos* ita oculi Mariæ super peccatores ad se confugientes. Pari modo eius Psal. 33. auditus nunquam obturabitur ad afflictorum gemitum, nunquam claudetur lingua eius, quin pro inuocantibus se, & confidentibus in se loquatur ad filium, impetrans lapsis vt resurgant, tentatis ne succumbant, benè gradien- tibus vt proficiant. Siquidem cura omnis illi pro nobis commissa est, & ma- ter facta est omnium. Quare *sicut mater non potest obliuisci infantem vteri sui, ita Efsai. 42. nec ipsa nostri*: imò si etiam mater carnalis oblita fuerit, ipsa tamen non o- bliuiscetur, omnibus aperiens sinum misericordiæ, omnes in vlnas suas re- cipiens, omnes in gremio pietatis fouens, omnibus omnia facta, vt nemo sit, qui se possit abscondere à calore eius. Quis enumeret & pacis olma beneficia clementiæ tuæ peccatoribus exhibita? Quis imprimet dulcedinem beneuo- 1. Cor. 9. lentæ tuæ? Quis inuocauit te & benedicta inuentrix gratiæ, nec exauditus est? Psal. 18.

Bernardus.

Maria virgo  
quomodo  
fit amanda,  
colenda ac  
imitanda.

Humilitas  
Mariæ quā  
fuerit exi-  
mia.

Psal. 71.

Luc. 1.

Ambrosius  
Ancilla ut  
fuerit B.  
Mariæ.  
Lucæ 1.

Quis in te speravit & derelictus est? Quem fecellit spes in te collata? quem non promouit veneratio tibi exhibita? Sileat misericordiam tuam (inquit Cellarius tuus deuotissimus Bernardus) virgo benedicta si quis est, qui incatam te in suis necessitatibus meminerit defuisse. Nos quidem seruulenti ceteris in virtutibus congaudemus tibi, sed in hac potius nobis ipsis. Laudamus virginitatem, humilitatem miramur: sed misericordia miseris cuius sapiat, hanc amplectimur charius, recordamur sapientius, crebrius inuocamus. Fratres, vtinam pariter omnes hodie ad tantæ virginis accendamus amorem, cultum & imitationem, Amorem, vt ex omnibus medullis cordis gloriæ sanctitatis atque innumeris excellentijs eius gratulemur. Cultum, vt pro modulo nostro eam prosequamur veneratione, honore, obsequijs, vt sunt orationes, salutationes, festorum & imaginum eius piæ obseruationes, & cætera id genus officia, quibus Deum præcipue per matris eius venerationem colimus: quippe quam & ipse honorat, & à nobis vult honorari, imitationem, vt satagamus eisdem, quibus ipsa placuit Deo, placere virtutibus. Hæc cum variæ sint, vel vnâ ex illis velim nobis esse commendatam, quæ sicut in Maria ceteris eius virtutibus attulit decorum, ita in nobis nobis addat negligentij excusationem. Ipsa est humilitas tam pulchra, tam eximia, tam denique singularis in Maria, quam beatissima ipsa virgo gratiss, donis ac virtutibus omnibus & singulariter fuit cumulata, & excellenter ornata. Vnde cum ceteræ suæ gentis mulieres nuptias quærent, propter quod ex sua stirpe Christum sperarent nasciturum, ipsa virgo beatissima nil eiusmodi de se præsumpsit, pro ingenti beneficio duceus, si vel ancilla matris Domini fore mereretur. Propterea à nuptijs abstinuit, integritatem suam Domino consecrauit. Hæc autem eius humilitas palam nobis iterum facta est ex obseruantia virginitatis. Nam dum illaudata esset adhuc virginitas, dum opprobrio haberetur infœcunditas, dum sterilitas malediceretur, maluit Virgo Deo gratissima in oculis hominum esse vilis, quam per sanctimoniam corporis Domino non placere. Siquidem virginitatis (cuius præconium ignorabatur) obseruantiam eligendo, exposuit se opprobrio hominum & maledictioni. Quæ cum sciret animæ nihil obesse (quippe quæ apud homines tantum, non autem apud Deum vituperaretur) elegit opprobrium, & maledictionem legis ferre, ne integritate careret. Eam ob rem Deus castissimæ humilitati eius largitus est, vt sterilitatis opprobrio careret, nec virginitatem amitteret, sed simul virgo & mater esset nec vicinij cuiuslibet filij mater, sed Dei & hominis, in quo non solum ipsa maledictionem euaderet, sed benedicerentur etiam in ea omnes tribus terræ.

Interea salutata ab angelo gratia plena, & benedicta in mulieribus, dum turbatur indigniorem se iudicans, quam quæ talia audiret, humilitas eius maxima sese prodidit. Similiter expetita in matrem Dei, quam profundissimæ quæso humilitatis fuit non aliter quam generalibus verbis consentiret. Ecce (inquit) ancilla Domini. Fiat mihi secundum verbum tuum. Ancillam se nominauit, quæ in Dei matrem postulata fuit. nec modo nominauit, verum etiam cognata sem Elizabeth ancillam se exhibuit. Deinde iam Deo imprægnata, nonne dignitatem hanc suam (quæ sub Deo nequit maior intelligi) ad se collauit, vt ipso etiam maliet in suspensionem venire, quam vterum Spiritus sancti

sancto autore tumescentem (quod absque sui commendatione non poterat) excusare? Quam humilitatis fuit, tempore etiam partus sui tam ingentem paupertatem, tantam loci humilitatem, exilij contemptum, & cætera id genus vilia atque ærumnosa sustinere? Quid quod coram regibus adorare ventibus, atque omni comitatu illorum dominum cœli terræque quærentibus, nihil augustum, nihil ostendit mirabile, nisi mirabilem paupertatem, & angustam humilitatem? Accedit quod nihil horum, quæ mundus miratur, ambiuit, nihil, quod erubescit, celauit: sed etiam (quod non erat) velut corrupta & immunda haberi voluit. Nam in loco, quæ genuerat filium, ab hominum confortio separatim sese continuit, ritum purificationis suscepit, & in cæteris omnibus haud secus atque alia mulierum se gessit, nihil ob integritatem sibi præminentiam, nihil prærogatiuæ sibi vendicans ob tam singularem sanctitatem, ob tam mirabilem fecunditatem. Hoc modo vsque ad filij ascensionem, imò ferè per omnem vitam suam ita se abscondit, tam humiliter egit, vt nihil præ cæteris matribus illi tribueretur, nusquam quod era: Dei mater, vocaretur: in Actis quoque post Domini ascensionem post Apostolos nouissima in Sanctorum catalogo recenseretur. Quid multis moror? Semel omnia dicam. Quicquid gloriæ, quicquid honoris, quicquid sublimitatis, unde potuit commendari, celauit: quicquid in oculis hominum vile est & inglorium (tamen non erat) haberi voluit. Heu charissimi fratres ab hac humilitate quam longè sumus nos, qui ad excusanda peccata, ad celanda vitia, ad honoris ambitionem, ad scientiæ & virtutum simulationem tam proni sumus? Hilarescimus si etiam contra conscientiam nostram testimonium commendamur: quibus mores aut facta nostra placent, eos cordialius diligimus. Aversamur qui nos corrigunt, subterfugimus qui nos monere, aut docere volunt, & ignorasse, neglexisse aut errasse nos aliquid dissimulamus. Metuimus ne vituperemur, & aliorum fauorem nonnunquam adulando venamur. Tristamur si laudantur socij, amaricamur si præferuntur nobis cæteri. Hæc & alia complura in nobis ipsis cõperimur, quæ omnia manifesta sunt argumenta superbiæ. Cuius tot sunt filia, tot genimina, tam variorum species, vt vix eas sufficiat quis enumerare. Taceo quod aded abstrusa interdum lateat hæc pestis, aded subtiliter imponat multis, vt ante inueniatur dominari, quam cœperit cognosci. Oremus igitur per benedictæ matris suæ humilitatem Dominum, vt ab hac peste nos liberet, & qui propter nos *semetipsum exinanitum formam serui accipiens*, vt visibiliter in se ipso seruis suis rectè viuendi exemplum præberet, quod dignatus est docere, dignetur nobis infundere Iesus Christus Dei & virginis filius, corde mitis & humilis, in secula seculorum benedictus, Amen.

Luc. 2.

Matth. 2.

Luc. 2.

Act. 1.

Argumenta  
superbiæ di-  
uersa quæ  
sunt.

Phil. 1.

Matth. 11.

*Quantum fuerit misericordiae Deum incarnari, & de virginitate beatae  
militatq; admirabili beatae Virginis Mariae.*

*Sermo II.*

Gen. 3.

Psal. 71.

Luc. 1.

Eccle. 14.

**R**ecordatus est misericordiae suae. Lucae I. Verba sunt haec charissimi fratres benedictae virginis & dignissimae matris, Deum in utero habentem Mariae, Quamquam omnipotens Deus fratres mei aequae iustus ut misericors, utranque, scilicet & iustitiam & misericordiam, ita administrat, ut neutram deserat, ita temperet, ut nec sine misericordia iustus, nec absque iustitia sit misericors: ante tamen sui incarnationem veluti misericordiae oblitus videbatur solam administrare iustitiam, quando humanum genus, in primo omnium parente vitium, à terrestri paradiso eiecit, à coelesti regno prohibuit, in exilium huius miseriae proscripsit, & ultra quinque annorum millia releuare distulit, aded ut ne fidelissimos quidem amicos medio hoc tempore, alio quam ad inferorum lymbum relegaret. Illa, inquam, generalis sententiae seueritas, qua humani generis redemptionem differbat quandoque exhibendam, tamen non sine dispensatione erat misericordiae, non tamen misericordiae tunc sentiebatur ab ijs, qui miseriam tolerabant. Sentiebant nimirum iustitiam, at misericordiam quamuis non aberat, non elucebat. Nam quod misericordiam tam saepe promisit, quod tam crebro pro misericordia clamatum fuit, quid aliud indicat, quam sub rigore eos ingemuisse iustitiam. Crebro illam promisit, diu expectata est, hodie verò primum uberrime super genus nostrum effusa. Hodie namque opus nostrae redemptionis est inchoatum. Hodie Deus homo factus est. Hodie naturae nostrae natura diuina in vnam personam est copulata, & perinde reconciliata. Hodie portae misericordiarum Domini reueratae sunt. Hodie caeli catharactae aperte sunt, & descendit misericordia, non modo sicut pluuia in vellus, sed etiam sicut stillulae stillantia super terram. Hoc beata Maria in semetipsa experta, exultans spiritus, Recordatus est (inquit) misericordiae suae. Quid fecerit erogando misericordiam Deus, Lucas nobis enunciat, dicens: Missus est angelus Gabriel ad virginem tuam sine dilectione quamlibet, non leuiter aut fortuito inuentam, sed ab aeterno electam, supra quinque millia annorum desideratam, expectatam, quaesitam, nunc inuentam, ornatam omnibus praeciosissimis donis omnium gratiarum & virtutum, fragrantem suauissimo odore in conspectu Dei: sicut nardus sicut balsamum, sicut cynamomum, sicut myrrha electa, sicut malum puniceum, & omnipotentem Deum maximum in sui amorem suo decore alliceret, aded ut oblitus Deus irae suae, immemor vindictae, iam secdus inire ceperet, non solum cum ipsa, sed etiam per ipsam cum vniuerso genere humano perpetuae reconciliationis. Hoc modo, ut naturam nostram humanam diuinam in vnam personam vnione inseparabili copularet, fieretque vnigenitus Dei vnicus simul esset & virginis vnigenitus.

Cum haec igitur beatissima Virgo immaculata, candida, rubicunda, electa ex milibus. (Candida, inquam, velut lilium per virginalem innocentiam, rubicunda, ut rosa per ardentem charitatem, electa non ex milibus ista-  
talia



tum, sed ex vniuersitate omnium creaturarum, etiam propter eximiam eius humilitatem ) sic rutilaret in conspectu Domini, sic gratissima oculis eius esset: vocauit angelum non quemlibet, sed vnum ex principibus Gabrielem ( vt pro maxima causa ad magnam dominam, & immensi regis praestans & praeclarus esset nuncius ) hanc aut familia ( si coniungere licet ) dicens: En Gabriel videbhe virginem illam, cuius suauissimus odor deuotionis ad nos fragrans ascendit: Vides virginem, cuius ad nos amor rutilat? cuius decor, cuius puritas, cuius humilitas sic nos allicit? cuius pietas trahit? Vides puellam omnium virtutum pulchritudine venustatam? Videsne modo paradysum volu-  
 ptatis quam plantauimus a principio? Cernisne fontem pietatis quo irrigabitur omnis terra? Videsne sacrarium dignum diuinitatis mex habitaculum? En hortum conclusum, fontem signatum, rubum Mosis, virgam Aaron, Ge-  
 deonis vellus, arcam testamenti, portam Ezechielis clausam: & vt simul omnia complectar, virginem, in quam omnia oracula meorum prophetarum sunt compromissa, in qua cunctorum vaticinia complenda *Hanc amauit, hanc exquisiuit*, huius decorem concupiui, *hanc proposui mihi sponsam accipere, amator formosus*, vt vnigenitus meus, idem sit & vnigenitus eius, & spiritus meus habitator in ea fecundus. *Ero enim quasi ros, & Israel germinabit quasi lilium.* Curre ergo cito & ex nobis eam saluta, plenam gratia praedica, in finem nostrum consilium, & exquire eius consensum.

Confestim igitur ad eam descendens angelus, inuenit ( vt semper ) solitariam, vt pote in cella se continentem, tacentem, & in contemplatione leuantem se supra se. Quapropter ad illam ingressus ait: *Aue gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Non statui totum Euangelium, id est, omnia verba & responsiones Virginis exponendo percurrere, sed hoc tantum monuisse sufficiat, ex responsione Virginis duas praclaras ( praetermissis ceteris ) elucere virtutes, virginitatem scilicet & humilitatem, quibus dignam sese, vt mater Dei fieret, exhibuit.

Et primo quidem, quanto virginitatis amore fragrarit, quanto zelo custodierit, vel inde notum est, vt ne altissimi quidem mater fore absque formidine consenserit amittendae virginitatis. Sollicita nanque mox vt au-  
 diuit de filij conceptu, pro sua integritate interrogat, dicens: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* id est, non cognoscere propono. Mater quidem filij tanti fieri non abnuo, at virginitatem ne amittam, sollicita quae: o-  
 fecunditatem opto, at carnis integritatem praefero. Considerate fratres, virginitatem tunc Maria praetulit coniugali fecunditati, quando illa apud homines esset opprobrio, hanc honori. In veteri nanque testamento dum omnes populum cultumque vnus Dei, qui in solo populo Iudaico vigebat, augere cuperent, dum omnes Christum ex sua stirpe nasciturum sperarent, nemo suo stemmati non consulebat, nemo liberos non optabat, atque ideo minoris gloriae ducebatur, esse virginem quam fecundam. Quandoquidem virginitas carnis habet sterilitatem & stirpis abscondit propaginem, Quare tunc non erat in precio virginitas, quippe cuius adhuc splendor ignorabatur, & idcirco nec quaerebatur huius margaritae pulchritudo. Soli Mariae hoc privilegium ( vt multa alia ) seruabatur, vt noua & singularis virgo, noui filij noua mater, nouam suo exemplo nobis praedicaret virtutem, tantoque nobis plus place-  
 ret

Gen. 2.  
 Cant. 4.  
 Exod. 3.  
 Num. 9.  
 Iudic. 6.  
 Num. 14.  
 Ezech. 44.  
 Sap. 8.  
 Ofec. 14.

Tren. 5.  
 Luc. 1.

Virtutes duae quibus Maria digna esse mater Dei, quae sint.

Virginitas cui in veteri testamento non fuerit in magno precio habitata.

Virginitas  
Mariæ quã-  
ta sit laude  
digna.

Matt. 19.  
Apoc. 14.

Gen. 1. 9.

4. Reg. 2.

Eccle. 31.

Iudic. 11.

Humilitas  
Mariæ vir-  
ginis quãta

ret virginitas, quanto excellentior erat, quã illam prima cum voto docu-  
set. Prima namque beata Maria Deo vouit virginitatem, & parum de homi-  
num opinione curauit. Siquidem malebat Deo cum puritate mentis, sancti-  
moniam integritatemque offerre corporis, quã de corruptione carnis, pro-  
pagine nepotulorum gloriari. Neque enim dignam se aestimabat, ut de illa  
carne Messias nasceretur, nisi cœlitus in matrem ascita fuisset. Proinde qua-  
ta sit laude eius virginitas digna, perpendite. Nullum adhuc præceptum, nul-  
lum ex scripturis acceperat consilium, nullum viderat Deo deuota virgini-  
tatis exemplum, aced vt populo Dei cœu in suetum ritum summus pontifex  
(vt Virginis votum didicerat) inducere trepidaret, remque diuino oraculo  
dignam duceret. Quid moror? Nondum prædicatum erat, felices cunctos  
qui se castrant propter regnum Dei, nec scriptum, virginitatem fore rem esse  
angelorum. Nondum legerat Maria, virgines empras ex omnibus primitijs  
Deo & agno, sequi etiam agnum quocumque ierit, & cantare singulare carmen,  
cum alijs ignotum. Quin potius legerat: *Crescite & multiplicamini. Et maledicta  
sterilis, quæ non parit.* &c. Et tamen castitatis amatrix malebat posteritatis glo-  
ria & fecunditate priuari, quam vel libidine pollui, vel concupiscentia tri-  
stiebat (nimirum Spiritu sancto edocta) maledictionem hanc sibi non obesse  
apud Deum, cui semper placuit castitas, nã & Helias virgo, raptus est in cœlum,  
tameñi crescente adhuc mundo virginitatis præconium in scripturis tace-  
tur. Infœcunditatis igitur hoc qualecunque apud homines opprobriũ subire  
prælegit, quam dispendium virginitatis, quam licet sancte & pudice, con-  
iugio commutare potuisset.

Agedum, si beatos prædicamus eos, qui cum potuissent transgredi, non  
sunt transgressi, & facere mala, & non fecerunt, quam felix, quam beata  
confenda es benedicta inter mulieres, quæ minori bono possibito, summa  
& optima quæque amplecteris, nouam & angelicam virtutem inducis con-  
fusione contempta? In quo certè vna virginitate humilitatem contemnit.  
Eia vtram in te plus mirabimur, felicissima mulier? Laudabilis plane vir-  
ginitas quam Deo dedicasti, nullo aliarum mulierum exemplo ad hanc inue-  
nata, neque scripturis, sed Spiritu sancto instituta. Longe aliter cogitasti quã  
filia Iephte, quæ virginitatem suam aliquot diebus fleuit: vt pote sine fructu  
ne, sine fructu, absque posteritate, & quæ Dei populum non auxerat, mor-  
tura. Nam carnis sterilitatem vt Spiritu esses fecunda, non admodum curas-  
sti. Quia ergo pro castitate fortiter egisti, quia virginitatem angelicæ purita-  
tis prætulisti, non solum sterilitatis carebis opprobrio, sed benedicta etiam  
præ omnibus mulieribus habebis fructum, qui melior & nobilior est om-  
nibus filijs mundi. Siquidem dabit tibi Dominus Deus tuus honorem matris  
& seruabit gaudium virginitatis, vt neque sterilitas neque corruptio teneat  
gat. *Nam quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.* At humilitas tua quã-  
tum ædificat. Cum cæteræ omnes mulieres ex se sperarent Christum: sola tu  
nil tale de te cogitabas, æstimas pro maximo tibi munere euenisse, si vel an-  
cilla eius quæ paritura erat Christum, esse mereris. Quia ppter citra modum  
diuinitus acceptum renuebas viro desolari, desolata verò nec volebas con-  
gi. Deinde salutata ab angelo, cum gratia plenam & benedictam te inter mu-  
lieres audires, turbata humilitas tua expauit, nil tale de se aestimans. Petita  
subite

subinde in matrem altissimi, cum pro tui laude, & pro tanta gratia etiam veneratione erubisses, confensisti quidem: nihil tamen inde elata, nec ab humilitate deflectens priori, in ancillam te obtulisti: quam etiam tandem gestans Deum in utero, non tam nominasti quam exhibuisti, seruiens cognatae tuae mensibus tribus, Merito igitur respexit Deus humilitatem huius ancillae suae, recordatus suae misericordiae. Quam nobis per orationes tuas dulcissima Virgo concedat Iesus Christus filius tuus Dominus noster in aeternum benedictus, Amen.

IN EADEM SOLENNITATE.

De benedictionibus beatae Mariae, & de nostra captivitate.

Sermo III.

**B**enedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob. Psa. LXXXIV. Die hunc charissimi fratres facit nobis venerabile & Dei incarnatio & Christi passio, & nostri ab aeterna morte redemptio. His namque & alijs multis preclaris haec dies celebrior facta est. Terram hanc charissimi fratres, quae singulariter Domini terra dicitur, cum ait: *Benedixisti Domine terram tuam*, non aliam intelligimus quam beatissimam virginem Dei matrem Mariam, quae ex virginitate cum esset sterilis, ut integritate manente fieret fecunda, non aliter atque Domini benedictione culta est, ut germinaret Saluator, haud secus, quam seruatione cordis atque voluntatis consensu aperta est. Itaque *benedixisti Domine terram tuam*, quae concepit sine tactu fecunda, sine femine paritura. *Benedixisti*, obumbrasti, implesti. *Et terra iam nostra dabit fructum suum*. Eadem est terra haec quae est & tua & nostra: Tua, quia te fructum suum singulare, benedictum, preciosum & genuit & aluit. Nostra vero, quia fructum suum, hoc est, te nobis in salutem & in utilitatem nostram donauit. Siquidem nobis es natus, nobis es datus ex intacta virgine. Et hoc iure ipsa etiam terra est nostra, quippe quae te nobis genuit. *Benedixisti Domine terram tuam*. Ut occasio iuuenibus nostris fratribus detur deuotionis aut exercitij alicuius spiritualis, atque dicentibus angelicam salutationem ad haec verba, *Benedicta tu in mulieribus*, pium aliquid in mentem veniat, dicamus quomodo beatissimam virginem Mariam Dominus benedixerit. Sunt autem benedictiones haec praeminentiae quaedam singulares. *Benedixit* igitur Mariam Dominus primo in sua aeterna praedestinatione, quia elegit eam, non modo ut ipsa salutem consequeretur, sed per quam totum quoque mundum patri reconciliaret: Cuius dulcedine peccatores attraheret, cuius pietate interueniente desperatis innumeris fiduciam, afflictis consolationem, captiuis liberationem, perditis, salutem omnibus denique afflictis atque egentibus gratiam & consolationem praestaret. *Benedixit* eam in conceptione, quia singulari gratiae dono praecunctis mortalibus ab omni eam peccato praeseruauit. *Benedixit* eam in sanctitatis excellentia, quia non modo hominibus, verum etiam angelis excellentia sanctitatis fecit praestantior, implens eam omnigena gratiarum ac virtutum plenitudine: tanta videlicet, quanta creatura posset vlla suscipere. Nam cum (teste D. Hieron.) caeteris per partes gratia data sit sanctitatis, Mariae totam se infudit gratiae plenitudo. *Benedixit* eam in nati-

Luc. 1.

Esaia 45.

Psal 84.

Esaia 9.

Benedictio- nes Mariae multiplices.

Hieron.

Bbb uitate,

uitate, cum nobilissimo eam genere utpote patriarchali, prophético, regio ac sacerdotali illustravit: parentibusque castis ac sanctis (quibus propter sterilitatis opprobrium abstulerat) donauit. Benedixit eam in eius conuersatione. Nam corporis venustate, morum elegantia, & quicquid decoris aut gratiae quod humanis solet oculis esse acceptum, omni videlicet pulchritudine & donorum varietate singulariter ornauit. Benedixit eam in praesentatione quia virginitatis propositum ac votum, hominibus illaudatum, mundo incognitum, ad innumerabilem salutem animarum, in Angelica conuersionis exordium, ad monasticae vitae institutum, in sanctorum omnium profectum, qui ipsius erant imitaturi exemplum, eidem inspirauit. Benedixit eam in angelica annuntiatione. Siquidem virginitati eius fecunditatem addidit, in eius utero & de eius carne corpus sibi assumpsit, ipsam ut Dei esset mater (quod excellentissimae est dignitatis & quanta sub Deo non posset esse maior) fecit. Benedixit in praegnatam, quia mensibus nouem eius in utero se continuit, sine grauiamine & molestia hanc tumescente utero seruaui: confectionibus praeterea ineffabilibus tam corpus quam animam eius fecit. Benedixit in partu, quandoquidem carnis integritatem nascens eidem non abstulit, parienti dolorem nullum intulit. Benedixit eam in sua passione. Ipsam namque ut nostrae redemptionis sociam & cooperatricem sibi in cruce pendenti a stare voluit, internis animi doloribus cunctis martyribus praestantior fecit, typum Ecclesiae eidem indidit, matrem omnium filiorum adoptionis eam constituit, & in morte sua solam eam fide iucolumi acque incuncta constantem tenuit.

Benedixit ipsam in sua resurrectione, quia primo omnium eidem gloriosus apparuit, tristitiam depulit, maioribusque ac suauioribus gaudijs repleuit. Benedixit eam in sua ascensione, quando carnem ipsius pignus ueteris, hoc est, corpus suum (cui illa dicere poterat: *Hae caro de carne mea*) uideretur: bunt eidem honorari, & super caelos caelorum exaltari. Benedixit eam in Spiritus sancti missione. Nam super Apostolorum praedicatione, super mundi conuersione, super Ecclesiae propagatione, in gentium quoque uocatione (cuius figuram iam olim in Magorum intellexerat aduentu) atque in donorum Dei uberrima in credentes super effusione hanc (ut erat charitate peritissima) incredibili spiritus exultatione repleuit. Benedixit eam in ipsius dormitione, quandoquidem in egressu animae a corpore requiem potius quam mortem eidem donauit. Quippe quam a dolore fecit liberam, a timore securam, amore ebriam & beatitudine plenam. Benedixit eam in assumptione, quia corpori eius incorruptionem praestitit, resurrectionem praerogauit, & ipsam in utroque in caelum assumptam glorificauit. Benedixit eam in coronatione. Siquidem in caelo omnibus superiorum constituens ad dextram suam hanc collocauit, modo post se honorabilissimam, amabilissimam uelut huiusmodi constituit, & gratiam consolandi, exorandi que copiam pro omnibus eidem donauit.

*Benedixisti igitur Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob.* Ad eum uberanter *benedixisti Domine terram tuam.* ut benedictio eius ad nos quoque pertingeret. *Auertisti captiuitatem Iacob:* Captiuitatem dico magnam hanc & duram generalemque humani generis, quando ante Christi passionem uerba

Luc. 1.

Ioan. 19.

Gen. 2.

Mat. 2.

Psal. 84.

poterat diaboli euadere tyrannidem, quandoquidem & iusti & impij illius captiuitate ( licet conditione valde impari ) tenebantur omnes. Perfeuerauerat autem hæc captiuitas à mundi initio supra annorum quinque milia, quando nemo erat interea qui non captiuus ab ingressu regni cælestis prohiberetur, donec nos sua passione Christus, imò genus nostrum vniuersum ab hac captiuitate liberauit. Habebat namque diabolus ( vt Bonauentura dicit ) ante Christi passionem duplicem manum, videlicet impellentem & attrahentem. Manu attrahente quemlibet sanctum detrahebat ad lymbum. Hanc ei Christus in sua passione amputauit penitus. Manu impellente præcipitabat diabolus homines per fallaciam & violentiam in peccatum, ad eò vt pauci tunc essent valde qui eidem resisterent. Hanc eius manum Christus non omninò amputauit, sed debilitauit: dum in eis per inspirationem lumine veritatis, & extra per eruditionem humanam atque scripturæ eius nobis fallaciam manifestauit, ac virtutem potiore in illum nobis tribuit: ad eò vt nisi volentibus non possit iam improbus dominari. Vnde quantum ad vtramque manum, benedictæ terræ benedictus fructus captiuam ab eodem, hoc est, à diabolo, duxit captiuitatem.

Remanet tamen in membris nostris quædam captiuitas adhuc alia, & quasi peccandi necessitas, qua concipimur & nascimur, fomes peccati. Hanc Apost. legē peccati nominās, *Video, inquit, aliā legē in mēbris meis repugnantē legi mentis meæ, & captiuante me in lege peccati, quæ est in membris meis. Non enim quod volo omnī hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago. Consentio enim legi Dei secundum interioremem hominem. Nam velle quidem adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio.* Hanc legem, hanc captiuitatem peccando nos ipsi quoque improbiore effecimus, & iugo paterno sub quo nati sumus, iugum proprium malæ consuetudinis addidimus. Inde in nobis tot vitia, tot passionēs, tot inordinatæ sunt in nobis affectiones. Sed auertat aliquando Deus etiam hanc captiuitatē. Quibus? Iacob, hoc est, pugnantibus reluctantibus.

Per assiduam namque pugnam, & per Christi gratiam, quandoque ad libertatem spiritus respirabimus, & reddemus legem hanc nos captiuantem infirmiorē, nō vt omninò non sit, sed ne regnet peccatum in nostro mortali corpore. Nam omninò non esse, non est præsentis vitæ, sed futuræ, quando nō solum auersa, sed penitus etiam soluta erit hæc captiuitas. Interim vero remtentibus auertit, id est, non imputat nobis Dominus hanc captiuitatem quasi captiuitatem. Idēd Paulus quoque se consolatur dicens: *Si autem quod nolo malum hoc ago, non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum: Igitur semper est reluctandum.* Circundamur enim: à foris hostibus multis, qui tamen omnes nihil possent nocere, nisi haberemus intra nos, qui illis conuiterent. Homo namque à seipso disidens, sibi ipsi est inimicus maxime omnium perniciosus. Experimur quotidie inter multos gemtus quanta sit persecutio nostri, quantum & à quot bellum indictum sit spiritui nostro, & quanta è regione contra hostes sit infirmitas & ignorantia nostra, quanta hostiū improbitas, importunitas & pertinacia. Egressi quidem sumus de Aegypto, liberaati sumus de manu Pharaonis, liberi facti sumus à seruitute eius, id est, à collectione palmarum, à constructione luti & laterum. Exiimus viam trium dierum in solitudinem, sed insequitur nos multitudo maxima

Captiuitas ante Christi passionem qualis fuerit.

Bonauent. Manus diaboli ante Christi passionem duplex quæ fuerit.

Captiuitas alia remanens in membris nostris quæ sit. Rom. 8. Lex peccati in membris nostris quæ sit.

Iacob quomodo quis mystice fiat. Rom. 6.

Rom. 7.

Exod. 11.

Exod. 8.

vitiorum, ad pristinam seruitutem, ad captiuitatem iterum reducere malentium. Cuius videlicet seruitutis quanta fuerit duritia, quanta imperatium improbitas modo clarius videmus elapsi, quam olim detenti.

Non est igitur ira auerfa captiuitas, vt à tergo non sequantur hostes, qui capere moliantur. Et quid dico à tergo, à fronte, à latere, & ab omni parte, vt dique circumdamur hostibus, qui nos impugnant. Verùm si Iacob, id est, si pugnantes relictamur, cadent à latere nostro mille, & decem millia à dextris nostris: ad nos autem non appropinquabunt. Pugnans quidem eminus, vt rò repugnantes non expugnant. Et si dent interdum ( vt in conflictu afflicti) vulnera quædam leuia, non tamen perimunt: atque adeò non lædunt, vt hostibus post pugnam futura sint etiam in gloriam. *Nihil enim damnatum*

Psal. 90.

Rom. 8.

1. Cor. 12.

Bernardus.  
Virtus quo pacto perficiatur in infirmitate.

2. Cor. 18.

Psal. 43  
Locus afflictionis quis sit.  
Eccle. 1.  
Ioan. 16.  
Ioan. 15.  
Ioan. 15.  
Psal. 43.  
Vmbra mortis quæ sit.

Rom. 7.

*his, qui sunt in Christo Iesu. Et diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Abno* namque & misericordissimo Deo, bonis, hoc est, qui contendant for boni, etiam tentationes ipsæ dantur aut permittuntur in bonum, id est, in profectum. Testis est Paulus qui tentationi carnis leuari se postulans, non elatus à Domino, sed responsum est eadem: *Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur.* Quod cum nonnulli de corporali intelligunt infirmitate, ceteri ( vt diuus Bernardus ) de spirituali: vtique sanè intelligunt, Si quis humiliant hominem bonæ voluntatis, & corporis afflictio, & animæ tentatio: imò vt plus dicam, spiritus agrotatio. Quid ni humilietur spiritus humanus, alioqui ad tumorem, ad sui extollentiam, ad præsumptionem & inanem confidentiam impensè vniuersum inclinatus, si sentiat toties renouatum propositum suum semper accedente tentatione, aut occasione peccandi se regerente labefactari? Quid ni humilietur, aut quid magni de se potest sentire homo, qui videt se non posse sibi sufficere ad leuia tentamenta sustinenda, vt immnis transeat à peccato? Itaque bonam mentem etiam peccata venialia humiliant, sed humilitate ipsa in maiorem profectum erigunt, vt virtus perficiatur in infirmitate.

Vtramque hanc humiliationem intellexit Dauid propheta, cum diceret: *Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis.* Locus afflictionis mundum hunc dicere voluit, in quo secundum Ecclesiasten non est nisi vanitas & afflictio spiritus. De quo Christus quoque nos præmonuit: *In mundo (inquit) pressuram habebitis.* Itemque: *Si mundus vos odit, scitote quod prior me vobis odio habuit.* Et rursus: *Si me persecuti sunt, & vos persecuti erunt.* Itaque afflictiones corporis, pressuræ cordis, odia, contemptus & persecutiones quæ imponuntur à proximis, sunt quæ humiliant hominem & bonam mentem ad virtutem prouehunt. Sequitur: *Et cooperuit nos vmbra mortis.* Vmbra mortis vocat peccatum veniale, seu tentationem. Si enim lethale peccatum mors, veniale non absurdè vmbra mortis dicitur. Itaque tam peccata venialia quam tentationes, propterea quod vtrobique nostra nobis inderitas ostenditur, bonam voluntatem humiliant, quippe cum non possit pericere bona mens etiam quod vult bonum.

Verùm hæc non ignaui, sed super custodia sua vigilantibus atque per virtute pugnantibus loquor. Nunc ( ne prolixo vos onerem sermone ) regemus beatam Mariam, terram vtique promissionis, terram cui benedixit Do-

minis

minus, ut precibus suis ac meritis auertat aliquando à nobis captiuitatem omnem, impetretq; à fructu suo dulcissimo, ut remittat iniquitatem plebi suæ, populo acquisitionis, hæreditati suæ quam comparauit sibi hodie sanguine suo, singulariter tamen huic forti & funiculo suo, id est, huic congregationi, quam è cunctis penè nationibus & gentibus in hunc locum vocauit atque collegit, ut faceret sibi populum peculiarem atque acceptabilem imò & gregem ac portionem sibi singulariter electam. Operiat etiam omnia peccata eorum. Operiat, inquam, ne iustitia ipsius videat quod puniat, ne diabolus quo illudat, ne homo quo scandalizatus impingat. Porro tunc operientur peccata nostra, quando illa deleuerit Dei misericordia, quando contriuerit penitentia, quando excusauerit sequens bona vita. Quæ omnia præstet nobis Dei filius, pro nobis hodie in utero Virginis incarnatus, in cruce mortuus, & nunc cum Patre & Spiritu sancto in cælis gloriosus, Amen.

Psal. 84.  
Pet. 2.  
Deut. 5.

IN EADEM SOLENNITATE.

*De vera humilitate eiusq; conditionibus, unde agnoscitur.  
Sermo IV.*

**R**espexit humilitatem ancilla sua. Lucæ I. Cunctis virtutibus plena erat Maria, de nulla tamen gloriatur, quam ita respexerit Dominus sicut de humilitate. Hæc est enim virtus, ad quam cætera confluunt virtutes, quæ exornantur & gratæ fiunt tam Deo, quam hominibus, quæ denique ne exissentur aut marcescant, conseruantur omnes. Ipsa est vallis illa ad quam fluentia gratiarum decurrunt. Ipsa est vallium vna, quam utpote profundissimam implendam omnium virtutum varietate promittit Baptista Ioannes, dicens: *Omnis vallis implebitur.* Placuit haud dubium in Beata Maria Deo virginitas, placuit charitas, placuit patientia: solam tamen humilitatem diuinitus respectam Maria confiteretur. Hac etenim digna facta est, ut fieret mater Dei, hæc exaltata est ad eò, ut maior esse non possit, nisi ipsamet esset Deus. Siquidè summæ est dignitatis, quæ in creatura aliqua nõ potest inesse præstantior, esse matrem Dei.

Cant. 5.  
Luc. 3.

Imitemur igitur fratres charissimi virginis ac matris Dei humilitatem, & ne corde nostro superbix tumor aut elatio suboriat, summopere vigilemus. Nihil enim ita nobis est necessarium (si ad virtutũ fastigia anhelamus, imò si vel in modico cupimus proficere) quam fundamentũ totius spiritualis ædificij humilitas. Proinde sciat sine fundamento se ædificare, quisquis non humilis pro virtutibus alijs sudat. Infidiatur religiosa menti superbia, & licet aperto Marte sapius repellatur, sub tegmine tamen virtutum palliata dum mentitur se non esse superbiam, sæpenumero quia admittitur, homini est in ruinam: facilius deprehenditur superbia illa, quæ ex donis externis nascitur, puta de voce, de veste, de venustate, de diuitijs, de nobilitate, & cæteris id genus bonis, propterea quod non liceat gloriari de huiusmodi omnibus. Dona enim sunt quæ non sanctificant, & bonis malisque sunt communia, nec utilitatem animæ adferre possunt maiorem, quam ut contemnantur. At ea, quæ intus in anima latet superbia, & de internis aut gratis aut

Humilitas  
Marie quomodo sit  
nobis imitanda.  
Fundamentum spirituales ædificij quod sit.

Superbia  
spiritualis  
vnde cognoscatur & cur  
periculosior  
sit quam  
carnalis.

2 Cor 4.  
1 Tim 4.

Apos.

Verecundia  
quam sit ne-  
cessaria hu-  
militati ac-  
quirenda.

2 Reg 6.

Humiliatio  
quam sit ne-  
cessaria hu-  
militati ac-  
quirenda.

Ecl 3.

Eccle 7.

Eccle 10.

Humilitas  
ex quibus  
conditioni-  
bus cogno-  
scenda sit  
Bernardus  
Humilitatis  
plenitudo  
in quo con-  
sistat.

virtutibus nascitur, multò est periculosior, quia secretior atque intusior, & ex bonis verè comendabilibus, imò ex ipsa humilitate seu potius humiliatone propria oritur. Facit enim hominem virtuosum (cui virtus nò debet nò placere) sibi ipsi placere, & amorè, qui esse debet virtutis, in proprium amorè mutat: facit sub specie ædificationis alijs velle placere, ab alijs imitari se iudicari, & eo securius decipit, quo zelus ædificandi proximum (si abest amor proprius) magis est licitus. Superbia effert animum, vt aspernetur nò modo, quod fas est, vitia & defectus, verùm etiam eum spernit, qui ad hæc vitijs premittit & languet, licet fortasse inuitus. Quod tamen haudquaquã faceret, si se ipsum agnosceret, hoc est, si vere agnosceret, quod ea, quæ ipse habet (sunt licet virtutes aut dona) non à se, sed à Deo habet. Si, inquam, animo saperet ea bona, nec sua, nec à se esse, quæ videntur habere, quomodo is de alieno superbi- ret? quomodo gloriam, quæ Deo soli debetur, de alienis furum sibi vlrparet? aut quomodo proximum, qui hæc eadem non habet (licet fortasse, quod cogitare vnusquisque debet, humilitatem maiorem propterea habeat) iudicare aut aspernari auderet? Si enim de suo se comparauerit quis proximo, & non de ijs, quæ quasi accommodato recipit à Deo, quid inuenit in se vnde gloriari possit, cum sit miser & miserabilis? quid in se reperit, de quo non merito sit gemendum & erubescendum? aut quid inuenit vnde proximo sit melior? cum ipsa elatio, etiam si in alijs præstaret, faciat eum proximo viliorem. Superbia cupit bene de se sentiri (neque enim hic distinguo inter superbiam & vanam gloriam, cum ita sint affines, vt vbi vna, ibi inueniatur & altera) cupit non vilis haberi. Pari modo sub fuculo honoranda. aut in precio habenda virtutis, imponit amor proprius. Superbia erubescit humiliari, culpam agnoscere, aut veniam petere, & quasi de vitando scandalo ab huiusmodi odii abstinendum sibi persuadet. O quam magnum scandalum foret, si te exhiberes humilem, si te scires humiliare. Non est hæc laudabilis, sed odienda exterminandaque procul verecundia, qua de sui humiliatone, aut qua de ijs, quæ nò sunt peccata, quis erubescit. Erubescamus, si peccamus. Non erubescamus si pœnitemus, aut si satisfacimus. Quam procul ab hac superba verecundia absit sanctus David, qui non de peccato, sed de bono opere reprehensus, quod sua excellentiæ ac status in memoriam, ante arcam Dei saltasset: *Ludam*, inquit, & *vltor sum plura quam factus sum*, & *erubescit in oculis meis*. Est igitur humiliatio maxime necessaria ei, qui adipsi cupit humilitatem. Sicut enim curvatum, si induci debeat virga, nec se est vt præcedat cruatio, ita humilitatem oportet antecedit humiliatio. Quisquis igitur cupit esse humilis, non reuogiat humiliari. Idè scriptum est: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus*. Itemque: *Humilia spiritum tuum valde*. Sicut autè odibilis Deo & hominibus est superbia, ita grata & amabilis humilitas. Humilis namque alios sibi præfert, alijs credit, de alijs melius, quam de se ex animo sentit, alios reueretur, alios mansuetè, patienter & benigne tractat. Humilis libenter se subijci, confidenter credit, alacriter obsequatur. Quapropter obseruandum est, quod sanctus Bernardus admonet, dicens: *Altiora aliorum semper attendas, quia in eo constat plenitudo humilitatis*. Nam si tibi forsitan aliqua gratia maior collata videretur, quam fratri tuo, tamen in multis (si bonus amulator fuerit) iudicare te poteris inferiorem. Quid



Quid enim si laborare aut ieiunare plus illo potes, & ille te patientia superet, humilitate præcedat, superemineat charitate? Quid tota die circa id, quod videris habere infipienti cogitatione versaris? Esto magis sollicitus, ut scias quid defuit tibi, quia hoc tibi plus expedit. Non ergo magnopere cogites bona quæ habes, nisi forte interdum, ut inde Deo gratias agas, & te noueris debitorem ei, qui dedit: aut gratia consolationis, dum necesse id fuerit, ne qualibet ex causa tristior fias. De cætero ea bona semper magis attendas, quæ alius habet, non quæ tu: quo hæc cogitatio in humilitate te custodiat, & à descensu tepiditatis elonget, atque accendat desiderio proficiendi. Vide enim quanta mala è diuerso hæc cogitatio illa parturiat, quod sedulo versas in animo bonum, quod tibi habere videris, & alterum quempiam æstimas non habere. Hinc in superbiam eleuaris, dum alteri te præponis: hinc proficere negligis, cum te magnum aliquem arbitraris: hinc demum & deficere incipis, dum tibi alterius comparatione etiam nimis egisse videris. Hæc ille. Itaque potius exempla sanctorum, fratres, ob oculos ponamus, & quantum ab illorum perfectione nostra distet infirmitas, pensemus. Valer nihilominus confideratio excellentiæ diuinæ, charitatis item eius ad nos, qui quum tantus sit, propter nos se humiliavit, tanta passus est ut ex nihilo & de stercore nos eleuaret ad regnum, regnum utique sempiternum. Quod nobis largiatur Iesus Christus Mariæ vniuentus, Dei Patris filius in secula benedictus, Amen.

Bona proximorum cur potius quàm propria sint consideranda.

Phil. 2.  
1. Reg. 2.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*De mirabilibus Sanctorum operibus neq; iudicandis, neq; omnibus imitandis.*

*Sermo V.*

**R**espexit humilitatem ancilla sua, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Luca 1. Merito exultat fratres charissimi, beata Maria non in se ipsa, sed in Deo salutaris suo, quoniam quidem cum genus humanum sub damnatione esset, & paradisi finibus adeo essemus extrusi omnes, ut nulla nobis ultra etiam foret spes ex nobis illuc reuertendi, sed filij essemus iræ, ac tanquam abortiuus à Deo proiecti. Cum inquam, essemus primorum parentum nostrorum aspersi superbia (qui serpentis fraude persuasi, quod sibi à Deo prohibitum fuit inobedienter nimis rapere gestièrunt. volentes esse sicut dii, scientes bonum & malum) inuenit Dominus animam iuxta cor suum, humilem, puram, immaculatam: totam pulchram, ut liliam candidam, odoriferam ut violam, ut rosam gratiosam. Inuenit, inquam, in filiabus hominum, quæ oculis suis placeret, quæ & ipsa non pro se tantum, sed pro vniuerso etiam mundo, apud ipsum gratiam inueniret, ut potè cuius non minus amaret humilitatem, quam parentum eius, id est, Adæ & Euz superbiam olim auersatus fuerat. Huius igitur hodie dignationis diuina beneficium recolimus, quo ancillæ suæ Mariæ, quo virginis pudicissimæ pariter ac pulcherrimæ, quo puellæ ac innocentissimæ, & Deo deuotissimæ respexit humilitatem, & nostram miseratus non tam statuit, quam soluere cepit captiuitatem. Quia verò præ omnibus ad hoc munus o Virgo excellentissima electa es, ut Dei sis mater, ex cuius partu salifico mundus accipiat liberationem.

Luca 3.

Ephes. 6.  
Gen 3.1

Cant. 4.

Lucæ 1.

nem, iuste beatam te dicunt omnes generationes. Videte hic fratres charissimi, quomodo beatissima virgo Maria inter omnes homines, & præ omnibus humillima, de seipsa loquens exultando in Deo, nobis narret quantam gratiam à Deo respecta sit, quam magna sibi contulerit Deus, & quod ab omnibus generationibus propterea beata dicenda sit. Videte humillimam, quam magnificè de se pronunciet: & hoc absque vitio superbiæ. Cur non timuit vanam gloriam? Non timet nec timere habet, quæ omnem gloriam in corde suo struerat: imò in quam nullum vitium, neque accessit, neque accedere potuit. Unde haudquaquam iactantiæ, quod loquitur, est, sed magnificentæ exultantis & deuotionis magnificentis Deum. Hi timeant superbiam, & vanam gloriam incidere metuant, qui passionibus adhuc & desiderijs noxijs fatigantur. Cæterum, ab his beatissima Maria libera est, quare citra iactantiam dicit: *Beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna, qui potens est.* &c. Discamus charissimi nos, qui tentationibus circumdamur, qui vitijs passamur, quos adhuc gloria oblectat inanis, quos ignominia contristat, qui instabiles passionibus iactamur, qui lapsibus sempervicini, qui ad ruinam proni sumus: discamus, inquam, ori nostro imponere silentium, siue laudemur, siue vituperemur. Ponamus ori nostro custodiam, ne delinquamus in lingua, ne euolet irreuocabile verbum, quod vel nos inaniter ostendet vel proximo mordendo contristet. Discamus item reperiri magnos sanctos (qui ex utraque passionibus atque post innumeros agones à vitijs sunt liberi) Deo ad eò iam esse vnitos, vt non ipsi in se, sed Deus in illis operetur. Discamus oportet propterea non iudicare aut spernere, nec eorum perfectionem sinceritatemque calumniari, aut iuxta nostram infirmitatem velle metiri (vt quasi quodam sine vitio non possumus, illi quoque non possint) si fortè magna de se dixerint, si gratiam Dei in se prædicauerint, si vtpotè alijs in exemplum & adiutorium à Deo dati Deum timentibus atque requirentibus sese donati Deo sibi collata in eiusdem gloriam manifestarint: quia sicut varij sunt gradus proficiendi, ita multiplicia sunt etiam exercitia Deo placendi, multæ formæque vocationes Deo obediendi. Varij, inquam, sunt gradus sanctitatis, & quod sæpè summis præcipitur, inferioribus prohibetur. Quod perfectis iubetur, hoc in conflictu pugnantibus adhuc & imperfectis (si vellent amulari) improbaretur. Certè videmus in eodem homine disparia esse studia, difficlesque actus pro tempore, quo tentationibus subiectus vitia expugnat, & quo de vitijs triumphans virtutibus emicat. Sancta Catharina senensibus quod multo tempore vacaret silentio & solitudini, à Christo laudabatur vehementer. Verùm id bonum atque necessarium erat illi pro hoc tempore, quo vitia & passiones omnes expugnaret. Ad quum seipsam plenè à Deo adiuta vicisset, iubetur ab eodem egredi hominibusque sociari. Quippe quam mundi utilitatem vt constitueretur, iam erat idonea, quæ ante non fuerat idonea, idcirco alijs nunc exercitijs, quam silentio aut solitudini tradenda. Itaque quod dixi, infirmioribus huiusmodi studijs satis imbuta, & ad altum sanctitatis gradum euecta, in quo iam non egeret infirmitatem propriam custodire, iam per mundum de ciuitate ad ciuitatem vadens prædicabat, multis hominum & discipulorum stipata. Fungebatur legationibus summi Pontificis, coram quo & Cardinalibus prædicabat, pacisque inter Papam & rebelles

Lucæ 1.  
Maria cur  
non habue-  
rit timere  
vanam glo-  
riam.

Os nostrum  
quomodo  
inter laudes  
aut vitupe-  
ria custodi-  
endum sit.  
Psal. 140.  
Psal. 38.

Matt. 7.

Sanctitatis  
gradus esse  
varios.

Catharina  
Senensis  
virginis  
sanctitas  
quanta.

belles ciuitates reformandæ legationes obibat: & alia huiusmodi tractabat, quæ sexui quædam fœmineo (nisi quo plena erat, instincti gubernaretur diuino) nequaquam quadrassent. Verùm, conuersatio hæc singularis, quantas apud homines nihil diuinum sapientes detractiones excitauit? Quantas quia cibo & potu naturali non utebatur, propterea calumnias tolerauit, quasi esset seductrix, & quasi impostrix clam manducaret, palam in ediam simularet? Quoties à sui fratribus ordinis, gratiam in ea diuinam non intelligentibus aut inuidentibus etiam, dum in extasi rapta staret, & veluti lapis erat rigida, immobilisq; ac sine sensu extra templum violenter (tanquam lignum inflexibile) fuit portata, atque ad solem aut pluuiam posita, clausoq; templo sub dio relicta, donec post aliquot horas ad seipsam rediret? Hoc aut ordinis sui fratres faciebant quia iuxta suâ mēsurâ proficiēdi, illius sanctitatis atq; sanctitatis gradum æstimabant: & ideo Catharinæ opera non à Deo esse, sed illam aut deceptam, aut velle decipere alios putabant. Neque enim fratres eius illi credebant, propterea quod eiusdem sanctitas caliginem illis obducebat, qua videre, id est, in se sentire eiusmodi spiritum non poterant, & à sanctitate eius multo maxima superabantur. Nec hoc illis simplicioribus fratribus tantum, sed etiam in Theologia magis litera, quam spiritu doctis confessoribus circa eandem virginem lūge venit, qui ad communes vias & regulas bonæ vitæ (quas iam pridem longè excesserat Catharina) eam reducere nitentur, eamq; molestij: propterea non paucis afficiebant, vel quod insolitus in hoc sexu viuendi modus, vel quod cæteris sanctis non communia videbatur. Neque enim cupiebant, sed inuidebant etiam quod se relictis Deo ad maiorem gloriam suam per fragilem fortia operaretur. At quam tota aberrarent via, quam parum de spiritu diuinoq; tractu saperent, quam præsumptuose denique ac temerè opera Dei dijudicarent vtpotè quæ nec intelligebant, nec experti fuerant, vix tandem circa eius finem, & post mortem cognouerunt. Noui quendam virum valdè alioqui pium, bonum ac doctum, licet in spiritualibus & in mystica illa Theologia tunc minus expertum, qui lachrymis multis conquestus est mihi, quod sanctam quandam virginem (cuius fuerat confessor & rector) singulares etiam à Deo tractus patientem occidisset: quia per vias illius spiritui contrarias ipse, id est, ad communes regulas bonæ vitæ hanc impulerat, & indiscreto examinauerat regimine (quippe quæ terrenis delectationibus abrenneciauerat, & spiritualibus à confessore eodem priuabatur.) Hanc itaque obedientissimam, licet amoris diuini impatientem, cum & exercitia ei quædam non admitteret, quibus spiritum debuerat suum refocillare Deoq; vniri, tabescentem atque natura deficientem reddebat, mortemq; illi (vt virgo prædixerat) sua indiscretionem accelerabat. Hoc tamen faciebat confessor, licet pia, erronea tamen intentione, nesciens tunc, quod postea didicit, eam singularibus gratijs à Deo visitatam. Hæc edixerim, vt sanctorum actus & verba, si fortasse nostram mensuram excedunt, non iudicemus, nec ad eadem studia exercitiave cogamus omnes: quandoquidem variæ sunt vocationes, & impares gradus ac profectus sanctitatis. Porro actus virtutum externi iudicandi veniunt ex virtutibus internis. Vnde quanto quis vera fuerit humilitate præditus, tanto etiam quicquid ex illa radice nascitur, magis erit præciosum. Et contra, si

quis valde etiã se foris humiliauerit, nihil plus habebit hæc humiliatio laudis aut virtutis, q̄ ipsa interna humilitas habet, vnde exterior actus <sup>peccati</sup>. Inde cõigit plerosq; SS. mirabiles, nec nobis (vt pote qui tâta perfectionis os sumus) imitabiles, aut etiã nobis illicitos virtutũ fecisse actus: propter eaq; vehementer laudatos, quod virtutis in se alicuius excellentissimã exprimeret perfectionem, dum occasione data amore virtutis velut ebrij, non aliud rã, quam huius virtutis instinctum executionemq; curabant. Verbi gratia: Mutius propriã abnegationis ac obedientiã studiosissimus fuit monachus, ad eõ proprii iudicij expers, vt nihil de abbatis iussu hæsitaret, nihil ab illo iussu perperam putaret, nihil denique nisi quod illius voluntati placere diceret, bonum crederet. Hic vt eius obedientia probaretur, iussus est puerũ, quem ex seculo ad monasterium duxerat, in flumen projicere: ordinatis tamẽ fratribus, qui puerum proiectum clam aquis extraherent, ne periret. Mutius itaque obedientissimus mox nihil hæsitans de abbatis imperio, obtemperauit. Neque enim tum pueri periculum, nec quodcunq; cogitabat aliud, quã vt obediret. Huiusmodi actus apud vos stolidus (si ego id facerem) iudicaretur & illicitus, vt pote qui non sum hac virtute adeo ebrius, vt quauis hæsitatio aut discussio eiusmodi (si fieret) iussionis à corde meo sit euulsa, quo aliud cogitarem nihil, quam obedientiam, quomodo eandem perficerem. Mihi enim antequam præceptum implerem, incidere de præcepti indifferentione, & quod sic obedire, esset hominem occidere. Eam ob rem haudquam in me id ipsum foret licitum quod in Mutio erat perfectum. Quare recte quoque in me improbaretur, quod laudabatur in Mutio, propter eius obedientiã excellentiam, cuius amore penitus fuerat absorptus, vt aliud eum nihil cogitaret. Ideo à Domino fuit laudatus & Abrahã propterea comparatus. Nonne sancta Catharina Senensis ebria charitate & misericordia in pauperes semel ordinis sui habitum, id est, pallium suum, altera vice ex aliena etiam tunica manicas abscissas pauperibus dedit? Corruptaq; à prælato, & quæsitã, cur sine habitu incederet. Malebam, inquit, sine habitu, quam sine misericordia & charitate inueniri. Putatis hæc eadem nobis licerent? Minime profecto. Quomodo ergo hæc illi tum licuere? Nempe quod altissima charitas, intima eius adeo penetrauerat atque absorbuerat, vt pro illo tempore nihil aliud cogitaret, Spiritu sancto etiam impellente, quam miseret egenis. Neque enim tunc cogitabat de scandalo, si sine habitu, id est, sine pallio domum rediret. Nec tunicam esse alienam eo tempore cogitabat (licet alienam, si rem discussisset non ignoraret) sed charitate ebulliente, & misericordia eam urgente hoc solum cogitabat, quod videlicet arriperet, vnde egeno subueniret. Ea propter non solum excusatur, verum laudatur etiam. Tu quisquis es, eandem habe charitatem, & similiter tibi licebit, quod illa sic iussus Deo ordinante faciebat. Quod si tantã sanctitatis tibi conscius non es, vt alia opera tua te satis declarant: si charitate, inquam, fraterna non tanta, quanta Catharina Senensis absorptus es, noli hoc factum imitari, quia tibi, vt dixi, non licet, nisi quemadmodum huic sanctã licuit. Licuit autem ei, non ex generali conditione operis, quamuis quod fecerat laudatur & ex eminentia atque exuberantia excusatur virtutis. Propterea dixi sanctorum quædam

Catharina  
Senensis  
charitas.

opera commendari aut excusari quia alter ad Deum aut virtutem fuerunt affecti, atque nos homines imperfecti, quæ in nobis non solum non toleranda, sed etiam damnanda forent atque punienda. Videte Iob, quomodo loquatur Deo? Cui nostrum sic loqui liceret? Et quare non licet, nisi quia non sumus ea perfectione & innocentia, qua ipse fuit? Atque idem eius amici illi tres, qui illum blasphemiam arguebant, quandoquidem & verba eius hanc sonare videbantur, inferioris cognoscuntur fuisse perfectionis, nec mala loquuti sunt ipsi, licet Iob arguentes: quin potius errauerunt, quod Iob iuxta suam mensuram aestimabant, & blasphemantem aut presumptuosum putabant, quem non intelligebant. Non licuisset illis profecto loqui quemadmodum Iob, quia reuera in illis, ut etiam in nobis imperfectis foret blasphemiam presumptiove, eadem loqui, quæ Iob non ex blasphemia, sed sanctè loquebatur, propterea quod in Iob esset innocentia, sinceritas, sanctitas atque conscientiam maior securitas, unde excusabatur. Alio enim corde loquebatur Iob, alio eius amici intelligebant. Adde quod Iob aliam quoque loquendi habuit causam, à qua sumus nos alieni.

Ad hunc modum B. Maria hic non iactanter, sed pro virtutis magnificentia (quæ humilitatem non lædit) dicebat: *Respexit humilitatem ancilla sue Deus*, Luc. 1. &c. *Beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potens est*, Alia sunt enim exercitia, alij sermones, alia opera eorum, qui incipiunt: alia eorum, qui proficiunt: alia perfectorum. Accedit quod & perfectorum quidam ad vitam actiuam, alij ad contemplatiuam, alij ad anachoresim quidam ut multis proficiunt, ad eruditionem: nonnulli, ut singularem in ipsis munificentiam suam Deus ostendat, constituuntur. Quorum quilibet donis singularibus suæ vocationi idoneis exornatur. Ipsi itaque licet in donis dispares, licet non eadem via incedentes, in eo tamen, quod Deum quærunt, Deum amant, Deum cuncti intendunt, habentur similes. Quos nostrum est venerari, non actus eorum discutere: nostrum imitari, non aspernari, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Quod rationibus naturæ humana nomen sponsæ conueniat Deo unitæ.*

*Sermo VI.*

**S**imile est regnum cælorum homini patri familias qui fecit nuptias filio suo. Matthæi 22. Charissimi fratres, festum beatissimæ Virginis Dei matris celebrantes, ad eius honorem modicum dicamus. Hæc enim est eius festiuitas, qua ipsa ex humillima virgine in Dei matrem, ut electa ab æterno fuerat consecrata est. Ipsa ad altissimum gradum perfectionis ad præminentiam cuiuscunque dignitatis hodie super omnes mulieres exaltata est. Esse nanque matrem Dei, tanta est dignitas, secundum Anselmum, ut maior esse in creatura non possit. Quemadmodum autem ipsa exaltata est, ita Dei filius humiliatus est. Deus nanque homo factus est, idque propter nos. Ineffabile est, in- Ioan. 1. comprehensibile est, cum dicitur: Deus homo factus: Nam etsi magna valde sit dignitas esse matrem Dei, multo tamen profundior est humilitas, Deum factum

Phil. 2.

Rom. 8.

Nuptie inter  
filium Dei  
& naturam  
humanam  
factæ quæ  
sint.

Sponsæ no-  
men quibus  
rationibus  
conueniat  
naturæ hu-  
manæ.  
Luc. 1.  
Genes. 2.  
Ephes. 5.

Pœnitentia  
ad mortem  
vique prote-  
lata, cur fa-  
ctuosa sit.

Dignitas  
quanta na-  
turæ huma-  
næ collata  
sit.

factum esse homine. Gratulemur igitur pijsimæ matris excellentiæ ac digni-  
tati, sed non minus gratias agamus diuinæ charitati, qua semetipsum exami-  
nauit propter nos formam serui accipiēs, vt ex nobis non modo seruis, sed  
inimicis suis faceret amicos, filios adoptiuos & hæredes regni sui. Itaque ho-  
die dissidium illud, quod inter Deum & hominem fuit, ablatum est, pax in-  
flaurata, reconciliatio consummata. Siquidem non solum propter nos ho-  
die Deus factus est homo, verum hoc ipso quoque, post aliquot annos, die  
Deus homo propter nos passus & mortuus est. Verum, quia de nuptiis præ-  
miseram in themate, idcirco quæ istæ sint nuptiæ, dicendum est, Nam homi-  
nem patrisfamilias, Deum nobis patrem, qui homo propter humanitatem  
est, clemētiam & misericordiā hic dicitur, significare dubium nō est. Hic na-  
que Deus pater hodie nuptias fecit filio suo, quia naturam sibi humanam  
tanquam sponsam in vtero Virginis copulauit. Ex duabus nanque naturis,  
diuina & humana vnus Emanuel, vnus Christus in vtero Virginis factus est.  
At dicet quispiam fortasse: Quæ hæc similitudo nuptiarum ad Dei incarnati-  
onem? Respondendum, rationibus non paucis congruere hanc similitudinē.  
Nam sicut in matrimonio quouis vtriusque consensus est necessarius, ita Dei  
filius absque consensu benedictæ Virginis ( licet nihil eiusmodi illa de se op-  
nata fuerat, sed tamen quia typum personamque vniuersi generis humani  
exprimebat ) noluit in eius vtero sociare sibi naturam humanam, ad eam  
nisi consensisset: *Eccē ancilla Domini*, inquit Deus non fuisset incarnatus.  
Deinde sicut in matrimonio tantus est amor inter sponsum & sponsam vter  
sponso quolibet dictum sit, quod relictis patre & matre adhærebit vxori: ita  
ita filius Dei suæ sponsæ amore captus descendit in terras multique annis du-  
ra & aspera famem & sitim, æstum & gelu, opprobria & derisiones, vulnera  
& verbera: tandem ignominiosissimam mortem pro eadem sustinuit. Hæc  
tamen omnia parum existimans præ amoris magnitudine. Erubescamus cha-  
rissimi, quod tanto tamque fideli amatore ingrati tudinem, transgressions  
beneplacitorum eius, iniuriam & contemptum pro tanto amore & beneficijs  
rependimus. Væ nobis si in extremis vitæ sic inueniemur ingrati: Nemo  
confidat de contritione & pœnitentia futura. Pœnitentia enim in hominibus  
huiusmodi nouissima æstimatur sæpenumero magna, atque propterea,  
quod cum multis lachrymis magnoque fiat eiulatu, tanquam optima lauda-  
tur, cum tamen coram Deo sit nullā: quādoquidem nō ex charitate, qua do-  
leat se Deum offēdisse sed ex priuato nascitur amore, quo videlicet dolet ho-  
mo, quod sibi malum fecit, sibi que ipsi peccando malum atque damnationē  
perpetuam comparauit: idēd de peccatis nihil hæc delet tristitia. Quæ tanquā  
distat à vera contritione, quæ ex charitate oritur, & qua doletur præcipue  
pro Dei offensione, quā tum distat à terra cœliam. Tertia vxor in matrimo-  
nio summum à marito consequitur honorem. Ea propter vxor licet parum  
nobilis, si regi despōdeatur, efficitur regina. Hoc modo, maximam humanæ  
natura dignitatē adepta est ex incarnatione filij Dei. Quæ n. maior potest esse  
dignitas, quæ incarnatione Dei filij naturæ collata est humanæ videlicet  
hominē esse Deū? Igitur charissimi fratres nō scēdemus quæso hæc nobilitatē,  
non amittamus hanc dignitatē nostram, vt relicto optimo, nobilissimo,  
omnipotenti Deo, subijciamus nos vilissimo peccato, aut vt prostituamus nos

nos tyranno, & crudelissimo hosti nostro diabolo. Tunc autem subijcimus, tunc prostituimus, dū timore Dei abiecto, dæmonis suggestionibus acquiescimus. Quarta, sicut ad vnum hominem in matrimonio generandum conueniunt duo, qui, iuxta testimonium Apostoli, *erunt in carne vna*, ita ex natura diuina & humana spiritali matrimonio vnus nascitur Christus, vnus Emanuel, Deus homo. Quinta, quemadmodum à sponso sponsa multis donis, xenijs ac muneribus in amoris testimonium, atque in fidei pignus datur, ita natura humana, hoc est, anima quæuis casta, quæuis sancta, munera ac dona recipit à Christo gratiarum & gloria. Multæ enim erunt & sunt beatæ animæ, quæ longe potioribus donis gratiarū excedunt quoscunque, aut saltem multos angelos in gratia & gloria. Nec tamē inde erubescit, nec inuidet angelica natura sorori suæ id est, humanæ naturæ, quia videt eam Deo desponsatam in Christo sibi quæ incomparabiliter prælatam. Charissimi fratres, satagite, vt vnusquisque castam, fidelem, amantem atque obedientem exhibeat animam Deo, tanquam sponsam ornatam viro suo. Alioqui si desideria moriua sectata fuerit, iudicabitur adultera. Super omnia nāque Deus diligit ac quærit in anima fidelitatem, puta hanc, qua seipsam, hoc est, suum commodum, sui honorem, sui æstimationem, suam pacem, suam quietem, anima non quærat, sed post habita potius seipsa, aut sui omnino oblita, solū Dei sponsi sui intendat ac quærat beneplacitum & honorem. Hunc enim solū honoratum, non contemptum desiderat sponsa quæuis fidelis, pro hoc solo zelatur sui immemor: quandoquidem & se & omnia sua illi commisit, eius prouidentia securissima credens & bonitati, quod tāto copiosius sibi ab eodem prouideatur, tanto felicius dirigatur, quanto minorem ipsa sui curam gesserit, hoc est, quanto pro Dei honore & beneplacito se totam impenderit, illique omnem sui curam reliquerit. Hanc, inquam, fidelitatem Deus in anima tanquam in sponsa sua diligit ac quærit: Quare charissimi, omnes inclinationes, omnes affectiones nostras, quibus tenemur, quibusve trahimur ad creaturas rescindamus, & mortificemus, vt ab omni occupatione cordis inutili, ab omni quoque affectione cordis ad creaturā quamlibet, cuius scopus, finis atque contemplatio non est Deus, nudi, expediti ac liberi, soli eidē spōso nostro Deo inhæreamus, qui est benedictus in secula, Amen.

Diabolo quando se prostituat homo. 1. Cor. 6.

2. Cor. 11. Apoc. 21. Fidelitas: em eiufmodi anima spōse suo celesti exhibere debeat.

IN SOLENNITATE RESURRECTIONIS Domini nostri Iesu Christi.

*De gaudijs beatissima matris ex filij resurrectione.*

Sermo 1.

**R**egina cœli letare, alleluia, quia quem meruisti portare alleluia: resurrexit sicut dixit, alleluia. Canticum est primum quidem ab angelis deinde etiam ab omni Ecclesia celebratum. Nemo fratres charissimi miretur, quod à benedictæ Virginis gloriosæ matris Dei alloquio exordiar, & primum sermonis verbum cum festiuitas sit filij, dedicem matri. Quia si in corda nostra oculos retorqueatis, probabit in vobismet ipsis, quam suaue quamque iucundum sit nunquam Virginis

Psal. 21.

Esaia: 53.

Maria cur in  
filij resurre-  
ctione gau-  
uifa sit.  
Rom. 6.

Luc. 24.  
1. Cor. 5.  
Cant. 2.

huius præterit e memoriam, inter diuinas laudes nunquam non prædicari honorem eius, in amorem denique eius cuncta conuertere. Et idèd cum semper, tamè modo præcipue visum est inter filij solennia non præterire matrem. Idquè maximè quidem, quod filij resurrectionem annunciari nulli magis, nulli prius congruat quam matri, utpote quæ sola ijs diebus sedens matre confecta, fide tantum & spe sustentatur, hos, quos nunciamus, gaudij rumores æstuantissimis desiderijs expectans. Cui enim potius resurrectioni prædicarem Saluatoris quam ei, quæ hanc sola firmiter credidit, certissimè expectauit? Aut cui prius gaudendum acclamarem de vita redemptoris, qui ei quæ illius mortem omnibus vehementius doluit? Cuius maternum cor clauis, lancea, malleorum ictus secuerunt. Omnibus igitur prætermisissimè, illuc ad Virginis thalamum primo fuit mihi properandum. Illuc eminus clamandum, *Regina celi lætare alleluia*. Exulta mundi domina, gaude gaudium nostrum quia quem sine viro cõcepisti, sine labore portasti, sine dolore genuisti, resurrexit, sicut tibi prædixit, alleluia. En viuus quem mortuum planxisti, en fulget gloriosus, quem opprobrium hominum, & velut leprosum abiectum vidisti. En lumine chorulcat, quem sputis oblitum & plagis luctum aspexisti. Atque hoc cur à Maria exorsum sit, dixerim. Verùm si congaudendum nobis est Mariæ pro Christo: operæ precium esset non ignorare, cur, quæ ratione, seu quibus sit gauisa modis. Et hoc docere me posse non proficere, sed vobis, id est, deuotioribus & doctioribus relinquo. Cæterum simpliciter simplex dico. Gaudebat Maria primum, quod filius idem & creator suus morte resurrexerat, quodque viuens ultra non moriatur, nec denuo morti illi dominetur quippe qui per mortem suam de inimico triumphauit, ipsius tyrannidem fregit, potestatem minuit, in dè ad nihilum cassauit omnes superauit aduersitates & miserias, infernũ destruxit, filios suos patres nostros captiuos liberauit, genus humanum redemit, patri suo reconciliauit, æternæ mortis sententiam abstulit, cælorum portas aperuit, ruinas angelorum restaurauit, Ecclesiam in sè òsam sibi dignissimam formauit, prophetarum oracula compleuit, sicquè immensa gloria fructuque infinito inuictam sibi à patre obedientiam consummauit. His quomodo beata Maria non gratulari potuit? Congaudebat itaque Maria filij resurrectioni, gratulabatur patri è limbo liberationi, exultabat pro humani generis redemptione, lætabatur pro discipulorum consolatione. Sic sic charissimè nobis est gaudendum, et ratione lætandũ: quandoquidè crebrius inter diuinas hodie laudes exultare & gaudere monemur quod Christus resurrexit, quod Pascha nostrum immolatus est Christus. Cæterum, si qui sumus qui propterea duntaxat gaudemus, quod hyems transijt, ieiunium abiijt, oleum recessit, oua apparuerunt in mella nostra (tamen si forsitan ita gaudere, haud vsquequaque illicitum sit) non est hoc tamen gaudium mentis, sed vètris: nec tam spiritum renouat, quam obnubilat. Ad aliud nos gaudium sacræ lectiones inuitant, quod nisi purificato intellectu, inflammato affectu, & collecto vndequaq; spiritu sentire non possumus. Et idèd qui ad interna exercitia sumus inertes, solitis distractionibus implicati, deuotionis quidem seu amoris sentimentum ethi aliquid percipere possumus, verendum est tamen, ne forsitan hoc acciderit magis ex cæremoniariarum & canticorum nouitate, quam diuinorum vel operum, vel benefici-



beneficiorum contemplatione. Proinde ut spiritali gaudio cum Christo, cum Maria, cum sanctis Apostolis, cum beatis patribus, & postremo cum omnibus spiritaliter gaudentibus exultemus interiorem nostrum hominē (qui nisi in dies studio ædificetur ad labefactionem sui festinat) renouemus. Quandoquidē propter hoc surrexisse Christum dicit Apostolus, *ut & nos in nouitate vite ambulemus*. Verum ad nouitatem vitæ nequaquam nobis attingere licebit, nisi vetustatis sentina obstructa, hoc est, nisi generali omnium vitiorum mortificata radice. Hæc radix est, nullius non experientia teste priuatus amor, quo ad seipsum quisque inclinatus sibi plus iusto fauet, placet, fidit, semetipsum quærit, præfert, defendit. Inde cum sua sibi nimium placent, aliena omnia displicent. Aded autem pestifera est hæc radix, ut contraria etiam inde simul germinent vitia, videlicet amaritudo & adulatio. Inde etiam agitur ut qui hoc vitio laborat, iudicio careat. Nam cum tacendum sit, loquitur, cum loquendum, tacet. Aegre fert alios laudari, quia minor timet haberi: vituperari verò alios æquanimiter sustinet, quia alijs cupit præferri. Non audet corripere, quia timet offendere. Monere formidat, quia non vult placere. Plura adderem, ni dies hic, non obiurgationis esset, sed consolationis. Circa hunc igitur priuatum amorem extirpandum vigilemus. Scrutemur, quæ in nobis vitiorum monstra generet, quas excitet concupiscentias, quos nutriet affectus, quos timores incutiat, quibus studijs oblectetur, quem sibi finem præfigat, & inueniemus procul dubio in nobis innumera profus vitia, quæ alioqui non excusis internis, syncera putabamus & sancta. Proprius enim hic amor rationem aded fallit & obfuscat, ut in vitia aliena oculatissimi qui que sua videre nequeant. Cum autem videre desinunt, ceu tempore pacis arma abiiciunt, vitijs molestari se non credunt, putantque se iam passionibus lubiugatis dominari, dum contra ipsi vitijs subiectis seruiant, nec sentiant se impugnari. Proinde quia sui amor semper confusum ducit secum vitiorum exercitum, & tumultum passionum (licet eadem sentiat repugnans dumtaxat non victus) inquietudo & amaritudo exercent eiusmodi hominem necesse est. Quando enim in Deo possit stabilis esse, qui nequit in se metipso quiescere? Quapropter circa huius mortificationem semper insistamus, si quæ sursum sunt sapere, si quæ sursum sunt quærere, si in Christo resurgere, & in eodem desideramus gaudere. Quod nobis largiatur Iesus Christus benedictus Dei filius. Amen.

Rom. 6.

Colof. 3.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Exercitium deuotissimum, quo spiritaliter cum Christo quis possit resurgere. Sermo II.*

**S**i consurrexisti cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt, sapite non quæ sunt super terram. Ad Collofenses III. Festiuitates sanctorum fratres charissimi, cum omnium, tum præcipue sancti sanctorum, non modo ad gratulationem, verum ad imitationem quoque nos inuitant. Surrexit Christus, ei gratulamur. Surrexit propter iustificationem nostram, gaudemus pro nobis: nec tamen hoc solum est cuius hodierna nos commonetacit solennitas, Aliud quod non minus curandum

Rom. 4.

Collof. 3.

Collof. 3.

Quinque  
columnæ  
veteris ho-  
minis de-  
struendæ.

Quinque a-  
liæ colum-  
næ erigendæ.

Esaia 12.

Paupertas in  
vulnere dex-  
tri pedis  
Christi lo-  
canda.  
Ioan. 1.

dum est, restat, vt nos quoque à morte cum Christo confurgamus ad vitam. Quod nisi fiat, profectò nihil proderit nobis Christum surrexisse. Huius autem resurrectionis signum indicat nobis Apostolus, dicens: *Sic confurgetis cum Christo, quæ sursum sunt, querite, &c.* Ac si dicat: Cupitis scire, cum Christo ne confurxeritis? Perquirite, an quæ sursum sunt queratis, an sola illa celestia, non autem terrena sapiatis. Inde enim discetis, vt in veritate an in nouitate sitis: in carne, an in spiritu. Porro resurrectione, quod mors præcedat, nemo non intelligit. Quis enim resurgere diceretur ante non mortuus? Moriatur ergo necesse est, vt resurgamus. Hinc etiam liquet, si resurrectio bona, mors, quæ præcedit spiritualis, erit bona: puta qua caro spiritualiter, non spiritus moritur. Est mors, inquam, quædam laude digna, & omnibus votis optanda, quam in eadem epistola subinde Apostolus commendans: *Mortui, inquit, estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo: est autem mors hæc veteris hominis.* Quocirca considerandum quinque esse in nobis, quibus quasi quinque columnis totum veteris hominis ædificium nititur, quæ nisi cadant, nisi mortua fuerint, nec verè resurgimus, nec quæ sursum sunt sapiemus. Hæc sunt affectus rerum temporalium, amor solaciorum, delectationum, & commodorum propriorum, impatientia aduersitatum, confusionum, tentationum & huiusmodi. Distractionum seu occupationum multiplicatio, quæ est inquietudo cordis, & irresignatio propria voluntatis. Hæc ita mortificari oportet, vt iuge bellum illis indicamus, continue reluctemur, propositum contrarium statuamus, auxilium inuocemus diuinum: & quoties succubuerimus, mox cum gemitu propositum renouemus, donec tandem diutina pugna quinque alias columnas ad ædificationem siue resurrectionem spiritus in nouitatem vitæ erigamus: quæ sunt contemptus mundi, odium sui, aduersitatum patientia, cordis atque oris silentium, & perfecta sui abnegatio resignatioque. Ecce quinque sunt in nobis extruendæ, quinque rursus ædificandæ. Ad hæc præter hoc quod nobis pugnantibus omnihora vsu venit, consultum foret quotidianum assumere exercitium, quo contra carnem spiritu confortato redderemur inuictiores. Proinde cum non sit virtus in nobis, non constantia, curramus & hauriamus de fontibus saluatoris gratiam & virtutem. Credimus enim Christum hodie resurgentem quinque in corpore suo glorificato vulnera ceu cicatrices ad inenarrabilem sanctorum in patria lætitiâ, ad immensam utilitatem electorum in vitam tenuisse. Ad illa igitur curras (iunioribus nunc loquor) quisquis optas cum eodem resurgere, illic haurias, illic exugas, vnde te vincere, vnde te querere mortificare. Principio igitur ad vulnus dexteri pedis Domini Iesu accedas, & meditans eius paupertatem, quod videlicet *in propria venit, & sui enim non receperunt*: imò quod tanquam aduena & accola in terra aliena nihil possederit, quod tanquam mendicus ab alijs, more humano vitæ necessaria accepserit, multis (ne dicam omnibus) egerit, gratiasque agas eidem, atque vicentius charitati reddere gestiens, resignes, & offeras te eidem humiliter in ratione paupertatis spiritus ipsius ad temporalium omnium subtractionem perferendam, ad sustinendam omnem penuriam. Veruntamen sic te resignes, vt fragilitatis propriæ ac nihilitatis haud immemor, ex illo vulnere fugiendo, ores tibi largiri virtutem à Deo, qua simul omnium temporalium vitæ infus-



haud secus, ac de manu Domini suscipere, internum externumque silentium possidere, nemini alteri, quam Deo (nisi consilij fieret causa) super hoc con-  
 queri Sic statue in amico tuo, ad hoc te resigna, videlicet velle erga eos, qui te  
 offendunt, aut malè tibi volunt, benevolentiam & benignitatem ostendere,  
 nec eis malum imputare: fugens & orans ex hoc vulnere tibi donari miti-  
 tatis & mansuetudinis virtutem, qua inter omnes euentus & ad omnes homi-  
 nes pacem queas & tranquillitatem seruare: quæ tibi & quæ alijs sunt, cuncta  
 in simplicitate cordis boni consulere, neminem iudicare, cor liberum ab  
 amaritudine & suspicione seruare, qualitercunque tecum fuerit actum, sine  
 quæratione contentum esse, exclusis omnibus anxietate & occupatione in-  
 utili, cor nulli creaturæ implicare. O si quis in tali silentio & simplicitate  
 cordis quiesceret, qui sic in cunctis diuinam providentiam intelligens, omnia  
 de manu eius acciperet, in semetipso & cum omnibus hominibus magnam  
 proculdubio pacem possideret, nec contrarium illi vnquam fieret. Post-  
 mo, gazophilatium omnium gratiarum, cor videlicet suauissimum Dñi le-  
 si ingredi, in quo nobis quintū vulnus aperuit: ad quod oēs inuitat, oēs re-  
 cipit, omnes brachijs amoris sibi adstringit. Hic age illi gratias pro sui ab-  
 negatione & perfectissima obedientia, qua patri factus obediens vsque ad mor-  
 tem, vbique se in eiusdem voluntatem resignauit: quippe qui non sua, sed  
 quæ patris sunt, quærebat. In vnione huius obedientiæ resignes te omnimo-  
 dis ad perfectam abnegationem in prosperis & aduersis, in proprijs & alie-  
 nis, in amando & patiando, in habendo & amittendo, in tempore & æterni-  
 tate, vt semper stes in ipso per plenam relictionem & egressionem tuipsum,  
 ad nutum & omne eius beneplacitum resignatus, & oprans non aliud, nec al-  
 liud, nec aliter in te & in alia qualibet creatura fieri, quam quod illi summe  
 fuerit placens: vt semper vnum velle idemque nolle cum illo possideas. Quod  
 vt possis, toto spiritu ex hoc vulnere fugas, petens hanc perfectissimam ab-  
 negationis & deiformis voluntatis virtutem tibi donari. Qui hoc modo in  
 Christi se exerceret vulneribus quotidie, cum Christo aliquando in interire  
 homine resurgeret. Verùm dicit aliquis: Quotidie mihi instituo legem, quoti-  
 die me reprehendo, gemo, plango, oro quotidie, nec tamen queo meipsum  
 vincere, eosdem in me defectus reperio. Quid igitur hoc mihi confert exerci-  
 tium, cuius non sentio fructum? Confert profectò plurimum, quia virtutum  
 imperfectiones vitiisque, maximè naturalia, tamen si haud quaquam penitus ex-  
 tirpare possumus, facimus tamen renitendo, ne penitus nostri dominantur.  
 Itaque redigimus ea sub tributo, vt non modo non noceant, verum etiam  
 profectui nostro seruiant: & pugnam, quam cum illis gerimus, gloriæ potius  
 fit, quam ruinæ. Longo etenim nimis intervallo distant, is qui bellum quoti-  
 die contra se instruit, se plangendo & Deum contra se inuocando quamuis  
 fortassè rarò aut nunquam plene se vincat, & è regione is, qui naturalibus in-  
 clinacionibus suis quietus seruit. Nam ille quantilibet etiam defectibus  
 molestetur (& quos fortassè, nisi per mortem non exuet) sub minore est ta-  
 men periculo, quam hic qui perinde ac securus nunquam emendat, quod ni-  
 quam plangit. Ille etsi aliquando tamen rarius peccat, cadit leuius, resurgit fa-  
 cilius, stabit firmiter, vincet celerius: hic verò non solum cadit, verum etiam  
 gem per in defectibus supinus iacet, & interim sibi stare atque incolūm vi-  
 detur.

Obedientia  
 in vulnere  
 cordis Chri-  
 sti collo-  
 canda.  
 Phil. 2.

Ioan 7.

detur. Vnde sic vt illius culpa facile vno gemitu eluatur, vtpote quam ante & post conflictum tentationis auersatus, neque ex affectu, neque dedica opera, sed infirmitate victus admittit: hic verò cum nunquam ex animo verè detestetur hæc leuiora peccata (tameñ perfunctoriam frigidamque de illis fors faciat confessionem) neque delet admissa, neque cauet admittenda. Quapropter charissimi fratres non prætergrediamur quæso peccata nostra cæcutientibus oculis tanquam leuia. Si quidem nullum leue est peccatum, nisi quod leue non æstimatur, nullum remissibile, nisi quod emendatur, aut emendandum proponitur. Itaque vt peccata nostra corrigamus, vitia, quæ sunt peccatorum radices, mortificemus, repugnando, vim nobis inferendo, auxilium diuinum implorando, post lapsum semper propositum pristinum renouando, nulla tentationis importunitate pugnam deserendo, nulla difficultate desperando, nec in nobis, sed in adiutorio & protectione altissimi habitando, ex vulneribus Christi Iesu tutelam atque pugnandi virtutem querendo: & sicut tandem cum Christo in nouitate vitæ resurgemus, sapientes quæsumus, non quæ super terram. E duobus namque vnum certissimum nobis sperandum est, vt fideliter certantibus, aut in hac vita, aut circa egressum animæ plena detur de vitijs victoria, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre & Spiritu sancto viuunt & regnat Deus in secula benedictus, Amen.

Psal. 90.

Collos. 3.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Quomodo mori, quomodo in nouitate vitæ oporteat nos ambulare.**Sermo III.*

Sicut Christus resurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, ad Romanos VI. Charissimi non hodie tantum, sed omni tempore sumus nos admonendi, vt in nouitate vitæ ambulemus. Si quidem seculo abrenunciantes, quid aliud fecimus, quam quod veterem nostram vitam vitijs subiectam habuimus exosam, quod ipsi nobis displicuimus, quod à nobis, hoc est, à malis moribus, à peccatis, à vitijs malimus recedere, & ad Christum conuersi, eundem sequi ac imitari. Hoc itaque propositum nobis fuit, quando monasterium sumus ingressi, si tamen verum atque sanctum hoc nobis propositum fuit, hoc est, si Dei amor huc nos traxit, vt vita vitiorum, vita corruptionis (quæ mors potius est dicenda quam vita) relicta spretaque deinceps in nouitate vitæ ambulemus. Non tamen huic iam proposito satisfactum est fratres, propterea quod in monasterio viuimus cucullo inuestiti: sed tota potius vita nostra omneque tempus huic studio impendendum est, quo veteribus vitijs atque defectibus correctis, semper & ad anteriora, hoc est, perfectiora anhelemus, semperque nobis ipsis inueniamur meliores. Proinde quotidie omni hora renouamini spiritu mentis vestre, noua semper deuotione, nouo feruore priora, id est, imperfectiora relinquentes, ad perfectiora vos extendite. Heu fratres charissimi, non inueniatur in nobis tepiditas illa, sanctitatis omnis aduersaria, pietatis destruetrix, quæ in nonnullis monachis reperitur, quod à solo peccati mortali volunt continere:

Ephes. 4.

Tepor in religioso quæ sit damna-bilis.

Ddd 2

Ideò

Ided semper disputant, vtrum sit mortale: quod si non esse didicerint, non timent Deum suum offendere, gratiam eius spernere, spiritu debiliores, carne validiores, peccandoq; frigidiores fieri. Non timent, inquam in anima sua peccatorum ( licet vt dicunt venialium ) sordes colligere, Deo displicere, ingrati inueniri, atque mortalium sese peccatorum periculis exponere. Fundamentum est maximè ruinosum, super quo nunquam aliquid boni potest edificari, à solo peccato mortali velle abstinere, venialia non curare. Huiusmodi inuenitur, qui aded est frigidus vt venialia non horreat, hoc est qui Deum non pluris facit: quam saepe, inquam in huiusmodi homine peccata mortalia, præsertim mentalia, pro venialibus admittuntur. Neq; n. tam frigida charitate gaudens diu potest se continere, quin ad mortalia labatur, qui venialia non vult cauere. Credite mihi, credite fratres, vbi monachus huiusmodi inuenitur, qui vltro, scienter, aut dedita opera conuerit se ad venialia peccata, aut qui non pari cauet studio venialia, quo mortalia curat, de hoc nulla est spes, quod seculari Christiano fiat melior. Nimirum enim Deo ingratus & eius gratia se facit indignum. Cæterum, bonus monachus, & Deo deuotus omnis Christianus, propositum habet, quodcumq; delictum, & quicquid Deo suo dilecto nouerit displicere, cauendi. Et licet saepe nihilo minus delinquat etiam sub hoc proposito, puta ignorantia, subreptione, fragilitate: nunquam tamen ex certa scientia atque ex proposito eligit peccatum. Et ided quia nunquam inuenitur in affectu peccandi, eius peccata facillimè emendantur, purgantur, atque à Deo dimittuntur. Is verò, qui propterea quod veniale audit peccatum vitare contemnit, sicq; ex proposito peccat, quia non decreuit emendare, ided nec in confessione eius, quamlibet venialia, dimittuntur. Nihil enim in confessione lauatur, nisi quod plangitur admissum, & quod instituitur deinceps non admittendum. Quo circa charissimi fratres, habentes Deum præ oculis, in timore eius teneamus nos perseueranter nullius delicti propositum habentes, in omnibus autem & sequi omnia feruentissimi atque studiosissimi amatores executoresq; diuini beneplaciti in nouitate vitæ ambulemus, superata omni vetustate peccati. Hoc licet subito non veniat, illuc tamen tendere debet semper tanquam ad scopum conatus noster. Nam sicut Christus ante passus est & mortuus, quam resurrexit, ita nos ante viri debemus mori ( vitam nostram veterem, hoc est, desideria nostra, quæ non sunt secundum Deum, in nobis abnegando atque mortificando ) quam ambulemus in nouitate vitæ. Et licet laboriosum atque graue interdum sit incipientibus, omnia sua desideria frangere atque relinquere propter Deum, amanti tamen Deum suaue est onus, ob gratiam delicti carere omnibus, quæcumque ille auerfatur. Itaque charissimi ( nouitjs loquor ) eruditionem beati patris Pinusij, qua nouitium ipse suum instituit, nunc vobis adfero: quam etiam vobis dictam assumatis. Hic namque de abnegatione seu abrenunciatione, nouo tyroni monastica militia loquens: abrenunciatio, inquit, nihil est aliud quam crucis ac mortificationis indicium. Ideoq; noueris te fili, huic mundo & actibus eius ac desiderijs esse defunctum, teq; secundum Apostolum, mundo huic esse crucifixum, tibiq; hunc mundum. Considera ergò conditiones crucis, sub cuius deinceps sacramento oportet te in hac luce versari, quia iam tu non viuis, sed ille viuit in te, qui crucifixus est pro

Peccata  
quænam in  
confessione  
dimittantur

Pinusij in-  
stitutio ad  
nouitium.

Galat. 6.

est pro te. Es post pauca iterum: Crux nostra timor Domini est. Sicut ergo crucifixus quis iam non pro animi sui motu membra sua quæque motendi vel conuertendi habet potestatem, ita & nos voluntates nostras ac desideria, non secundum id, quod nobis suaue est, ac delectat ad præsens, sed secundum legem Domini, quo nos illa constrinxerit, applicare debemus. Et sicut is, qui patibulo crucis affigitur, non iam præsentia contemplatur, nec de suis affectionibus cogitat, non pro die crastino sollicitudine curatq; distenditur, nulla possidendi concupiscentia permouetur, nulla superbia, nulla contentione, nulla æmulatione succenditur, non de præsentibus dolet iniurijs, non præteritarum iam recordatur, sc̄p, cum adhuc spirat in corpore, cunctis elementis credit esse defunctum, illic præmittens sui cordis intuitum, quo se non dubitat ilico transiturum: ita nos quoque timore Domini crucifixos oportet his omnibus, id est, non solum carnalibus vitijs, verum etiam ipsis elementis mortuos esse, illic habentes oculos animæ nostræ defixos, quo nos sperare debemus momentis singulis migraturos.

Gala. 1.  
Cruis spiritalis quæ sit.

Atque post pauca rursus: Secundam scripturæ sententiam egressus ad seruiendum Domino, *sta in timore Dei, & prepara animam tuam* non ad requiem, non ad securitatem, non ad delicias, sed ad tentationes & angustias. *Per multas enim tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Angusta nanque est porta & arcta via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam.* Confid. ra ergo te de paucis & electis effectum, & ne exemplo ac tepore multitudinis refrigescas viue vt pauci, vt cum paucis inueniri merearis in regno Dei. Itaque non leue noueris esse peccatum, perfectionem professum quempiam, ea quæ sunt imperfecta, sectari. Ne desit autem regula institutionis, qua ad nouitatem vitæ perueniatis, qua ambuletis quod idem Pinusius hortatur, adiungam. Sequitur enim. Principium igitur nostræ salutis eiusdemque custodia (sicut dixi) timor Domini est. Per hunc enim & initium conuersionis, & vitiatorum purgatio, & virtutum custodia, his, qui imbuuntur ad viam perfectionis, acquirunt, qui videlicet Dei timor, quum penetrauerit hominis mentem, contemptum ei rerum omnium parit obliuionem parentum mundi quæ ipsius gignit horrorem. Contemptu autem ac priuatione facultatum omnium, humilitas acquiritur. Humilitas verò his indicijs cõprobat. Primo, si mortificatas in sese omnes habeat voluntates. Secundo, si non solum actuum suorum, verum etiam cogitationum, nihil suum celauerit senioreni siue magistrum. Tertio, si nihil suæ discretionis, sed iudicio eius vniversa committat, ac monita eius sitiens libenter auscultet. Quarto, si in omnibus seruet obedientiam, mansuetudinem, & patientiæ constantiam. Quinto, si non solū iniuriam inferat nulli sed ne ab alio quidem sibi met irrogatā doleat atq; tristetur. Sexto, si nihil agat, nihil præsumat, q̄ nō vel cõmunis regula, vel maiorum cohortantur exempla. Septimo, si omni vilitate contentus sit, & ad omnia se, quæ sibi præcipiuntur, vel vt operarium malum iudicauerit & indignum. Octauo, si semetipsum cunctis inferioreni, non superficie pronunciet labiorum, sed intimo cordis credat affectu. Nono, si linguam cohibeat & non sit clamorosus in voce. Decimo, si non sit facilis ac promptus in risu. Talibus nanque & similibus indicijs humilitas vera dinoscitur. Quæ quum fuerit in veritate possessa, confestim te ad charitatem, quæ timorem non ha-

Eccle. 2.

Act. 14.  
Matt. 7.  
Luc. 13.

Eccle. 1.  
Timor Dei  
quid efficiat  
in homine.

Humilitas  
quibus indicijs  
cõprobat.  
be. ur.

1 Ioan. 4.  
Charitas  
vnde oritur.

Tria in cō-  
gregatione  
obseruanda  
quæ.  
Psal. 37.

Psal. 38.

1. Cor. 4.

Mundo  
mortuus  
quis sit.

Oratio.  
Ioan. 14.

bet, gradu excellentiore perducet, cum vniuersa, quæ prius non sine perre-  
formidine obseruabas, absque vlllo labore, velut naturaliter incipies cultu-  
dire, iam non contemplatione supplicij vel timoris vllius, sed amore ipsius  
boni, & delectatione virtutum. Quæ omnia vt possis consequi, & sub regula  
spirituali perpetuo perdurare, tria hæc in congregatione necessario tibi co-  
stodienda sunt, vt secundum Psalmistæ sententiam: *Ego autem tanquam  
surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum: & factus sum sicut homo  
non audiens, & non habens in ore suo redargutiones: tu quoque velut surdus ac  
mutus & cæcus incedas, vt absque illius contemplatione, qui tibi fuerit me-  
rito perfectionis ad imitandum electus, vniuersa quæcunque videris minus  
ædificationis habetia, velut cæcus non videas, ne eorum, qui hac agunt au-  
toritate, vel forma animatus ad id, quod deterius est, & quod olim damne-  
ueras, traducaris. Si in obedientem, si contumacem, si detrahentem audieris  
vel secus, quam tibi traditum est aliquid admittentem, non offendaris, ne  
ad imitandum cum tali subuertaris exemplo: sed vt surdus, qui hæc penitus  
non audieris, vniuersa transmittas. Si tibi vel cuiquam conuitia, si irrogat-  
tur iniuria, esto immobilis, & ad responsionem talionis, vt mutus auctus,  
semper hunc Psalmistæ versiculum in ore tuo decantans: *Dixi, custodiam vi-  
meas, vt non delinquam in lingua mea.**

Verum & quartum hoc præ omnibus excole, quod, quæ supra diximus  
tria ornet atque commendet, hoc est, stultum te, secundum Apostoli senten-  
tiam, facias in hoc mundo, vt sis sapiens, nihil scilicet discernens, nihil di-  
iudicans ex his, quæ fuerit tibi imperata, sed cum omni simplicitate ac fide  
obedientiam semper exhibeas: illud tantummodo sanctum illud vtile, illud  
sapiens esse iudicans, quicquid sibi vel lex Dei, vel præceptoris examen in-  
dixerit. Tali enim institutione fundatus, sub hac disciplina poteris durare  
perpetuo, & de cœnobio nullis tentationibus inimici, nullis factionibus de-  
uolueris. Porrò patientiam tuam non debes de aliorum sperare virtute, ut  
est, vt tunc eam tantummodo possideas, cum à nemine fueris iritatus, quod  
ne posset non euenire non tuæ subiacer potestati, sed potius de humilitate  
tua & longanimitate, quæ in tuo pendet arbitrio. Liqueat inde charissimi, vo-  
lentibus in nouitate vitæ ambulare, volentibus cum Christo in nouitate vi-  
tæ resurgere, necessum fore, vt ante moriantur & sibi & mundo. Quis est  
inquis, mortuus mundo? Ille vtique, qui nihil appetit huius mundi: non  
honorem, non gloriam, non diuitias, non vanitatem, non delectationem,  
non laudes, non voluptates. Nihil horum desiderat, nihil super aliquo illor-  
um lætatur, nec sentit illa, quemadmodum mortuus non sentit. Num  
mortuus est ille mundo, num crucifixum habet mundum, qui secularibus ra-  
moribus oblectatur, qui obrectationibus libenter auscultat, qui delicata cap-  
pit, qui molesta pro Christo suscipere refugit, qui Dei seruitium & laudem  
fastidit, qui leuitem hominum gaudet consortio, qui fabulationibus & ocio,  
studet, qui voluntates suas implere festinat qui desiderijs proprijs concedit  
satisfieri? Nequaquam hic mundo, sed potius heu Christo est mortuus. Illud  
enim in eo est mortuum, quod illum non afficit, non mouet. Si ergo Christus  
non afficit cor eius, non vituit in eo Christus. Verùm quia hoc potius orando  
quam studendo impetrabitur, orate: *Domine Iesu Christe, qui es via, veri-*



tas & vita, infunde mihi perfectissimam ardentissimam perpetuamque charitatem, qua simul cordi meo infundas omnium quæ extra te sunt, atque mei ipsius contemptum, vt te solum desiderem, te solum cogitem, tibi soli inhæream, tibi soli placere studeam, & omne tempus vitæ meæ, omnesque vires animæ & corporis mei in laudem, in gloriam, in amorem & peneplacitum tuum expandam qui es benedictus in secula, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*De sex nouis in Christe resurrectione gaudio nos afficientibus.*  
*Sermo IV.*

**D**ies boni nunciij est, sit acuerimus, sceleris arguemur, 4. Regū 7. Vsq̄e modo charissimi in tristitia & luctu fuimus nō soli autem nos ipsi, verū omnis etiam Ecclesia fidelium nobiscum, quæ poenitentia laments occupata, lætitiæ tum cantica, tum signa alia intermisit. Idque eo præsertim tempore, ante pascha hoc præsens forsitan, vt huius diei celebritas tanto foret festiuior, dulcior iucundiorque, quo omnes illæ priores tristitiæ & poenitentia luctus subito in gaudium mutarentur. Porro (quia aqua anima sitienti, Prou. 15. nus nuncius de terra longinqua) ne diu fraudari se quispiam nuncio huius gaudiosi nonitatis quaratur (quandoquidem Christus quoque cito eadem cupiens euulgari mulieribus, quæ noua diu tacere nequeunt, nuncianda commisit) sex noua vobis prædicanda habeo, consolatione & exultatione haud dubium vsquequaque plena. Primum est, nobilis ille Christi triumphus, seu nobile trophæum, quo mortem ipse moriendo superauit, & vitæ nos mortuos restituit. Nos enim cum essemus inimici, per mortem suam soluens inimicitias Patri nos reconciliauit. Cùm essemus mortui resurgens in semetipso nos conuiuificauit, & aduersarium nostrum fortem alligans, spoliaque eius diripiens, atque (vt verbis vtar Apostoli) expolians principatus ac potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in seipso. *Vicit itaque leo de tribu Iuda.* Pugnat agnus, expugnat vero & vincit leo, dignus plane accipere Collof. 3. virtutem & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam Apoc. 3. & benedictionem, De hoc trophæo hodie canit Ecclesia: *Mors & vitæ duello confluxere mirando, dux vitæ mortuus regnat viuus.* Considerandum verò in eodem trophæo quomodo vicerit Christus. Vicit profectò non percutiundo, sed patientiundo: quâdoquidē vt in libro Prouerbiorum dicitur: *Melior est patiens viro forti.* Vicit sapientia, non violenta potentia. Nam teste Iob: *Prudentia eius percussit superbum.* Vicit denique nō litigando aut obnitendo, sed tacendo quippe qui *quasi agnus coram tondente se obmutuit, & non aperuit os suum.* Nouit ipse superbiam nostram, quam simus appetentes victoria quam cupidi gloria, quam non libenter superemur. En vincendi exemplum nobis prætulit ad sui imitationem nos inuitans. Docuit nos (si contradictionis contentio- Hierc. 17. nisve quippiam inter nos oriatur) quomodo pugnare debeamus: Par pari nō referamus. Nō dicamus: Ille mihi ollam, ego frangam ei hydriam cōtraria ijs quibus nos aduersarij molestant, nō similia expendamus. Ignē inquit quidam sapiens non gladio fodiendum. Aqua est contra ignem pugnandū, & silentio cōtra garrulitatem. Prudentia stultitiā, patientia iracundiam, charitatis of- Sex noua in Christi resurrectione. Rom. 5. Eph. 2. Luc. 11. Collof. 3. Apoc. 3. Quibus modis vicerit Christus. Prou. 16. Iob. 16.

Rom. 12.  
Prou. 25.

1. Cor. 1.  
Rom. 12.

Iacob. 3.  
1. Cor. 4.

Liberatio  
Patrum ex  
limbo quā  
to gaudio  
digna.

Glorifica-  
tione sui  
quantum  
gaudium  
Christo ac-  
cesserit.  
Rom. 6.  
Ioan. 17.  
Psal. 68.

Pietas Chri-  
sti resurgen-  
tis quanta.  
Gen. 40.

Iob 31.  
Marc. 16.

ficio fratris iracundiam vincere studeamus. Hoc pugnandi genus non modo Apoft. verum etiam per Salomonem Dominus docuit: *Si (inquiens) esurire inimicus tuus, ciba illum, si sitierit, potum da illi. Filij hominum vique quo fatui, quæ ante oculos hominū magna apparent, tātum quæritis? æstimatis gloriosum esse, censeris non inferiorē, vim vi, iniuriā iniuria, conuitium cō- uitio repellere? Si gloriam quæritis, gloria vestra hæc sit testimonium confertia vestra.* Deinde quoque, non vinci à malo, sed vincere in bono malum. Neque enim vincendi, neque gloriandi genus est aliud, aut honestius, aut speciosius, imò (vt addam) facilius, quam quod quidam Cato (quisquis ille sit) docet, cedere maiori, parcere minori, & (vt quidam addidit) subdi aequali. Siquidem si humiliari, sustinere, si pati volueris, nemo repugnabit: arsi cō- tendere cæperis & inuadere, plures inuenies, qui stabunt ex aduerso. Nonne veteres beatificamus eos, qui sustinuerunt? Et nostrum certè tempus modo non est triumphandi, sed pugnandi. Pugnandi, inquam, per sustentiam, patientiam, humiliationem, subiectionem, donec pugna simul & vitæ simul adfuerit, & sit laus vnicuique à Deo. Hoc modo Christus quoque non in vita, sed mortem vincens, triumphauit. Secundum nouum, gaudio plenum, quod sanctos patres innumerabiles Christus liberauit, fractis & contritis inferni portis. Eia quātum gaudium contingit, vel ob vnum hominem, pota si quispiam captiuus carcerem euaserit Saracenorū, restituit patriæ & suæ libertati. Atque licet nullum sit in hoc mundo gaudium purum, nullum in hac vita plenum, nullum quod non multa etiam tristitia comitetur: quanto tamen hoc qualicumque gaudio circumfunditur pro libertate saltem adeptæ, quamuis forsan quantocyus moriturus, aut post captiuitatem in mendacitate vitam finiturus? Quanto item fauore alij eidem gratulantur? Pensetur inde gaudium sanctorum patrum, qui ex captiuitate illa diutina nō modo erepti, sed æternam etiam felicitatem consequuti, omnem hodie timorem omnem defectum, omnem molestiam exuerunt. Quocirca (si viscera nobis sunt pietatis) neque illis possumus non gratulari: neque pro nobis non gaudere. Quandoquidem ipsi quoque nos à captiuitate sustinenda (vt illi à toleranda) sumus liberati. Tertium (quod Christum caput nostrum liberatorem nostrum attinet) resurgentis immortalitas, aut denuo nō moriendi securitas. Siquidem *resurgens à mortuis, iam non moritur, nec mors ei vltra dominabitur.* Transiit quicquid molesti durive hic suscepit, consummauit quicquid illi Pater imposuit, soluit pro nobis quæ non rapuit, quorumque debitor non fuit. Iocundo superatis nunc omnibus, rediimus, decoro lumine choruscus, gloria & honore circumdatus surrexit.

Quartum dulce & nouum, quod non minus pium se exhibuit Christus in gloria resurrectionis quam in statu mortalitatis: nec minus fuit humilis resurgens, quam moriens. Neque enim in ipso loco inuenit quod vulgo dicitur proverbium: *Honores mutant mores.* Nec sicut pincerna ille Pharaonis succedentibus sibi prosperis, in carcere positorem, id est, nostri in hoc mundo velut in exilio aut carcere degentem, est oblitus. Quin potius sicut defuit illi post resurrectionem miseria, ita non abfuit, quæ cum illo ab infantia creuerat misericordia. Nam (vt Marcus ait) *surgens mane prima sabbati, apparuit primo famosæ illi quondam, sed tunc poenitenti peccatrici, de qua septem*

septem viti orum dæmonia eiecerat, illamque euestigio ad Petrum suæ negationis perinde pœnitentem, consolandum, & suam illi resurrectionem nunciandam misit, quem postea ipse quoque separatim, & deinde nihilominus inter cæteros (quos fratres nominabat) recumbentem visitabat: atque ad Thomam à scrupulo dubietatis liberandum, nihil eiusdem duritia aut infidelitate offensus, redijt. Ad mensam quoque cum discipulis assidens & cōfessens, perbenignè eos docuit. Vnde nunc certo liquet nihil nobis restare formidandum post tantam resurgentis clementer exhibitam pietatem. Quintum, quod sua non tam nouitate quam felicitate nos lætificat, est, quia patria nostra, ciuitas nostra, à qua sumus exules (cœlestis Hierusalem; vbi iuxta Esaiæ vaticinium, sedebimus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia & in requie opulenta, nobis recuperata est. Viæ Sion quæ ante luxerant, quod non esset qui transiret, aut veniret ad solennitatem nunc ambulabuntur. Siquidem modo viæ illius, id est, viæ ad illam pulchræ, & semitæ eius pacificæ. Nec deinceps quispiam inuitus in hoc itinere spoliabitur, nemo nisi venire contemnens refutabitur. Fecit enim Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, conuiuium pinguium medullatorum vindemiæ defecate. Et ipse quidem præcingens se, facit seruos suos discumbere, & transiens ministrat illis. Peregrinemur igitur ad illam, hoc est tanquam viatores, aduenæ & peregrini, non incolæ, aut habitores super terram contendamus ad ciuitatem nostram cuius filij sumus & hæredes. Inuitat nos ad peregrinandum Dominus ipse hodie in specie apparens peregrini. Inuitat nos sancti angeli ipso vsu allocutionis solito familiarioris & consuetudinis clementioris gratia, quandam secum ex nobis ciuium vnitatem coituram præmonstrantes. Propterea enim mulieribus hodie ad Domini monumentum properantibus aded inseruiunt, fragilibus lapidem monumenti remouent, timidæ consolantur, quærentibus resurrectionem desiderati nunciant, ad capiendâ denique resurrectionis indicia stupore ac gaudio hæsitabundas aduocant: *venite* (inquiunt) & *videte locum*, &c. Sextum, quia quemadmodum Christus resurrexit vita nostra: ita & nos cum ipso resurgemus in gloria. Vtroque, hoc est, anima & corpore, sicut modo illi seruiimus, ita glorificati remunerabimur. Hæc itaque noua extimulent nos ad gaudium spiritus. Nam qui olim longè eramus: hodie facti sumus prope per Iesum. Gaudeant filij huius seculi in luxurijs, in ebrietatibus, in crapulis, in vanitatibus suis. vestrum est charissimi gaudere in Christo, qui vocauit vos, adoptauit vos, iustificauit vos, & testamento beatæ promissionis vos dotaui. Gaudeant alij ad tympanum & ad sonitum organi, nubant & tradant ad nuptias, ducant in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendant. Vobis gaudium sit bonæ conscientiæ, & fiducia non fallax in Deum. Quippe qui socij facti estis passionum Christi, postea & resurrectionis eritis. Nolite ergo ad seculi huius lætitiâ retrospicere, & quod de captiuitate Aegyptiaca per Dei misericordiam educti estis, pœnitere. Attendite (vt verbis vtar diui Augustini) in seculo gaudium quid est? Gaudere de iniquitate, gaudere de turpitudine, gaudere de dedecore, de deformitate, quæ omnia nõ essent, nisi homines voluissent. Quid est ergo gaudium seculi? Seculi lætitiâ est impunita nequitia. Luxurientur homines & fornicentur, in spectaculis nu-

Ioan. 20.

Luc. 24.

Resurrectione Christi vt paradisi ianua reuerata sit. Esa. 32.

Treno 1. Prou. 8.

Esaïæ 25.

Luca 12.

Luc. 24.

Matt. 18.

Ioan. 26.

Marc. 16.

Rom. 6.

Resurrectionem Christi causam esse nostræ finalis resurrectionis. i. Pet. 2. Iob 20.

Luc. 20.

Iob 21.

2. Cox. 1.

Exod. 20.

Augustin.

Gaudium seculi quod.

E e e gentur,

gentur, ebriositate ingurgitentur, turpitudine scædentur, nihil mali patiantur. Et videte seculi gaudium. Ita mala quæ commemoravi non castigatissimes, non belli timor, non aliquis morbus, non aliqua aduersitates, sed in omnia in rerum abundantia, in pace carnis, in securitate malæ mentis. Ita vide seculi gaudium. Sed non cogitat Deus sicut homo. Magnæ misericordiæ est nequitia impunitatem non relinquere, & ne cogatur in extremo gentiæ damnare, modo flagello dignatur castigare. Nam vis nosse, nulla pena, quanta sit poena? Psalmistam interroga: *Irritauit Dominum peccator pro magnitudine iræ suæ, non requirit.* Idem non exquirat quia multum irascitur. Magna est ira eius. Parcendo scæuit, sed iuste scæuit. Si ergo aliquando scæuit parcendo, bonum est nobis vt subueniat castigando. Hæc Augustinus. Vnde liquet quod non vituperanda, sed laudanda est Christi seruitus, in qua licet sæpius in pluresq; & aciores occurrant aduersitates, quam amicis mundi, qui exilentia Iacobi Apostoli inimici Dei constituuntur: hæc tamen sunt xenia, quæ charissimis suis mittit Deus, vnde filij eius & amici constituuntur. Ipse enim *flagellat omnem filium, quem recipit.* Ipse quos amat, arguit, & castigat. Eam ob rem præmonuit nos quoque Christus dicens: *In mundo persecutionem habebitis, sed confidite, quia ergo vici mundum.* Itemque: *Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit.* Itemque: *Non est seruus maior Domini suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur?* Et alia id genus multa, quibus præmonet Christus suos, in mundo (quia de mundo non sunt) quem admodum se, tristitiam & persecutionem habituros. Hæc enim pati, vestis illa est regni, qua indutus Christus vicit & hodie triumphauit. Hæc veste fidelissimos quoque milites suos insigniuit. Idem magna cum gratiarum actione debentur à Deo accipere cuncta aduersa tanquam paternæ eius charitatis erga nos maximeq; fidelitatis indicia, & gaudere in tribulationibus, quandoquidem Iacobus etiam nos admonet, *omne gaudium existimare, si in variis tentationibus incidertimus.*

Sicut enim reprobis, vt cætera omnia, tentationes sunt in ruinam propriæ voluntatem eorum prauam vltro ad peccandum paratam, ita hominibus bonæ voluntatis sunt adminiculo in magnum profectum virtutum. Ex tentationibus namque discit homo suam infirmitatem, ducitur ad sui cognitionem, deprimitur ad humilitatem: cogitur ad lectionem, videlicet vt recipiat eruditionem & consolationem: impellitur ad orationem, puta quia sentit se ne diuino auxilio neque industriam propriam, neque remedia alia sibi conducere. Gaudete igitur charissimi, quia in statu estis ad quem non mundus, sed diabolus, non humana persuasio, non proprius denique instinctus, sed diuina vos gratia ac providentia vocauit. In quo eiusdem gratia faciente, & læta & tristia vobis cooperantur in bonum: adsit modo bona voluntas. Et vt iterum verbis loquar Augustini: *Gaudete in Domino, non in seculo, id est, gaudeatis in veritate, non in iniquitate. Gaudete in spe æternitatis, non in flore vane gloriæ. Mortui enim iam estis mundo, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, qui est benedictus in sæcula, Amen.*

Psal. 9.

Iacob. 4.

Hebr. 12..

Apoc. 3.

Ioan. 16.

Ioan. 13.

Iacob. 1.

Tentationes  
reprobis esse  
in ruinam,  
electis autē  
ad profectū.

August.

Collof. 3.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*De resurrectione nostra, tam corporali, quam spiritali.**Sermo V.*

**H**ÆC est dies quam fecit Dominus exultemus & lætemur in ea. Psalmo CXVII. Non est ociosum fratres charissimi, quod adeo crebra hodie in diuino officio sit horum verborum repetitio, & ad gaudium nostri inuitatio. Est enim reuera dies in qua exultandum est vehementer. *Dies, quam fecit Dominus*, id est, dies, quem non sol ille visibilis, qui oritur iterumque occidit, sed sol iustitiæ, Christus Dominus Deus noster, occasum nesciēs, de peccatorum tenebris, de mortis obscuritate, de inferni horrore, de claufo sepulchro rediens, ortu suo clarius fecit enitescere. Hæc est dies, inquam, non quæ sol ille visibilis, sed impensæ operis, & beneficiorum magnitudo illustrat. Quare tanto nobis debet esse celebrior, quanto nobis in illo non temporalia, sed æterna exhibita sunt beneficia. *Christus Dominus noster* (inquit Apostolus) *mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram*, hoc est, lauit nos à peccatis nostris per sanguinem suum: viuificauit nos per mortem suam, iustificauit atque amissam beatitudinem nobis reparauit per resurrectionem suam. Quod factum est in capite, hoc membra expectant. *Saluatorem* (inquit) *expectamus, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratū corpori claritati suæ*. Itaque dies hæc dominicæ resurrectionis diem illum nobis significat interminabiliter, diem quem nox nulla sequitur, quando confcisio nostræ mortalitatis sacco, duplici stola gloriæ, induti circumdabimur lætitia inenarrabili, gloria ineffabili, beatitudine interminabili.

Proinde magna nobis hodie lætitiæ & exultationis præstatur occasio. Primum, quidem lætitiæ seu gratulationis, quod Saluator noster, qui propter nos redimendos, dolores immensos, & tandem mortem sustinuit amarissimam, iam superatis omnibus doloribus & deuicta morte, immortalis gloriosusq; resurrexit. Deinde etiam exultationis, quod sicut passio Christi animæ nostræ plenam liberationem, ita eius resurrectio corpori nostro perfectam contulit sanitatem. Nam sicut caro Christi hodie reurgendo est glorificata, ita caro quoque nostra illi conformanda per eius resurrectionem est reformata, quippe quæ pulchrior quam olim in paradiso aliquando reflorebit: nec semper sit auditura quod terra sit, & in terram ibit, nec illud semper ei intonabit propheticum: *Omnis caro fenum, & omnis gloria eius quasi flos ægri*. Quin potius, qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit, & reformabit corpus humilitatis nostræ, configurabitq; corpori claritatis filij sui, quatuor scilicet illis dotibus gloriæ, quarum prima est impasibilitas, quæ refulcabit ex virtute animæ gloriatæ, suum corpus adeo potenter continentis, vt à nullo valeat exteriore agente immutari. Testatur idem Augustinus *ad Dioscoridem* dicens: Tam potentem fecit Deus animam, vt ex eius plena felicitatis redundet in corpus sanitas perpetua. Nam sicut ferrum candens ac ignitum ex omni parte pulso frigore continet ignem, ita felicitatis æterna iucunditas omnes qui in illam recipientur, ineffabili dulcedine vsquequaque medullitus inebriabit, vt nulla ex parte pasibilitati pateat accessus: adeo vt si

Rom. 4.

Apoc. 2.

Ioan. 5.

Phil. 3.

Exultandi  
causæ quæ.

Gen 3.

Esa. xl. 40.

Phil. 3.

Dotes glori-  
ficati cor-  
poris qua-  
tuor quæ  
sunt.Impasibili-  
tas.

Augustin.

Subtilitas. iuxta eiusdem Augustini sententiam, etiam in medio consistere inferni, haudquaquam laderentur. Altera est subtilitas, qua corpore donatur, ut penetrare possit quoduis corpus solidum, utpote cui nihil possit obflare, quod non peruium esse, propterea corpus glorificatum vocat Apostolus spirituale. *Resurget* (inquit) *corpus spirituale*. Spiritualia autem, ut dicit S. Thomas, sunt corporum cuiuscunque spissitudinis, soliditatis seu densitatis penetrantia. Quæ etiam impalpabilia sunt, id est, possunt non tangi, quatenus sunt infinita anima gloriosæ. Porro secundum naturam corporis (ita corpus gloriosum resistere valet non glorioso) possunt etiam quando volunt tangi, palpari. Ideò beatus Gregorius. In illa, inquit, resurrectionis gloria corpus nostrum subtile per effectum spiritualis potentia, sed palpabile per virtutem naturæ.

August. Agilitas. Tertia est fragilitas, ut secundum Augustinum, vbicumque erit voluntas, ibi statim erit & corpus. Et quamuis hoc fiat, secundum Thomam, in tempore, illud tamen propter breuitatem est imperceptibile. Quarta est claritas. Si iuxta Esaiæ vaticinium, claritas seu lux lunæ erit sicut lux solis (Claritas autem solis post iudicium mundi septuplo, ut volunt, augebitur) quantam claritatem corpora recipient electorum? profecto multo maiorem, quam et lunæ aut solis. Hactenus de resurrectione, quæ secunda dicitur. Cæterum, altera interim præcedit, de qua dicitur: *Beatus qui habet partem in resurrectione prima*, quæ est à peccato ad gratiam, seu etiam à carnali ad spirituales vitam, quæ perinde per Christi resurrectionem significatur atque iuuatur. Itaque et alia spiritualis resurrectio, alia corporalis: & sicut resurrectionem corporalem ita spiritualem triplicem inuenimus in scriptura, scilicet fictam, imperfectam, & veram. Corporalis resurrectio ficta erat, non vera, quin pythonyssa suscitauit Samuelem. Saul enim ut Augustinus, in libro ait de ciuitate Dei, ita hebes factus fuit, quod dum putauit adorare se Samuelem, adorauit diabolum. Si enim Samuel verè apparuisset, utique iustus adorare se non permisisset, qui prædicauit solum Deum adorandum: & quo modo homo Dei, qui cum Abraham in refrigerio erat, diceret ad virum pestilentia, dignum ardore gehennæ: *Cras mecum eris*? Imperfecta resurrectio eorum fuit, quos Christus ad mortalem vitam resuscitauit, iterum aliquando morituros, ut Lazarum. At vera resurrectio est Christi, qui *resurgens ex mortuis, iam non moritur, nec mors ei vltra dominabitur*. Simili modo, quidam spiritu non ita resurgunt, quam resurrexerunt se simulant. Alij resurgunt, sed imperfectè: nam accedente tentatione, ad peccata relabendo iterum moriuntur. At ij resurgunt verè, qui stabiles in bono per gratiam proficiant, euntes de virtutum virtutem, de bonis ad meliora. Huius resurrectionis sunt eadem, quibus Christus suam resurrectionem veram declarauit, argumenta. Primum argumentum quo Christus suæ nobis resurrectionis veritatem persuasit, est, quod cicatrices vulnerum in manibus, pedibus, atque in latere ostendit. Cicatrices nostrorum vulnerum spiritualiter sunt signa & reliquæ peccatorum, quæ sunt passiones malæ, vitiosæ inclinationes, affectiones prauæ, illiciti motus animi, corruptiones & infirmitates spirituales naturæ. Illas ostendere, id est, reuelare, & saluberrimum est, & omnino necessarium, illas abscondere est perniciosissimum. Nisi enim manifestentur, fiet ut nunquam curentur. Nunquam

Apoc. 20.  
Resurrectio  
prima quæ.

Resurrectio  
triplex.  
1. Reg. 18.  
August.  
1. Reg. 7.

Ioan. 11.  
Rom. 7.

Pfal. 83.

Argumenta  
spiritualis  
resurrectio-  
nis quæ.  
Ioan. 20.

Nunquam ad veram & perfectam spirituales resurrectionem veniet, quisquis ad spirituales vitam se conferens, has animæ suæ cicatrices non studeat reuelare. Frustra aliunde medelam sperat, quandoquidem neque scientia, neque ingenium, neque experientia denique ad sui curationem sufficit, sed nuda humilitas: quam Deus per hominem (si haberi potest) regere vult & illuminare. Ita Cornelius ad Petrum, ita Paulus ad Ananiam mittitur, ita innumeros ad perfectam sanctitatem Christus erudiuit per Antonium, per Hilarionem, per Benedictum. Hic non quæritur doctor eruditus, sed in homine interrogatur, & ex homine auditur Christus. Non faller huius discipuli humilem simplicitatem Deus, sed per malum aut imperfectum etiam magistrum salutaria illi respondebit. Nouit hoc versutus ille animarum hostis & inuidet tam celerem tamq̃ securum nouo monacho profectum. Idcirco pestifer omni studio suo machinatur perniciosam nouo discipulo inducere aut verecundiam aut superbiam, ne animi sui studia motusq̃ & passiones, exercitia quoque & consilia, siue bona siue mala, patri spirituali reueler, quo facilius imperitum atque tentationum inexpertum iuuenem fallat, laqueis suis validius innectet, cum frandes illius hostis nemo sit qui imperito detegat. Quapropter sancti patres in Aegypto tentato & inexperto monacho nil esse periculosius autumabant, quam tentationes suas abscondere, proprio consilio fidere, propriam voluntatem sectari. Quæ omnia S. Antonius adeo monebat cauenda, adeo voluit nihil celandum, vt si possibile foret, monachus pedum etiam suorum passus numeratos patri suo deberet spirituali reuelare. Verum, sunt qui defectus suos aut tentationes reuelant, cõsilia petunt, & tanquam à Deo sibi responderi desiderant, sperantes interim placencia sibi dicenda. Nam si quæ nolunt ipsi audierint responsa, ilicò obstrepunt, contemunt, & non diuino consilio se admoneri, sed humano supercilio sepungi obganniunt. Hi similes sunt reliquijs Iudæ Ioannan, videlicet filio Caræ leconia filio Ozia, & reliquo vulgo (post transmigrationem caterorum in Babylonem relicto in Iudæa: qui accedentes Hieremiam prophetam, petierunt, pro se consuli Dominum, dicentes: *Sit Dominus inter nos testis veritatis & fidei, si non iuxta omne verbum, in quo miserit te Dominus Deus tuus ad nos, sic faciemus, siue bonum siue malum. Voci Domini Dei nostri, ad quem mittimuste, obediemus, vt bene sit nobis cum audierimus vocem Domini Dei nostri.* Ecce consilium quærebant, Deniq̃ per hominem sibi responsurum expectabant, quia cum ipsi Deum non possent, hominem tanquam Deum consulebant. Quis non illam humilitatem, illam sapientiam commendaret? Sed audi, quia sperabant sibi desiderata placenciaq̃ nuncianda, ided consulebant vt quasi ex diuino oraculo sua propria desideria atque consilia statuerent. Quod cum sic non fieret, sed Dominus per prophetam, quæ ipsi nolebant, responderet, videlicet, ne abirent in Aegyptum, irati dixerunt ad Hieremiam prophetam, quem antea sibi pro diuino oraculo elegerant: *Mendacium tu loqueris. Non misit te Dominus, sed Baruch filius Neria incitat te aduersum nos.* Hæc ided adduco in medium, quod vanum sit consilia quære, eademq̃ nisi placita sint, nolle suscipere.

Secundum argumentum, quod Christus vere resurrexerat, fuit, quod se tangendum obtulit. *Palpate* (inquit) *& videte, &c.* Sic spiritualis resurrectionis signum est, si quis correptionis, & cuiuslibet alterius aduersitatis tactu

Confulere Deum in homine quam sit omnibus necessarium. Actor. 3. Actor. 10.

Simplicitas in reuelatione tentationum quam necessaria sit.

Hiere 42.

Hiere 49.

Resurrectionis spiritualis signum sit tactus mysticus. Luc. 24.

Prou. 27.

æquanimiter sustinuerit, animaduertens, quod salubriora sunt diligentia verbera, quam eius oscula qui per blandimenta linguæ decipit. Supra dextram vulnera & cicatrices animæ non celanda. At quid confert vulnera sua ostendere, & medelam non admittere? Beatus qui correptionem ab homine sustinet patienter. Beatus etiã qui quascunque molestias seu aduersitates vnicunquē illatas didicit ferre æquanimiter. Porro, multo beator censendus est qui nihil ab hominibus se æstimat ferre, sed totum à Deo in se sibi impositum, non quod iustum sit alteri malefacere, sed sibi intelligit à Deo missam aduersitatem hanc, quam Dei amore ferat, & haud secus atque à manu Domini accipiat, nihil contra hominem obmurmurans, imò nihil ad hominem respiciens: sed totum ad diuinam prouidentiam referens, & quicquid sibi occurrerit, sibi salutare futurum sperans. Si huic contemplationi sui accesserit abnegatio, nil grauatè feret vnquam, quicquid etiam acciderit, sed inter omnes euentus tranquillum imperturbatumque animum geret, quandoquidem qui secum pacem habet, eandem cum omnibus possidet: qui à seipso non læditur, à nemine alio potest offendi. Quemadmodum è regione nihil mirum, si neminem possit ferre, qui semetipsum non valet comprimere: imò quomodo à cæteris non dissideat, qui in semetipso incompressus est. Tertium argumentum veræ resurrectionis in Christo fuit, quod cum discipulis cibum sumpsit. Spiritualem animæ cibum verbum Dei esse, nemo est qui nescit, siue illud sit lectum, siue auditum, siue inspiratum. Hoc cibus ita reficit, vt non fastidium sed famem generet. Quanto nanque studiosius inspirationem quis obseruauerit diuinam, quanto sapius fuerit affectus, tanto feruentiori semper desiderio illam recipiet, tanto crebrius tranquillitate eius pascetur. Cauendum tamen ne omnem instinctum boni, aut necessarium putet, aut à Deo inspiratum: quia interdum humanus, interdum à maligno sub aliena specie est inspiratus. Quippe qui diuinum se mentiens, induta specie boni ad malum inducere conatur. Probandi igitur sunt spiritus qui ex Deo sint, sed probandi ab eo qui discretionem habet spirituum. Quod nemo facile sibi arrogabit. Datur tamen quam sapissime superioribus propter humilitatem subditorum, quæ per hominem meretur sibi responderi & dirigi, tanquam à Deo, qui est benedictus in secula, Amen.

Lucæ 24.  
Cibus spiri-  
tualis quis  
fit quomo-  
doque

1. Ioa n. 4.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Quomodo resurrectio nostra corporalis, quomodo etiam spiritalis dies sit, qua exultare & letari deceat.*

Sermo VI.

**H**ÆC est dies quam fecit Dominus, exultemus & letemur in ea. Psal. CXVII. Quis dubitat fratres charissimi, omnem diem à Domino factum? Hæc tamen dies singulariter à Dño dicitur facta, in qua Dñs ipse resurrexit à morte, suag nos resurrectione resurgere fecit, cuius resurrectionis erit absq; nocte, absq; tenebris, absq; occasu, absq; tristitia, absq; caligine, indeficiens & æternus dies. Itaq; hæc dies hoc est, ipsa diuina resurrectio, quæ significatur, & perficitur nostra resurrectio, diem nobis facit sempiternum, in qua semper exultabimus & letabimur, Nihilominus tamen etiam in hac præsentia vi-  
ta ex-



ta exultabimus in die & in lumine nostro, qui est Christus. Ipse enim gaudium est cordis nostri, vita & consolatio nostra. Propterea charissimi omni gaudio seculi abrenunciemus, lætitiā externā, quæ non ex creatore nostro, nec in creatorem nos ducit, ad cor nostrum non admittamus. Gaudere, epulari, immolare arietes, ridere, bibere vinum, & ad organum lætari, & huiusmodi id genus alia gaudia, sunt ad instar puncti, quæ velut fumus aut nebula transeunt. Non sunt igitur vera gaudia, nec ad hæc inuitamur, qui exultari & lætari iubemur: non tempus veris, non calices, non epulas, non societatem amicam, non conuiuia, non rosarum tempus, non delicias cogitemus. In his enim vera (vt dixi) gaudia non sunt, quia non semper sunt, nec mera gaudia, aut sine tristitia sunt. Nam etsi semper essent, iam mœrore afficerent. In vna enim eademque re semper morari, non gaudium, sed tristitiam adfert. Aded nihil est in mundo quod nos sanet, aut quod præter Deum sine fastidio sit. In solo igitur Deo exultemus & lætemur. Ipse enim est dies nostra, ipse est lux nostra, lux quæ non habet occasum, lux quæ non præcedit hesternus, nec sequitur crastinus, sed semper dies est hodiernus. Transeant, fratres mei tempora, voluantur dies seculi, veniant læta & tristia, sentiantur fausta & infortunata, mutantur tempora in tempora: dies saltem illa & lux interior nobis non deficiant, perseueret gaudium paxque interna. Quod gaudium generat charitas: quæ facit vt tristitia non appareant tristitia, aduersa non sentiantur molesta, dura non æstimentur grauiā, & quæ alioqui sine charitate premerent atque opprimerent, per charitatem fiant facilia atque desiderata. Charissimi, si itaq; hodie est dies exultationis & lætitiæ, si tristitia mala fuerit in aliquo, expellatur, ne expers communis sit gaudij. Nulla hodie ira, nulla inuidia in aliquo resideat. Et si quis læsum se dolet, iam non doleat, sed quasi nihil sibi factum sit, pro Christo obliuiscatur. Si quis tentationem aut pressuram in corde senserit, propositum sibi firmum constituat malo non consentiendi, nec aliquid propter hanc cordis molestiam agat aut dicat, quo Deum offendant. Porro, ad sentiendam pressuram quamcunque se Deo offerat, commendat atque relinquat, eligens excluso peccato, quo ad illi placuerit, pati atque affligi. Quod si in seruitio Dei, si in laudibus diuinis, vbi delectari debuerat sentiat tædium, ariditatem atque fastidium, non deficiat Deo seruire, non desistat sed insistat potius ad illa se cogere, quæ salutaria sunt, quantumlibet suauitatem non sentiat. Neque enim quid seferit, sed quid voluerit homo à Dño exquiretur. Signum optimum est, & diuinæ misericordiæ sibi cõciliandæ indicium, laudibus affici diuinis, cultui Dei fauere, Dei zelari ac promouere honorem, libenter ac suauiter eius laudibus interesse, & eius cultui atque officijs nihil minuere, nihil subtrahere, sed ea vbi possit etiam augere. Verum, si quis hæc in se non inuenerit, si tædium aut grauedinem quandã frigidã ac sterilitatē aridã in se senserit, bonã voluntatem tamen habuerit, qua hæc indeuotio atq; acedia sibi in se vehementer displicet, non propterea desperet: sed bona voluntate constans perseueret, prouideatque ne ariditate aut diuinorum tædio victus se Deo subtrahat, ne ad finem acceleret, ne aliorum pietati obstitat, ne Dei laudes vt festine absoluantur, vrgeat: & vt semel dicam, ne quicquam agat aut conetur, quo acediã se sensisse sentiat, seu stimulante acedia in se natum id quod patitur esse deprehendat.

Nam

Gaudio seculi abrenunciandum.

In solo Deo esse exultandum.

Nam si deuotionem libenter haberet, licet sterilitatem sentiat, si feruorem ac piam affectionem erga Deum desideranter vellet, licet acedia interrim aut tristitia diuinis tentetur, nihilominus quamdiu in tentatione non victus, malo alicui inde nascenti consenserit, ariditas hæc & cordis pressura, quam propter Deum fert, atque longanimitèr illius miserationem liberatorem expectat, à Deo pro deuotione coronatur.

Ariditas que  
quando pro  
deuotione  
coronetur.

Bernardus.

Huiusmodi igitur qui hanc tentationem sustinent, nec tamen propter eam aliquid, quod inde sentirent nasci, faciunt: sed vim sibi facientes ad Dei cultum ac orationem se impellunt, consolatur beatus Bernardus, dicens: Forsitan causantur multi, quod affectum hunc delectabilem & dulciorem super mel & fauum rarius experiantur, nimirum quia tentationibus inuicem exercentur multoque virilius agunt, si virtutes ipsas non pro delectatione quam experiantur, sed pro virtutibus ipsis, & solo Dei beneplacito tota intentione, & si non tota affectione sectantur. Nec dubium quin optime compleat qui eiusmodi est, prophetae admonitionem, qua dicit: *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui*: quoniam non de affectu loquitur, sed de exercitio, Affectus enim beatitudinis est exercitium vero virtutis. Deo gratias, fratres, cui hac nocte hilares animos, & absque festinantia nimia laudes obtulistis. Utinam hæc voluntas, hocque studium semper in vobis permaneat. Quod si passim quisquam noxijs ac vitijs molestis impugnatu succumbat, nec ea extirpare ac vincere ut vult atque conatur, preualer, non propterea non particeps esse debet huius diei lætitiæ, qua Pascha seu pasche, id est, transitus à vitijs ad virtutem, à veteri homine ad nouum agitur: quin potius in Dei miserationibus debet gloriari, quod crebris erratibus & frequenti lapsu non sit consumptus, & quod benignitas Dei ad penitentiam illum sustinuit: si resurgere non cessat, id est, si ad Deum toties redire conatur, quoties labitur, etiamnum misericorditer ipsum recipit: & si constantèr pugnauerit atque fideliter, tametsi vulnera in prælio recipiat, clementer illum intuetur, laborem atque dolorem eius considerans, & vulnera quæ pugnando incautus atque in expertus adhuc miles ceperit, sanans. Cæterum,

Psal 39.

Tria quæna  
perfectioni  
studenti ob-  
seruanda.  
Psal 9.

quicumque ad cordis puritatem ad pacem veram & perfectionem virtutum anhelat, tria custodiat quibus à noxijs tueatur se: aut si non præcauerit satis mox sese eruat. Primum est, sensus suos & linguam sub continuo ac iugi freno, hoc est, sub arctissima custodia ac circumspectione vigilantissima custodire: nec illis libertatem egrediendi aut se effundendi admittere, nisi ubi certa fuerit ac iusta occasio, Dei honorem aut proximi vtilitatem propter Deum præcurrans.

Alterum est assidua, iugi ac perpetua oratione te conuèrtere ad Deum, nunc gemendo pro defectibus, pro lapsibus, pro infirmitate, pro instabilitate, pro ingratitude, pro impuritate, pro infidelitate, pro tepore ac cæteris id genus multis: nunc iterum supplicando pro gratia, pro virtute, pro misericordia, pro auxilio, idque pro se & vniuerso mundo. Discat igitur mentaliter orare, & continue orando loqui ad Deum.

Tertium, quando delictum, quando tentatio, quando desideria aut cogitatio mala, quando pressura, quando tristitia aut aduersitas sentitur, illud ad vulnera Christi, potissimum tamen ad eiusdem cor apertum confugere, & ibi se

bi se abscondere, illuc se imprimere, & in recordatione diuinæ bonitatis impugnationis suæ obliuisci, ab omnibus quoque ibi phantasijs, perturbationibus, imaginationibusque exui.

Qui voluerit huius rei veritatem experiri, incipiat ac perseueret, & cepti illum non pœnitebit. Itaque hæc est dies quam fecit Dominus, & ipse est dies, exultemus & letemur in ea. Vtinam eo peruenissemus, vt nulla res alia nos gaudio possit afficere, præter hanc diem, id est, præter Deum, nulla mœrore, præter culpam siue peccatum. Hoc tribuat nobis Dominus Iesus Christus, pro nobis crucifixus, mortuus ac rediuuus in secula benedictus, Amen.

Tetati quomodo sese in Christi vulneribus abscondant

IN SOLENNITATE ASCENSIONIS

Domini nostri Iesu Christi.

De multiplici iubilo, quo Christus ascendit in cœlum, & qua via sit illum sequendi. Sermo I.

**A**scendit Deus in iubilo, Psal. XLVI. Ascensionem Domini fratres charissimi non minus cœlo quam mundo festiuam hodie recolimus: cuius lætitiã, quanta fuerit tum Christo ascendenti, tum angelis & electis omnibus, quantaque & hodie & perpetuo maneat, nemo potest explicare, nemo capere. In terris magna agitur celebritate gaudium, si rex, si princeps, si dominus nouus in regnum, ducatur, aut ciuitatem eligatur, instituitur, aut introducitur, atque adeo nihil non offertur festiuum, vt si quis tunc tristitiam ibi vel simularet, haudquaquam careret suspitione, ne inuideat, neue iniquum aliquod in dominum meditetur. Itaque immenso gaudio, cœlum terraque tripudiat, quãdo vniuersorum Dominus, quãdo rex & redemptor noster: imò & frater noster cœlos petit, captiuam ducens secum sanctorum patrum, quam liberauerat, captiuitatem. Non minori quoque nos hodie gaudio debemus eidem congratulari: qui quamuis in terra licet detinemur incolatu hospites, adoptione tamen sumus cœli ciues. Venite igitur exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro. Quandoquidē Deus ipse noster ascendit in iubilo, iubilū dicunt sancti, inexplicabile gaudiū cordis: vel iubilus est ineffabile gaudiū, quod nec taceri potest nec exprimi valet ( adde ) quod habetur pro æternis. Multiplici iubilo ascendit Christus. Primum, in iubilo proprio. Siquidem iubilauit quod voluntatem Patris impleuit: quod diabolus non potestate, sed iustitia superauit: quod denique opus nostræ redemptionis consummauit. Nam si tam immodico ad patientiæ desiderio arctabatur, vt diceret: *Baptismo habeo baptizari, & quomodo corarior vsque dum perficiatur?* nimirum æstuantissima charitate salutem nostram accelerari fitiens: quanto nunc putandus est gaudio exultasse, quando quod tam vehementer cupiebat accelerandum, vidit consummatum? Quantum exultabat, quando iam non modo quæ ad animarum remedia essent, sciuit parata, verum etiam quæ ad sanitatem, quæ ad integritatem, quæ ad gloriam denique perfectam pertinerent, ingenti sanctorum exercitui suo vidit munere collata? Iterum, Ascendit Deus in iubilo angelorum. Iubilauerunt etenim angeli de hominum reparatione. Quid ni iubilarent de tot hominum plena

Psal. 47.

Psal. 94.

Psal. 46.

Iubilus qui

fit.

Christum

multiplici

ascendisse

iubilo.

Luca 12.

Iubilandi

Christo

causa quæ

fuerit.

Angelis

quænam

fuerit iubi-

landi ratio.

Luc. 15.

Fff

feli-

Pfal. 6.

Luc. 2.

Apostolos  
iubilasse  
propter tria.Iubilandi  
patribus ra-  
tio triplex  
fuerit.

Ioan. 14.

Ascendenti  
Christo cur  
potissimum  
sit congru-  
tandum.

Hebr. 6.

1. Ioan. 2.

Ioan. 14.

Augustin.

Vitæ ater-  
næ quanta  
iucunditas.

Mich. 1.

Ascensus  
Christi duo  
qui sint.

Ioan. 10.

Pfal. 67.

Pfal. 46.

Lucæ 14.

Gregorius.

felicitate, qui tantopere gaudent vel de vnius peccatoris conuersione? Iubila-  
uerunt de suâ ruinâ restauratione seu restitutione, utpote quod benigne se-  
cisset Dominus in bona voluntate Sion, quando iam impleret ruinas, & ad-  
ficarentur muri Hierusalem. Iubilauerunt de sui regis exaltatione. Nam  
eidem mox nato, & ad miseras nostras perferendas, ad passiones quoque re-  
lerandas accincto lætabundi gloriam cecinerunt, quid iam cum spolijs victo-  
ri ascendenti ac triumphanti ad patris dextram redeunti laudum, præcon-  
torum, atque gaudiorum obtulere?

Tertio, iubilauerunt Apostoli etiam propter tria. Propter Christi glo-  
rificationem, propter Spiritus sancti promissi certam expectationem, &  
propter gentium vocandarum conuersionem. Quarto, iubilauerunt sancti  
patres redempti cum Christo ascendentes, tum quod ab infernali sunt carce-  
re liberati, tum quod angelorum agminibus sunt associati tum denique eorum  
beatitudinem ex visione sanctæ Trinitatis sempiternam sunt adepti. Inter  
hos nobis est etiam iubilandum gratulantibus Christo regi nostro, quod in-  
trauit in gloriam suam. *Si diligeretis me*, ait Christus, *gauderetis utique, quia  
vado ad patrem. Si diligeretis me*, inquit, non tantum amore concupiscens,  
videlicet quo vobis ex me bene optatis: sed amicitia, qua mihi, id est, corpo-  
ri meo glorificationem fauetis: *gauderetis*, id est gratularem mihi, quod  
vado ad patrem. Et reuera merito quidem. Nam Titum Vespasiani filium  
deo lætatum referunt pro exaltatione patris ad imperium Roman. ut nimo  
mox gaudio corpus eius languesceret: & anima Christiana, anima religiosa,  
pro honore, pro exaltatione, pro glorificatione domini & sponsi sui exulta-  
bunda & laudans non iubilabit, aut prædilecti casto non languebit amore.  
Gaudeamus igitur, quia Christus vadit ad patrem. Gaudeamus, quia præ-  
cursor pro nobis introiuit in gloriam patris, ut aduocatam habeamus  
cœlis. Gaudeamus, quia vadit parare nobis locum. Locum, in quo ut Augu-  
stinus ait, tanta est pulchritudo iustitiæ, tanta est iucunditas lucis æternæ,  
quod si non liceret amplius in ea manere, quam vnius diei mora, propter  
hoc solum innumerabiles anni huius vitæ, pleni delictijs & circumstantijs  
bonorum temporalium, rectè meritoque despicerentur. Hunc locum nobis  
parat, non qui modo non sit, sed quia illo nos dignos facit, & ius possiden-  
di nobis tribuit: illum nobis aperiens, nobis ad illum iter ostendens, & nos  
in viadeducens. *Ascendit*, inquit Micheas, *pendens iter ante eos*. Duo sunt  
Christi ascensus. Primus est (quem iam pridem recolimus) quo ut passus  
bonus pro ouibus suis animam suam positurus, ascendit in crucem. Alter  
quo hodie ascendit in cœlum, in primo ascendit super occasum, quando in lig-  
no nostram naturam in semetipso suspendit, & in cruce moriens, mortem  
calcauit. In altero ascendit in iubilo, quando naturam eandem super cœles-  
tiorum ad patris dextram leuauit. Illic nobis iter pandens, quo sequendum  
sit, monstrauit: hic se imitantibus in gloriam suam intrandi copiam fecit.  
in priori patiendi exemplum docuit, in præsentis gloriæ suæ ut consors  
efficiamur compotes fecit. Vtrunque ascensum complexus est, ad verumque  
nos inuitauit, quando dicebat. *Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam  
suam*. Nonne & multo magis oportet nos pati, si in gloriam intrare con-  
diimus alienam? Si hunc sine flagello non exiit, inquit Gregorius, qui sine  
peccato

peccato venit, quomodo illi flagello digni non sunt, qui cum peccato venerunt? Ascendit igitur Dominus noster Iesus Christus in crucem, iter pandens ouibus suis quo sequantur. Siquidem ipse est pastor ille, qui cum proprias oues emiseric, ante eas vadit, & oues illum sequuntur. Sequamur eum fratres, quia hæc via est, qua nos oporteret intrare in regnum Dei. *Omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Ludibria & verbera sunt experti, insuper & vincula & carceres. Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt. Circumierunt in melatu, in pellibus caprinis egentes, angustiiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & cauernis terra* Hæc est via Domini, hæc porta Domini & iusti intrabunt per eam. Hoc modo in crucem ascendere, est post Dominum ire. Hæretici nostri & sine operibus bonis, & sine passionum, hoc est, aduersitatum tolerantia: imò & facinoribus pleni & flagitijs obruti, sperant se introituros regnum Dei. Verum hæc non est spes, sed inconsulta præsumptio. Aded faciunt misericordem Deum, vt desinat esse iustus. Aded putant bonum, quasi eorum flagitijs faueat. Verum hoc non est esse bonum, sed pessimum. Non hanc viam elegit Dominus, non docuit. Nemo alia via præsumat querere regnum cælorum, præter eam quam & Christus docuit & ambulauit. *In mundo ait Christus, pressuram habebitis. Et iterum: Mundus gaudebit, vos autem contristabimini.* Hæc est via arcta, quam paucis peruiam fecit Christus. Quapropter gaudium nostrum sit hæc tristitia fortiter ac hilariter perpeti, expectantibus illud tempus quo simul finiantur tristitia, & in gaudium vertantur omnia. Valeant cum gaudijs suis hi, qui terrena sapunt, qui cælestia neque expectant neque quarunt, quia non quemadmodum debent, quarunt. Vos autem charissimi fratres inter infirmitates, inter tentationes, in contemptu, in fame & siti: postremo, inter aduersa quæcumque per patientiam curratis ad propositum nobis certamen, aspicientes in autorem fidei, & consummatorem Iesum qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta. *Revergate enim qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes.* Scitis quanta passus est magister vester. Scitis quanta rursus passionis ipsius corona, quanta post eius dolores & gemitus secuta sint gaudia. Ascendit quidem ipse hodie in iubilo, sed nobis tamen vestimenta suæ passionis pro testamento hic in sui memoriam & pro sui imitatione reliquit. Cecidit Helix nostro in cælum ascendenti pallium eius, quod nobis non modico desiderio est leuandum. Quod ais pallium? Nempe vestimentum illud quod angeli mirabantur in ascendente rubrum, dicentes: *Quare rubrum est vestimentum tuum?* Quibus Dominus quoque respondens: *Torcular, inquit, calcavi solus.* &c. Itaque pallium Helix nostri, pallium, inquit, Domini Iesu in hac mortali vita fuit torcular, hoc est, pati & despici, quicquid carni durius erat eligere, patris voluntatem magis quam propriam facere, vulnerari, sanguine proprio rubricari, crucifigi & mori. Hoc pallium cecidit Helix, eidem resurgenti & ascendenti quia *resurgens ex mortuis, iam non moritur, nec mors ei ultra dominabitur.* Hoc pallium cecidit Christo, relictum est nobis: quandoquidem *Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius.* Non vult nobis sufficere, quod ipse passus sit pro nobis, nisi & nos aut bona operando, aut dura patiendo eius amore sustineamus.

Ioan. 10.  
Judith. 8.  
Hebr. 11.  
Via recta ad cælum ducens quæ sit.  
Psal. 117.  
Spes Luthe- ranorum qualis.  
Ioan. 16.  
Ibidem.  
Matt. 7.  
Hebr. 11.  
4. Reg. 2.  
Pallium Helix mystice quid.  
Esaia 63.  
Ioan. 5.  
Rom. 6.  
1 Pet. 2.  
Pallium cuiusmodi Christus nobis reliquit.



1. Cor. 1.

Aquæ pal-  
lio Christi  
quomodo  
diuidantur.  
4. Reg. 2.

neamus. Sequamur exemplum eius necesse est, & regnum cœlorum quanti illi constat, tanti nos quoque comparemus. Ita enim comparabimus: sed hoc hoc quidem, nisi per ipsum. Quid enim sunt opera nostra, quid patientia nostra ad regnum cœlorum? Sed proinde hoc dictura sit, si in primo ascensu socij fuerimus passionis, in altero confortes erimus & gloria. Ad hanc gloriam nos inuitat Christus, ad hanc nos expectat, ad hanc nobis viâ quocumque parat, cū nos castigando, cū nostra desideria praua præpediendo, cū conuulsos illicitos refrenando, cū ad meliora nos impellendo fatigat. Quæ cū hilariter de manu eius accipimus, cū gratias agentes, æquanimiter sustinemus, pallium quod Christo cecidit, leuamus. Hoc pallio tribulationum aquas, vt Hælisæus, quæcunque occurrerint percutientes diuidimus, vt sicco, hoc est, inoffenso pede transeamus. Quippe, cū nihii sic tentationum fluctus comprimat, nihil aduersitatum vndas aded mitiget, nihil patientibus pericula non excludat, quam Dominum nostrum Iesum Christum pro peccatis nostris ex charitate, vt nos redimat, patientem contemplari, omnia quæ super nos venire permittit, de manu ipsius accipere, ac in eius beneplacitum penitus nos illi resignare, vt pote qui nihil magis quam salutem nostram diligat, cuncta in vtilitatem nostram instituit: propterea ab omni creatura benedicendus atque laudandus in secula, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Quod via abnegationis & patientia via est ascendendi post Christum  
in cœlum. Sermo II.*

Ioan. 14.

Via post  
Christum  
ascendendi  
in cœlum  
quæ sit.  
Matth. 7.

Augustin.

1. Cor. 13.  
1. Pet. 2.

**A**scendit iter pandens ante eos. Mich. 2. Charissimi fratres, ascensione Iesu Christi Domini nostri in cœlum hodie colimus, vnde certantibus fidem, hominibus quoque cœlorum esse reueratam portam. Habemus nihilo minus spem firmam introeundi post Iesum, tanquam post regem milites, post caput membra. Aperta nobis est porta, & via quæ illam ducit, nobis manifesta est, Christus ipse nobis est via. In se namque docuit monstravit viam qua perueniamus ad cœlum. Vita eius via nostra est. Scimus, charissimi fratres, quomodo vixerit, quomodo passus, quomodo mortuus sit Christus, quomodo deinde resurgens ascenderit in cœlum. Hanc imitationis viam necesse nos ambulare. Ipsa enim est arcta illa, quæ ducit ad viâ, quæ Christus non solis solitarijs, sed omnib. pariter beatâ viâ ingredi cupientibus instituit. Non est quæ inquiras alia via (etiam si in monasterio non fueris) nisi hæc arcta & angusta, quam Christus ipse prior ambulauit. Hanc non dedignetur ambulare homo peccator, quæ præiuit homo Deus. Euigilia igitur nunc (vt verbis vtar beati Augustini) omnis anima Christiana, & si in te eminet virtus charitatis, quæ omnia sustinet, domini tui imitare vestigia. Christus enim, ait Petrus Apostolus: *pro nobis passus est, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* Et si ille propter te de cœlesti sede ad terrena descendit, tu propter te fuge terrena, appete cœlestia. Si dulcis est mundus, dulcior est Christus. Si amarus est mundus, omnia propter te sustinuit Christus. Via tibi factus est ipse Saluator. Vides etiam, & quæris quod dicitur

ducat hæc ipsa via? Ad veritatem & vitam ipsa ducit. Si amas veritatem, & si  
 amas vitam, & cupis ad veritatem & ad vitam venire, à via noli errare. Video,  
 inquis, viam, sed amara est, aspera est. *Ardua enim & angusta est via, quæ ducit  
 ad vitam.* Christus transfuit, & adhuc aspera est? Caput transfuit, & adhuc  
 membra trepidant. Sed Christus, inquis, Deus est & homo, ego autem homo.  
 Tot millia martyrum transfierunt, & adhuc tibi aspera est? Transfierunt se-  
 nes, transfierunt iuvenes, transfierunt pueri, puellæ transfierunt viam quam ti-  
 mebas, tritam tibi fecerunt. Ambula ergo viam, securus ambula. Quid enim  
 metuis in hac vita? Mortem? Et mortem times, qui ad vitam curris? Hæc  
 beatus Augustinus.

Christo igitur per aspera incedente sanctisque omnibus per eandem vi-  
 am, puta per tribulationes multas sequentibus, quis posthac super terrena-  
 rum consolationum inopia, quis quod societatibus atque lætitijs mundanis  
 non debeat interesse, doleat? Quis pœniteat, quod relicto seculo, deserta et-  
 iam via illa lata, quæ ducit ad interitum, monasterium ingressus est? Quis  
 grauatum se clamabit, quod sibi non liceat malè agere, & ad infernum curre-  
 re? Quis murmuret contra benè agendi necessitatem? O necessitatem omni-  
 no felicem, compelli ad honestiora, ad meliora, ad beatam denique vitam.  
 At rursus, quam infelix libertas, licentia dicerem, effreni cursu præcipitem  
 se dare in amicitiam mundi, quæ inimica est Deo, & in latam viam quæ du-  
 cit ad perditionem: sic nihilominus miserum est pœnitere de inchoata pœni-  
 tentia, tritari aut conqueri de via cepta ad regnum celorum. Sed via, in-  
 quit aliquis, displicet, quia angusta & carni contraria est: Et quare non co-  
 gitatur simul viæ terminus, vita beata? Nunquid & illa displicet? Porro si pa-  
 tria, videlicet beata vita, placet, non displiceat etiam necesse est ad patriam  
 via: idque non solum monacho, sed omni etiam Christiano. Proinde siue in  
 seculo siue in monasterio viuatur, si post mortem volumus gaudere in celo,  
 necesse est Christum imitari, qui per angustam nos ducit viam, quamdiu su-  
 mus super terram. Ambulemus igitur charissimi, & perfecto desiderio imi-  
 tandi post Christum ambulemus, memores vocationis nostræ, memores pri-  
 mi propositi nostri, quod eam ob rem huc venimus. Amplectamur toto cor-  
 de quicquid professio nostra, quicquid superiorum ordinatio, quicquid pro-  
 uidentia diuinæ dispensatio, quicquid fraternæ charitas, quicquid obedien-  
 tia, quicquid communis utilitas aut necessitas à nobis exquirat: idque quale-  
 cunque hoc sit, cum feruore & hilaritate, proprijs voluntatibus ac priuatis  
 commodis quibuscunque anteferendo. Semper versetur in cordibus nostris  
 sententia illa Bernardi, statutis nostris etiam nobis commendata: Spiritus  
 sanctus illa hora gratum non recipit, quicquid aliud quam debes, neglecto  
 eo quod debes, obtuleris. Saul, quia quod voluit, non quod iussus fuerat, fe-  
 cit, à Domino reprobatus fuit. Et certè nisi propheta aliter mandasset, com-  
 parado ipsa opera inter se melius (quod Saul elegit) videbatur, id est, Dño pe-  
 cora sacrificare, quam absque diuino cultu ea mactare. At modo accedente  
 dominica iussione per prophetam, quod alioqui vilius fuerat, iam non vilius,  
 sed dignius, nec deinceps arbitrarium, sed deinceps necessarium erat. Et id-  
 ed Saul peccauit, propterea quod offerendo Domini neglexit voluntatem:  
 nec

Act. 14.

Necessitas  
 felix quæ.  
 Libertas in  
 felix quæ.  
 Iacob 4.  
 Matth. 7.

Luc. 13.

Bernardus.  
 1. Reg. 15.  
 Saul cur  
 fuerit repro-  
 batus.

nec profuit ei, sed nocuit quod fecit. Quam timendum est fratres, quam dolendum, multos homines labores suos, o rationes suas, opera sua licet alias bona non solum perdere, sed saepenumero etiam cum Dei contumelia facere & poena se reos efficere, cum propter haec propria, ad quae illo tempore non tenenter obligati, alia interim omittunt quae debent. Et hoc de bonis operibus interim dictum sit, quorum occasione intermittuntur debita. Quid de inutilibus, ne dicam perniciosis, sentiendum est, propter quae illa quae interea deberent fieri negliguntur? Consultissimum igitur ac necessarium est quod venerabilis Ioannes Gerson non monachus, sed monastico imo diuino spiritu praeditus, scribit cuidam Carthusiensi, inter alia sic monens: Confidete religiosus quoniam bonorum nostrorum Deus non eget, atque proinde melior est obedientia quam victima. Propterea cenferi debeat pro regula generali, illud esse melius, illud pulchrius, illud nobilius, illud vtilius, delectabilius & honestius, quod est obedientia proximius: sit illa res in qua obediatur, vilis, abiecta, turpis, inutilis, laboriosa, vana, stulta, quantumlibet inhonesta, solo peccato excluso. Haec Gerson.

Ioannes  
Gerson.  
Psal. 15.  
1. Reg. 15.

1. Pet. 2.  
Matth. 7.  
Luc. 13.  
Luc. 9.  
Via arcta ad  
regnum du-  
ces caelorum,  
circa quid  
potissimum  
vertetur.  
Monasticae  
vite scopus  
quis sit.  
Abnegatio-  
nem euangeli-  
cam cur  
religiosis  
maxime  
inuideat  
diabolus.  
Quibus mo-  
dis religio-  
sum ad sta-  
tus sui discipli-  
centiam in-  
ducere nititur  
diabolus

Vt ergo coeperam dicere, ad monasterium venimus, vt Christi sequamur vestigia, viam arctam & angustam ambulantes: quae versatur potissime circa sui abnegationem, dicente Christo: *Qui vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me.* Non est crux maior, quam seipsum abnegare, amatoribus propriae voluntatis: & cum torqueamur circa multa, & undique angustemur ( licet interdum leuissima ac propè nulla sint quae nos angustant ) has tamen angustias pariunt nobis priuatus amor, voluntas propria, & immortificatio nostra. Tanto igitur minus patitur, tanto pacem habet vnusquisque maiorem, quanto magis abnegauerit semetipsum. Quapropter cum studium monasticae vitae ac scopus sit puritas cordis, exercitia media religionis, omnia penè versantur circa sui abnegationem, sine qua nulla speranda est puritas. Huic propterea quod vberimos omnium virtutum fructus germinet, maxime inuideat diabolus, ac omni malignitatis suae studio nititur varijs modis inde monachum abducere. Suadet nouitijs ( quos carnalibus non potest vitijs pellicere ) in seculo multas esse occasiones praecleariores beneficiendi, ac animas Deo lucrandi, ad quae possit esse idoneus, ac citra imperium alienum fore magis deuotus, quam vt se stringat ad has obseruantias monasticas frigiditas, atque ( vt mentitur ) inuitas. Promittit in seculo aut alio statu mendax futura omnia tranquillitas, tolerabilia, suauitas: hic verò cuncta dura & insipida: illic victurum sanctè, hic tepidè. Innumera eiusmodi exaggerat, vt ad displicentiam sui status nouitium inducat: suadet in seculo nihilominus ( vt dixi ) posse saluum fieri, atque animas praeter multas bono exemplo posse lucrari. Quare tandem haec? Nunquid vt profectum suadeat, aut aliquem efficiat? Minime. Sed vt tepidum reducat ad vomitum, hoc est, vt à bono statu à monasterio abducatur ( à quo nunquam abducere niteretur, nisi statum nouitio saluberrimum futurum in modis cognosceret ) Abductum autem atque iam semel victum in seruum possideat, & per eundem alios seruos multos obtineat. Verè si in monasterio tibi, quisquis es, molestum est angustam incedere viam, & Christum sequi, vbi omnes sequuntur, & vbi adsequendum alij hortantur verbo, alij trahunt exemplo



alij societate inuitant, alij oratione iuuant, quomodo tu solus in seculo per angustam viam incedes, aut quid spei tibi esse potest, quod ibi religiosius viuas, vbi ante offendes centum, qui à bono abducant, quam vnum qui bene consulat? Si apud ignem positus calorem non sentis, in pruina & niue confitutus vnde calefies? Si Deo seruientibus mixtus in monasterio non compungeris, vbi lectiones, monita, exempla atque id genus alia permulta habes, quæ ad pietatem vrgent: sed manes ad diuina acediosus, fastidiosus ad omnia, quando inter mundanas societates: quando inter pocula & symbola, quando inter puellarum greges, quando inter nugas & ocia vana in seculo Deo efficiaris deuotus?

Vana igitur & mendax est diaboli omnis illa promissio à felici statu & vocatione diuina machinantis abducere. Quippe (vt verbis loquar Gersonis) qui non habet efficacius malignandi machinamentum, quam si possit huiusmodi suadere displicentiam status sui iam assumpti iamq; professi. Et hoc facere conatur, nunc sub velamine maioris vtilitatis in alia vocatione, vt in prædicando, nunc sub figmento quietis contemplatiuæ, nunc sub arrogantiæ scientiæ amplioris, nunc sub vmbraculo, quasi omnia sint inutilia, quæ agit in vocatione sua, prosequendo singula & annihilando (ieiunia, vigiliæ, prolixitas cantus & horarum, solitudo grauis & iuge silentium cum similibus sint pro exemplo) subiungens quod Deus solum inspicit cor, & corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, addendo: Vt quid denique perditio hæc? Poterat enim vnguentum suum, vt sibi videtur, venundari multo, & non sic deperiret. Hæc Gerson. Eiusmodi autem & alia dicit spiritus seductor instabilibus cellitis, vnumquemque secundum naturalia & consuetudines illius, quibus perspicit infirmiores, & ad lapsum procliuiorem tentans, vt de cella salutis in viam perditionis reducat, aut de feruore primo in acediam teporemq; inextricabilem pertrahat, quo videantur in monasterio grauias impossibilia & insipida omnia. Nec quæ passioni huic queant mederi, assumuntur remedia, videlicet legendi, orandi operandiq; assiduitas, & instantia resistendi: sed quæ morbum augent, vt sunt consolationes secundum carnem, ocium, euagatio mentis, curiositates, nouitates, confabulationes, edendi bibendiq; delectationes quaruntur, vt corpore quidem versetur nouitius in deserto, animo verd in Aegypto. Certè si semper nobis hic esset viuendum, non mirum fortassè videretur, pro abundantia, temporalium & rerum & delectationum niti. At cum vita nostra (cuius ne vnum quidem momentum nobis certum restat) via duntaxat est ad veram, stabilem perpetuamq; vitam, ita nobis viuendum est, hoc est, ita nobis ambulandum est, vt ad veram vitam, ad beatam patriam nostram peruenire nobis liceat. Atqui Sanctorum omnium sententia est, vt per tribulationes multas oporteat intrare in regnum cælorum. Vtrò igitur hanc viam amplectamur, nec aliam quæramus. Consolabitur nos amor & desiderium patriæ cælestis, vt propè nihil æstimemus, quicquid huius amore pertulerimus. Id ipsum sentit, id ipsum hortatur quoque diuus Augustinus dicens: Cum sequeris viam Christi, non tibi seculi prosperitates promittas. Per dura ambulauit, sed magna promittit. Sequere. Noli tantum attendere qua iturus es, sed & quo venturus sis.

1. Reg. 16.  
Prou. 14.  
1. Tim. 4.  
Matt. 26.

Remedia  
contratenta-  
tiones.  
Fomenta  
tentationū.

Vita præsens  
comparatur  
via.

Act. 14.

Augustin.

Tole.

Labores huius vite qui sint parui respectu felicitatis æternæ.

2. Cor. 11.

Lucæ 20.  
Ephes. 6.  
Rom. 8.  
Matt. 7.  
Luc. 13.

416  
Tolerabis dura temporalia, sed ad lætitiã venies sempiternã. Si vis sustinere laborem, attende mercedem. Nam & operarius in vinea deficeret, nisi attenderet quid accepturus esset. Cum autem attenderis quid sis accepturus, omnia erunt tibi vilia quæ pateris, nec digna æstimabis pro quibus illud accipias. Miraberis tantum dari pro tantillo labore: Nam utique fratres pro æterna requie, labor æternus subeundus erat. Aeternam felicitatem accepturus æternas pæsiones sustinere deberes. Sed si æternum sustineres laborem, quando venires ad æternam felicitatem? Ita fit vt necessaria temporalis sit tribulatio tua: qua finita venias ad felicitatem infinitam. Sed planè fratres possent esse longa tribulatio pro æterna felicitate: Verbi gratia, vt quoniam felicitas nostra finè non habebit, miseria nostra & labor noster & tribulatio nostra diuturnæ essent. Nã etsi mille annorum essent, appende mille annos contra æternitatem. Quid appendis cum infinito quantumcunque finitum? Decem millia annorum, decies centena millia, si dicendum est, & millia millium, quæ finem habent, cum æternitate comparari non possunt. Huc accedit, quod non solum temporalem voluit laborem tuum Deus, sed etiam breuium. Paucorum dierum est tota vita hominis, etiam si læra duris non miscerentur, quæ plura & longiora sunt certè quam dura: & idèd breuiora & pauciora sunt dura, vt durare possimus. Si ergo per totam vitam suam in laboribus & in ærumnis esset, in doloribus & in tormentis, in carcere & in plagis, in fame & siti, omnibus diebus, horis omnibus per totam vitam suam vique ad ætatem senectutis, pauci dies sunt tota vita hominis. quo labore transacto veniet regnum æternum, veniet sine fine felicitas, veniet æqualitas Angelorum, veniet hæreditas Christi, veniet cohæres Christus. Pro quanto labore quantum mercedem accipimus? Hæc Augustinus. Nos igitur charissimi, quia arctam & angustam viam sumus amplexi, in ea ambulemus. Nulla nos tentatio vincat, nulla tribulatio frangat, nulla pusillanimitas deiciat, nulla nos accidia fatiget. Nunquam enim diabolus, nunquam mundus, nunquam propria carnis fragilitas poterit nobis nocere, si per bonam voluntatem noluerimus nobis ipsis deesse. Nec Deo seruire erit molestia, vbi à corde excisa fuerit accidia. Videtur quidem arcta & angusta via, sed dilatatur spe & charitate. Est etiam brevis, quam sequitur gaudium beatæ & interminabilis vitæ, gaudium immensum & infinitum. Ad quod felicissimè nos vocauit, & huc nos in viam, imò quasi in portam, per quam mox introeamus in requiem illam beatam, constituit Iesus Christus Dominus noster in secula benedictus, Amen.

### IN EADEM SOLENNITATE.

*De laude obedientie, & de tribus qua ab obedientiam retrahunt.*  
Sermo III.

**H**umiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu flectatur omne genu, caelestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Ad Philipenses 2. Christo ad Patris dextram exaltato charis-

charissimi fratres, nos gaudere conuenit. Siquidem eius ascensio nostra est in  
 cœlum assumptio. Vt enim propter nos de regalibus cœli solijs descendit, vt  
 propter nos passus est, vt denique vsque in mortem crucis se humiliavit, ita  
 rursus hodie exaltatus præcurfor pro nobis introijt in gloriam suam. Con-  
 solatur autem nos, sequendiq; spem præbet, quod ipse caput Ecclesiæ, quod  
 primogenitus ex mortuis: nos verò membra eius sumus & cohæredes. Ad-  
 hæc quod non potest non esse efficax, quam ad patrem fecit oratio: *Volo (in-  
 quiens) pater vt vbi sum ego, illic sit & minister meus.* Ministros Christi credo ef-  
 se nos omnes, si tamen illud, quod in epistola sua diuus admonet Ioannes, no-  
 bis non excidat: *Qui dicit se Christi esse, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare.*  
 Atque illud Christi: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat  
 crucem suam, & sequatur me.* Satis hic insinuatam est quid à fideli imitatore  
 exspectat Christus. Satis intelligimus eis qui Christi cupiunt esse gloriæ con-  
 fortes, necessarium fore, vt vitæ sint etiam imitatores. Igitur cum Christus  
 propterea sit exaltatus in gloriam patris, quod humiliauerat semetipsum,  
 factus obediens vsque ad mortem, quid aliud conficitur, quam obedientiã  
 viam esse regiã, qua sequimur Christum? qua ascendimus in cœlum? Ab hac  
 quisquis recedit, Christum deserit. De hac vt non nihil dicamus, aduertendũ  
 tria esse quæ nos fallunt & ab obedientia detinent. Primum, quod in hominẽ  
 nimis respicitur, velut hic solus sit qui præcipiat, cum potius ille, cuius loco  
 & vice nobis præest, cogitandus sit. Inde vsu venit vt prælatorum iussiones,  
 hoc præsertim tempore, non aliter quam traditi unculæ humanæ accipian-  
 tur, quas contempnissimè non magni referat. At rectius est nobis sentiendum.  
 Credendum potius Bernardo, Bonauenturæ, cæterisque omnibus Doctori-  
 bus spiritu sancto plenis, quorum vna est hæc sententia omnium: Quicquid  
 vice Dei præcipit homo, quod tamen non sit certum displicere Deo, haud se-  
 cus omnino accipiendum est, quam si præcipiat Deus. Quid enim inter est, v-  
 trum ipse, an per suos ministros, siue homines, siue angelos, hominibus no-  
 tum faciat suum beneplacitum Deus? Ipsum proinde, quem pro Deo habem-  
 us, tanquam Deum in his quæ aperte non sunt contra Deum, audire debe-  
 mus. Credendum Paulo Apostolo, qui libertatem aut (vt verius dicam) ser-  
 uicitutem carnis interdicēs, Rom. admonet, vt *omnis anima potestatib; sublimioribus  
 subdita sit. non n. est, inquit, potestas nisi à Deo, q̄ aut sunt à Deo, ordinata sunt. Itaq;  
 qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnatione  
 acquirunt.* Et Hebræos vt obediunt præpositis suis, Deo rationem animarum  
 suarum pro se reddituris. Alterum, quod ab obedientia abducit, amor est sui,  
 quo sibi vnusquisque hoc solum bonum ducit, quod propria eligit volun-  
 tate. Delicatam hanc & nimis molestant vocat obedientiam Bernardus, nũ-  
 quam libenter obedire, nisi cum audire contigerit quod fortè libuerit aut  
 quod non aliter licere seu expedire monstrauerit vel aperta ratio, vel indu-  
 bitata auctoritas: Hæc, inquit, obedientia non est quæ ex regula traditur obe-  
 dientia sine mora. Aduertendum igitur generatim, non quod delectabilis,  
 sed quod molestius, plerunque acterè semper plus adferre frugis, quanto  
 magis verò mortificatio propriæ voluntatis ad obediendum præciosum  
 Deo efficitur holocaustum? Deinde cum virtus circa ardua sibi nomen ven-  
 dicat & locum, non potest dici virtus, quicquid ex priuato amore nascitur:

Leo Papa.  
Sap. 18.  
Hebr. 6.  
Collof.

Rom. 8.  
Ioan. 17.

1. Ioan. 2.  
Luc. 9.  
March. 19.

Phil. 2.  
Obedientia  
via regia se-  
quedi Chri-  
stum.

Ab obedi-  
tia hominẽ  
detinentia  
tria quæ sint

Bernardus.  
Bonauent.  
Obedientiã  
esse Dei vi-  
carijs, tan-  
quã ipsi Deo

Rom. 13.

Heb. 13.

Amor pri-  
uatus vt  
impediat  
obedientiã.  
Bernardus.

Obedientia  
magis fru-  
ctuosa quæ  
sit.

Amor pro-  
prius quo-  
modo mor-  
tificandus.

Voluntas in  
bono stabili-  
ta quam  
validissimū  
fit praesidiū.

Obedientia  
vnde virtutis  
nomen me-  
ritumque  
forciaur.

Obedientia  
opera quan-  
tum excel-  
lāt qualibet  
alia.  
Ioannes  
Gerson.  
1. Reg. 15.  
Nobilius  
perfectiusq;  
opus quod  
nam sit.

Micron.

S. Agatha.

Ioannes  
Taulerius.

quin etiam non potest non aduersari virtuti, quicquid extra Deum delectat. Delectat autem extra Deum omne, quod obedientia repugnat. Proinde qui ab eiusmodi se conatur ignavia extricare, vim sibi primo inferat necesse est, donec proprii sensus & voluntatis duritiam (quæ hunc sibi laborem & obediendi difficultatem pariunt) conterat & conscientia læticiam quæ de obedientia nascitur, gustet. Nam quanto qui per obedientiam sapius se abnegat, tanto quod imperatur dulcius portat. Atque rursus alienam iustitiam sibi quisque reddit magis exosam, quo hanc aut tardius perficit aut sapienter negligit. In hoc certamine praesidium est validissimum & victoriae praesidium, bona voluntas, stabilita, videlicet institutum firmum sibi facere, nolle obedientiam vnquam prætergredi, sed omnibus anteferrī. Hanc edidit nouus tyro primum, & si non ita suauiter, tamen fortiter amplecti, nec quod sensuali affectioni placet, sed quod rationi est consentaneum, quamuis invidiosum eligere. Tertium est, quod etiam bonæ voluntatis nonnullos ab obedientia retrahit, dum rem quæ iubetur magis ex suo genere, quæ interdum vilis est, quàm ex obedientia virtute metiuntur. Cui, videlicet, rei imperat, dum aliquod nobilior quod interim in animo, aut præ omnibus habent, comparant, hoc suum studium & suam voluntatē magnificiunt, obedientiam contēnunt. Verum falluntur. Nam obedientia ipsa non ex dignitate operis quod iubetur, sed ex abnegatione eius qui obedit, virtutis nomen fortitur & meritum. Quæ etiam obedientia plerunque tanto est perfectior, quanto cum nomine res nobilior intermittitur, vilior agitur. Itaque nulla actio tam vilis est, quæ per obedientiam non efficiatur nobilis: imò quæ non plus sortitur meriti, quam ea quæ ex propria interim voluntate fieri potuisset. Praeterea dum igitur quicquid à superioribus iubetur, quantumlibet vile ex suo genere quandoquidem per obedientiam ita nobilitatur, vt ceteris omnibus præstantissimis haud iniuria possit anteferrī. Non fallit quod venerabilis Ioannes Gerson doctor profectō Christianissimus, non minus constantē, quam veraciter cuidam Carthusiano scribens, ait: *Melior est obedientia quam victima.* Propterea censerī debet pro regula generali, illud esse melius, illud pulchrius, illud nobilior, illud vtilius, delectabilius & honestius, quod est obedientia proximus. Sit illa res in qua obeditur, vilis, abiecta, turpis, inutilis, laboriosa, vana, stulta, quantumlibet inhonesta, solo peccato excluso. Exemplum habemus in Domino nostro Iesu Christo, qui sacerdotali & regio genere, ac spiritu prophético insignis, nudis ambulabat pedibus, alijsq; maxime humilitatis gestis se deiecit hanc existimans (vt beatus Hieronymus finaliter inuuit) summam nobilitatem, videlicet Deo patri obedire. Vnde & beata Agatha per iudicem suum inculpata, quod seruilem personam propter Christi seruitutem gereret, respondit prudentissimè theologizando dicens. Summa ingenuitas hæc est, qua Christi seruitus comprobatur. Hæc Gerson. Astipulatur huic veritati deuotissimus doctor Ioannes Taulerius, cuius verba ex vernaculo sermone versa, hunc faciunt sensum: Quodlibet, inquit, opus vel minimum vel vilissimum, quod ex pura & humili agitur obedientia, nobilior, Deo acceptius, meritisq; locupletius est, quam alia quæcumque quæ facere posset homo propria ex voluntate, quamlibet præclara illa adhibeantur. Equidem in veritate vobis denuncio, non posse hoc tuo offerri ho-

locustum Deo gratus, quam cor verè humile atque obediens. Adde quod tã humiliter tamq; purè posset obediendo quis propter Deum propriam abnegare voluntatem, seipsum relinquere, ac exire tam in spiritu quam natura, vt immediatè ac in momento citius, perfectius, puriusq; raperetur in Deum, quam si alio modo decem perfuisset annis in aliqua deuotione sublimis. Verbi gratia: Si tanta quis foret gratia præditus, vt consuetudine familiari, & (vt dici solet) personaliter Deum semper præsto haberet, euocatus autem ad obedientiam, vt deberet humiliter Deo diceret: Benignissime Saluator Domine Deus meus, sine vt tui nunc amore ad obedientiam abscedam. Hæc humilis sui relictio qua videlicet non quæ sua, sed quæ Dei sunt, quærens, obedientiam suæ præferret deuotioni, potior atque Deo grator esset, quam si eodem momento angelis admixtus æternæ vitæ gaudia penetraret. Porro quia exempla validè extimulant, addendum duxi quod sequitur, & eiusdem sunt verba Thauleri. Fuit in quodam monasterio virgo singulari castitate nitens, & Dei amore mirum in modum feruens. Hæc tanto ardebat sponsi cœlestis desiderio, tanta ad eundem vtebatur fiducia (quid enim non audet amor) vt quadam vice præ ardoris impatientia exclamans mente, huiuscemodi verbis Dominum alloqueretur: O dulcissime, ô vnice dilecte, ô fili Dei, ô redemptor animæ meæ, vtinam possibile foret, vtinam tibi placeret, vt vel vno ictu oculi in hac vita te possim contueri. Ad hoc amoris suspiriũ confestim ante oculos eius stat puero similis Dominus Iesus. Accidit tum fortè quadam è fororibus huius deuotæ cellam accedere, eamque nomine obedientiæ ad opus monasterij celeriter euocare. Quid faceret virgo Deo verè deuota? Molestum ei videbatur hospitem tam desideratum discedendo relinquere: impium, manendo per inobedientiam contemnere. Itaque rogat Dominum non minus simpliciter quam humiliter dicens: Mi Domine dilectissime atque desideratissime Christe Iesu, obedire mihi incumbit, quod tui amore libens faciam, & à te propter te recedam. Sed quæso (si tamen ita tibi placet) præstoleris me hic, quoad copia mihi fiat ad te redeundi. Hæc dicens ad opera monasterij abiit, & vultu tam hilari quam humili obediuit. Consummata obedientia, nihil magis ei cordi fuit quam cellam repetere, & celerrimè hospitem suum cœlestem renisere. Itaque aperienti cellam lumen miro fulgore coruscum (& quod oculis vix ferri posset) offundebatur. Ibi intuita dilectissimum Dominum suum, stantem non iam in specie pueri vt ante, sed pulcherrimi iuuenis, puta quatuor & viginti annorum, exultatione nimia, ac iubilo quodam soluebatur in risum, dicens: Eia dulcissime Domine mi Iesu Christe, qui factum est vt breui interuallo, & è puero tam ætate quam forma sic creueris? Dic quæso cordis mei gaudium, dic cur pulchriore & natu maiorem reperio, quem tantillum paulò ante reliqui? Huiuscemodi interrogationi Dominus Iesus per benignè arridens, O filia, inquit, profunda humilitas ac festina obedientia tua me venustaauerunt, & vt cernis tam grandem fecerunt. Esto semper obediens mei amore, si mihi sine medio cupis vniri. His verbis disparuit visio. Hoc maxime contra eos est, qui suis exercitijs alioqui bonis (nam ociosa taceo) ita inhaerent, vt ad obedientiam ceu rem vilem, & à proposito suo (vt ipsi dicunt) degererem vix aduocari queant, fastidienter quicquid propria voluntate non est

Paradigma  
obedientiæ  
mirabile.]

Deum re-  
linquere  
propter Deum  
quid sit.

Obedientia  
vix duplicem  
mereatur  
mercedem.

Voluntas  
bona quan-  
do nunquam  
fit sine fru-  
ctu boni o-  
peris.

Bernardus.

1. Reg. 15.

natum, quicquid amore priuato non est inquinatum. Quæcunque iubentur, grauant, quæ suapte ingenio eligunt, delectant. Hi Deo volunt seruire in proprietate, quemadmodum ipsi, non vt ille vult, cum tamen ne hominibus quidem ferat seruum, qui aliter quam ad placitum suum contendant seruire. Omnia igitur propter obedientiam omittenda sunt, si Domino malueris, quam nobis seruire atque vt perfectius dicam: Scire Deum propter Deum relinquere, non mediocriter sapientis est. Si quidem, hoc non est aliquid amittere, sed lucrari. Nam quicquid obediendi studio intermittitur, per obedientiam duplicatur. Confirmat hoc beatissima virgo Maria ad Brigittam in Reuelationum libro, dicens: Si videris duos homines, quorum alter est sub obedientia, alter in libera potestate. Si ille qui liber est, ieiunat, simpliciter habet mercedem: si autem ille qui sub obedientia comedit illo die ieiunij carnes secundum institutionem regulæ, & secundum obedientiam, attamen benignius ieiunaret, si non obfisteret obedientia: Ipse habebit mercedem duplicem. Vnam propter obedientiam, aliam propter dilationem desiderij sui non implerionem voluntatis suæ. Item libro VI. Si alicui volenti ieiunare, qui desiderium haberet comedendi, sed voluntas resisteret desiderio, precipereetur à superiori, cui obediendum esset, quod propter obedientiam contra velle suum comederet: illa comestio maiori remuneratione digna esset, quam ieiunium. Hæc ibi. Videtis modo nunquam esse bonam voluntatem, bene fructu bonis operis, quando non ex ignauiâ, sed altiori virtute, puta obedientia, præpeditur? Habet igitur obedientia proprium meritum, habet nihilominus interim quod intermittere cogitur bonæ voluntatis alterius. Vnde fit, vt bonum nunquam amittat, semper autem multiplicet. Cæterum quemadmodum verus obediens propriam voluntatem deserendo, quam obsequendo fit locupletior: ita qui obedientiam suam præferens voluntatem prælati iussione contemnit, non solum omnis expertus est meriti, verum etiam reus peccati. Neque enim illud Spiritus sanctus gratum accipit, pro quo quod negligitur interim quod debetur. Dictum fuit Sauli: *Melior est obedientia, quam victima.* Certè non commiserat Saul, quod suo genere foret malum (quippe cum sacrificium offerre Deo cæli non sit impium) sed bonum: tamen, hoc est, contra obedientiam faciendo, deliquerat: vt pote qui suo iudicium, suam voluntatem (quamuis in re alioqui bona & laudabili) vitare prætulerat iussioni. Liqueat nunc quam simus imprudentes, quando in omni missa obedientia, existimamus nos rectius aliquid interim gerere, cum sine obedientia prorsus nihil possit Deo placere. Vnde & ex flatibus patrum nostrorum præmonemur, licet multa sint & diuersa, quæ obseruamus: vixit enim & solo obedientiam bono cuncta nobis fructuosa futura speramus, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui est

benedictus in secula,

Amen.

IN FESTO ASCENSIONIS DOMINI.  
IN EADEM SOLENNITATE.

421

*Duodecim gradus humilitatis qui ad cœlum leuent, quinam sint.*  
*Sermo IV.*

**O**ritur sol & occidit, & ad locum suum reuertitur: ibique renascens gyrat per Meridiem & flectitur ad Aquilonem, lastrans vniuersam circuitu. Ecclesiastes I. Solem hunc fratres mei Christum Dominum & Saluatorem nostrum nobis significare, nemo est, qui ignorat. Siquidem ipse est sol iustitiæ, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quique luminis sui radios transmittit super bonos & malos. Hic ortus est nobis angelo testate, cum dicit: *Natus est vobis hodie Saluator.* Hic iterum occidit per passionem & mortem, & ad locum suum reuertitur, puta in cœlum hodie ascendens. Ibique dum esset, quia noluit nos relinquere orphanos, renascens, id est, de nouo mentibus humanis illabens: quippe qui nobis (vt promiserat) alium paracletum Spiritum sanctum mittens, qui nos induceret in omnem veritatem: per quem etiam charitas diffunderetur in cordibus nostris. Vnde sol iustitiæ Christus Deus noster, quasi est spiritualiter renatus in nobis, qui ante corporaliter fuerat natus propter nos. Itaque, quod dixi, ibi renascens gyrat per Meridiem, id est, per prædicationem Apostolorum, quos Spiritu sancto impleuerat, circuiens à Meridie reuertitur in Meridiem. Per Meridiem Iudæos infinuans, à quibus prædicationem exorsus est, ad quos missum pariter se fatetur, dicens: *Non sum missus nisi ad oues, que perierunt domus Israel.* Et alibi. *De Sion, inquit Propheta, exiit lex, & verbum domini de Hierusalem.* Hic igitur Iudæi, à quibus Ecclesia incepit, quia salus ex Iudæis est, & ad quos in fine mundi reuertetur, sunt Meridies, per quos sol iustitiæ gyrat. Flectitur ad Aquilonem, hoc est, ad gentiles, & lastrat vniuersa, quia *non est, qui se abscondat à calore eius.* Hic, inquam, sol, qui oritur & occidit, hodie ad locum suum reuertitur. *Vado enim, inquit, ad eum, qui misit me, Et iterum: Exiui à patre & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem.* Venit sane in mundum, vt nos mundos faceret. Vixit ad tempus in mundo, vt nos imitandi ac sequendi se viam doceret. Iterum reliquit mundum, vt post se nos traheret. Hoc olim figurabatur in Iacob, qui profectus in Mesopotamiam, seruiuit Laban propinquo suo. Seruiuit autem illi pro Rachel formosa aliquot annis, quam tamen non recepit primo, sed Liam lippis oculis, fecundam tamen, deinde Rachel sibi copulauit, Et licet abeuntem ex Mesopotamia hunc Laban persequeretur, nihil tamen nocere potuit aut impedire, quin in terram suam natiuitatis rediret, & vtrâq; familiam, Liam videlicet & Rachelis, ad se reciperet. Hoc modo Christus in hunc mundum veniens, seruiuit propinquo seu auunculo suo, hoc est, patri matris suæ, populo videlicet Iudæorum, ex quo natus est secundum carnem. Seruiuit autem ei ambulando de ciuitate in ciuitatem: famem, æstum, frigus & alia id genus corporis incommoda sustinendo, prædicando quoque, miracula faciendo: & id amore Rachelis, id est, populi Iudæi, ad quos præcipue missus fuerat. Qui vel propterea speciosus, quia vnus verique Dei cultor, erat. Verum subintravit ad Christum Lia, hoc est, Ecclesia ex gentibus, lippis quidem oculis. i. errore paganitatis, & idolo-

Malach. 4.

Ioan. 1.

Luc. 2.

Ioan. 14.

Ioan. 16.

Rom. 3.

Meridies

cur mysticè

Iudæos designet.

Matt. 15.

Esa. 2.

Ioan. 4.

Ioan. 16.

Ibid.

Iacob pro v-

traque con-

fuge seruis

quomodo

figurauit

Christum.

Gen. 29.

Gen. 31

Rachel quid

mysticè.

Lia mysticè

quid.

Ggg 3

rum

Eccl 60.  
Rom. 12.

Laban my-  
sticè quid  
designet.  
Matt. 27.  
Matt. 28.  
Psal 67.

Luc. 14. 18.

Humilitatis  
gradus duo-  
decim qui  
sunt.  
Psal 111.  
Bernardus.

Singularitas  
vitiosa quæ.

Singularitas  
bona ac ne-  
cessaria.  
quæ sit.

rum cultu fermè obcæcata, in fide tamen fœcunda: quandoquidem in ea multitudo maris, & plenitudo gentium venit ad Christum. Deinde etiam Rachel eidem coniuncta est, duos habens filios. i. populum, qui ante Christi aduentum saluatus est, reliquias Israel, id est, eum populum, qui post Antichristi exitium saluabitur. Hic Jacob Christus iturus ad terram suæ natiuitatis, licet à Laban, id est, populo suo propinquo secundum carnem persecutionem pateretur, atque post mortem suam in sepulchro militibus vallatis custodiretur, non potuit tamen eius iter impediri custodibus in eius resurrectione perterritis, & veluti mortuis factis, sed solutis vinculis inferni, & captiua ducta captiuitate liber intrauit in ciuitatem suam, vt nos omnes, hoc est, sui imitatores faceret illius municipes. Sequamur igitur eum charissimi fratres. Ascendamus cum eo. Docuit enim nos ipse modum ac viam ascendendi. *Qui se* (inquit) *humiliat, exaltabitur*. Simus igitur parui, imò nihil in oculis nostris. Sentiamus de nobis ipsis parum aut nihil, de alijs multum. Accusemus quotidie & lugeamus delicta nostra (quia nihil est nostrum præter peccatum) & arbitremur nos omni honore, omni verbo bono, omni beneficio, omni quæ consolatione cum diuina tū humana indignos. Hæc enim humiliatio scala est, qua descendentes ascendimus, seu exaltamur in cœlum, cuius sanctus pater Benedictus duodecim gradus docet. Primum, timorem domini, eum videlicet, qui continet ab omni peccato, qui nihil negligit, & qui in mandatis domini cupit nimis. Alterum, abrenunciationem sui ipsius, hoc est, qua non amat quis voluntatem propriam.

Tertium, obedientiam. Hac enim exclusa nemo quidpiam mereri potest. Siquidem Spiritus S. gratū nō accipit, quicquid ei obtuleris, neglecto interum eo, quod debes.

Quartum, patientiam. Quintum, confessionem peccatorum: non eam, quæ solum vocalis est, sed quæ intus in corde detestatur, & cum gemitu plangit atque damnat peccatum. Sextum, contemptum sui. Sine hoc gradu frustra ædificatur, quicquid ædificatur. Est enim fundamentum spiritualis ædificij contemptus sui, siue amoris proprii mortificatio. Septimum, alios præferre sibi. Sunt namque qui se ipsos contemnunt, aut potius sibi ipsis videntur contemnere se: verum sustinere nequeunt absque amaritudine alios sibi præferri. Octauum, nil singulariter agere. Est quedam singularitas vitiosa, vbi aliter quam regula Euangelij, aut aliter à monachis, quam regula habet monastica, viuunt, & singulari quis specie vitur deuotionis: idque ante oculos aliorum. Hæc singularitas, tamen quandoque ex simplicitate veniat cordis, tamen accipitur vt fere semper, tanquam vana gloriatio aut hypocrisis: id deò scandalizat infirmas conscientias magis quam ædificat.

Alia singularitas est, vbi quis ea, quæ tenetur facere, iuxta statum suum agit feruenter, perfectè, atque palam, cæteris delinquentibus, aut tepide remissè quæ agentibus. Hæc singularitas non modo bona, sed est etiam necessaria. Hoc modo omnes sancti fuere singulares. Hoc modo quisquis es in congregatione, vbi alij transgrediuntur, necesse est non participem te fore alienæ præuaricationis, alioqui eris & damnationis. Necesse est, inquam, singularis sis seruans ea, quæ Deo, aut in baptismo, aut in professione promissisti. Ibi enim nequaquam oportet te moribus conformari tepidorū aut perperam

agen



agentium: quia nihil excusabit, sed magis aggrauabit te delinquentium multitudinem, si tu simul delinquendo particeps dissolutæ eorum conuersationis fueris. Abstractam igitur, si tibi ita contingat necesse est ducas vitam, à delinquentium consortio alienam. Nam etsi, vt par esset, verbis non audes aut potes alienas transgressiones corripere, tuo exemplo bono, tua sancta singularitate, quam damnabiliter alij viuunt, eis commonstra: seruato tamen interim humilitatem cordis, ne ad iudicandum aspernandumque teneris. Nonnum, tacere vsque ad interrogationem. Philosophi, pagani, ethnici, sapientes cuncti, eremita, monachi, & regularum atque cœnobiorum institutores consentiunt omnes in multiloquio non deesse peccatum: sed eum, qui cupit philosophari aut (vt Christiane dicamus) qui Deo cupit vacare, in silentio oporteret expectare salutem Dei. Quam periculosa sit multa locutio, quã varia peccata linguæ quam vana absque refrenatione linguæ religio, inde liquet, quod omnes tam veteris, quam noui testamenti scriptores, atque adeo Christus ipse locutiones ociosas interdicit: idque non solum monachis, verum etiam quibuluis, Deo & non mundo seruire cupientibus. Testatur omnes regulæ patrum, testantur ipsa statuta nostra quam velint à suis alumnis silentium districte obseruari. Contra quæ statuta aut regulas contraire quantum sit peccatum, indicat se veritas censura seu pœnæ transgressoribus infligenda. Neque enim æqua seu pari pœna digna sunt statutorum quauis transgressiones, sed ibi grauius delinquitur, vbi studiosior atque seriosior fuit voluntas superioris aut regulæ iubentis, vt seruetur, siue vt obediatur. Porro constantiorem studiosioremque ac fortiorem præcipientis constat esse voluntatem, vbi non obtemperantibus maiorem minatur pœnam. Iam liquet ex sanctorum regulis, atque nostris statutis pro quauis fractione silentij pœnam debere grauem. Taceo quod legifer noster Christus omnibus suis militibus, hoc est, cunctis Christianis prædicit, de quouis verbo ocioso reddendam rationem in die iudicij. Heu si de verbis ociosis imò de omni verbo ocioso, quanta de verbo murmuratorio: aut detractorio, obsceno ratio reddenda est? Huius rationis reddendæ metus, hic timor diuini illius iudicij Carthusiensibus omnibus perpetuum indixit silentium. Beati qui illud seruaerunt. At infelix prorsus & miser, qui illud contemnit, aut per incuriam seu assuefactionem relinquit. Sentiet, qui eiusmodi est, in egressu animæ quid fecerit. Decimum, non esse facilem ad ridendum. Scimus qui dicit: *Va qui ridetis nunc, quoniam flebitis.* Hoc tamen dictum putamus de immoderato risu aut gaudio. Nam hilaritas moderata, risusque rarior ac modicus de re non improba aut inhonesta, non admodum, si graue est delictum, fiat loco & tempore congruo. Vndecimum, vbi etiam loqui oportet, pauca & rationabilia loqui: nimirum propter linguæ lubricitatem, inconstantiam, ac ad mala pronitatem: cuius nemo, si inceperit loqui, facile est continens. Duodecimum, status & habitu humilitatem exercere, hoc est, vt in moribus, in operibus, in verbis, in vestibus, in cibo, in obsequijs, in loco, in societate, in exercitio & postremo in omnibus, quantum amet vilitatem & paupertatem custodes humilitatis, Ipsa ostendat veritate. Hac qui obseruauerit, qui ita se humiliauerit, qui cum Christo ad ima descenderit, cum eodem etiam ascendet, hic per

Prou. 10.

Treno. 3.

Iacob. 1.

Matt. 12.

Ibidem.

Luc. 6.

per augmentum gratiæ, & post per confortium gloriæ. Quod nobis omnibus largiatur Iesus Christus in secula benedictus, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*De decem gradibus, quibus Christus in hac mortalitate descendit, in quibus nos eidem conformari oportet.*

*Sermo V.*

**N**emo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis, qui est in cælo. Ioan. III. Christi ascensionem ita hodie festiuam colimus tracta charissimi, vt admoneamur pariter cum ipso, nunc quidē in spiritu & spiritualiter, subinde verò & corpore & spiritu corporaliter ascendere, tanquam membra, illuc quo caput nostrum principiumque præcelsit secuturi. Verum quia Christus ad patris dextram ascendit, ideò quia ante ad passionem, & cætera quæque humillima descendit: ita nobis quoque ad supernam gloriam aspirantibus necessarium est ad inferiora primum humiliari. Quia vero vtrique suum est tempus, nunc quidem descendendi, postea verò ascendendi, ne tempus illud præoccupare videamur, quod futurum est, de ascensione interim .i. de glorificatione nostra taceamus & quod modo nobis incumbit, hoc est, quomodo nunc descendamus cum Christo inquiramus.

4. Reg. 20.

Legimus Ezechiaæ ægotanti dum promitteretur à Domino sanitas, signum etiam additum, quo eiusdem promissionis infallibilis persuaderetur certitudo. Signum hoc fuit, quod sol in horologio decem lineis reuerteretur per gradus, quibus descenderat. Hoc signo accepto, futurum etiã crederet, quod promittebatur, hoc est, sanitate recuperata, lætum & alacrem se templum Domini ingressurum. Ezechias ægotans significat humanum genus lapsum cuius iuxta Esaïam, *omne caput languidum, & omne cor marens, & à planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas.* Qui etiam interpretatur adiuuans, quia verè quilibet nostrum dicere potest: *Nisi quia Dominus adiuuasset me, paulò minus habitasset in inferno anima mea.* Huic itaq; ægotanti Ezechiaæ signum fuit promissæ liberationis consequendæ, decem lineis solem reuerti per gradus, quibus descenderat: quo significabatur naturæ humanæ vniuersum genus perfectam tum consequi sanitatem, cum sol iustitiæ Christus Dominus noster esset reuersus ascendendo ad gloriam patris per decem gradus, quibus ante humiliando se per incarnationem descenderat. Verum, quia nunc Christo debemus conformari in omnibus, quæ ad imitationem sui docere nos voluit: vnde si cum Christo volumus ascendere, necessarium fit nobis cum eodem ante descendere. Videndum est igitur nobis qui sint illi decem gradus, quibus ipse sol iustitiæ Christus Dominus noster descenderat, rursumque hodie reuertendo ascendit, vt illi, sicut ascendenti cupimus sociari, ita descendentem studeamus conformari. Itaque primus gradus est, quod descendit à patria in exilium huius mundi. De hoc descensu in libro Sapientiæ dicitur: *Mediam silentiam tenerent omnia, & nox cursu suo mediu iter haberet omnipotens sermo tuus Domine exiliens de cælis à regibus sedibus venit.* Et Christus ipse de se metipso: *Exiui, inquit, à patre & veni in mundum.* Per hunc descensum suum

Ezechias ægotans quid mysticè. Esaïa 1. Ezechias quid interpretetur. Psal. 93.

Gradus decem quibus Christus descendit, qui sint.

Sap. 18.

Ioan. 16.

commendare nobis suam voluit ad nos charitatem, Quod Ioannes in sua Canonica testatur, dicens: *In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut viuamus per eum, Istum descensum nos imitatur, si mortificato in nobis proprio amore, non quæ nostra, sed primo quæ Christi, deinde etiam quæ multorum sunt, propter Christum quæramus: si non modo patriam, sed nosmetipsos etiam exierimus, temporalibus spiritualia, priuatis communia, commoditati charitatem præferentes.*

Secundus gradus est, quo de dominio descendit in seruitium. Neque enim venerat filius hominis sibi ministrari, sed ministrare. *Qui cum in forma Dei esset, & equalis Deo, formam serui accipiens exinaniuit semetipsum. In hac descensione Christo conformamur, seruientes inuicem in charitate, & alter alterius onera portant. Quæ onera? Infirmittates corporum, ineptias morum, defectus virtutum, impetus passionum, errores animorum, excessus verborum, quæ sepe numero etiam is, qui in se talia sentit, inuitus fert, ac veluti sub grati onere suspirat, dum vult, nec valet emendare. Tertius gradus est, quo descendit de diuitijs in paupertatem. Scitis, inquit Paulus, gratiæ Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, ut illius inopia vos diuites essetis. Conformamur Christo hic, si paucis & his necessarijs fuerimus contenti, hoc est, si nihil ad luxum, nihil ad ostentationem, nihil ad curiositatem, nihil ad oblectationem sensuum possidemus. Si per concupiscentiam nihil accipimus, si cum amore nil possidemus, si cū dolore nihil amittimus. Quartus gradus est, quo descendit de potentia in infirmitatē.*

*Siquidem vulneratus est propter iniquitates nostras, atritus est propter scelera nostra. Languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Disciplina pacis nostre super eum, & linore eius sanati sumus. In hoc descensu conformes Christo efficiamur, si dolores, infirmitates, ac mentis angustias non modo patienter sufferimus, verum etiam ex charitate, aut pro cultu Dei, aut pro commoditate proximorum, ad sustinendum & portandum vltro nos offerimus. Item si cum mala possimus euadere, cum pro malo malum possimus reddere, ab omni proximorum molestia veluti infirmi ac impotētes abstinemus. Quintus gradus, quo descendit de sapientia in stultitiam. Neminem latet quomodo is, in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt absconditi, in alba fuerit veste illusus, spreus, & tanquam fatuus eiectus. Conformamur ei non ob hoc tantum, quod falsum nomen scientiæ non appetimus, quod prudentiæ nihil nobis arrogamus, sed tum maxime quando proximorum aut contemptum, aut iniuriam ita æquanimitate sufferimus, ut ab impijs etiam propterea non intelligentes, & fatui iudicemur. Hoc fit, dum iniqui patientiam bonorum non adscribunt virtuti, sed stupori & stoliditati. Sextus gradus est, quo descendit de gloria in ignominiam, aded vt de seipso dixerit per Psalmistam:*

*Ego autem sum vermis & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Omnes videntes me, deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerunt caput. Impij namque eius persecutores desiderabant eum videre despectum & nouissimum virorum. Quapropter morte, inquit, tu pessima condemnabimus eum. Conformamur ei & hic, si extra castra, id est, extra huius mundi ambitionem exiuerimus, Christi improprium portant. i. desiderantes nesciri, vilificari & contemni, beatos nos æstimantes, si male dixerint nobis homines, & persecuti*

H h h nos fue-

1. Ioan. 4.  
Exuli propter nos factus quomodo conformemur Christo.  
Matt. 20.  
Phil. 2.  
Gala. 5.  
Gala. 9.  
2. Cor. 8.  
Paupertati Christi quomodo conformemur.  
Esa. 53.  
Quomodo infirmitati Christi conformes efficiamur.  
Collof. 2.  
Luc. 23.  
Stulti quomodo propter Christum fieri debeamus.  
Psal. 21.  
Esa. 5.  
Sapient. 2.  
Hebr. 2.  
Improprium Christi quomodo nobis sic portandum.  
Matt. 5.

nos fuerint, & eiecerint nomen nostrum tãquam malum propter filium hominis hoc est, si despexerint nos, subsannauerint nos propter cultum iustitiæ & pietatem: nos sequestratos à communionem eorum lollardos, hypocritas, seductores, lupos & cæteris id genus nominibus probrosis cognominantes. Septimus gradus est, quod descendit de pulchritudine in deformitatem. Si quidem *speciosus forma præ filiis hominum, & candor lucis æterna, & speculum sine macula, factus est velut leprosus, humiliatus & percussus à Deo, unde non erat ei in que species neque decor.* In hoc gradu cum Christo descendimus, si hominibus placere non appetimus, si curiositatem, & vt Bernardus nominat, forensis honestatem fugimus, si sanctam simplicitatem atque rusticitatem diligimus. Octauus gradus, quo descendit de gaudio in tristitiam, de requie in laborem. Certè qui non tam habet in se lætitiã, quam ipsemet lætitiã est sempiterna, in cuius dextera delectationes vsque in finem, propter nos laborauit sustinens, anxius, conturbatus & tristis factus vsque ad mortem. Conformamur quoque in hoc, si gaudio temporali spontè omni renunciauerimus, si vbiq; renuat consolari aut quiescere anima nostra extra Deum. Si tristitiam detraque quamlibet, atque spiritualis consolationis subtractionem forti & plena animi resignatione superamus. Nonus gradus est, quo de vita descendit in mortem. Ipse nanque quam sibi nemo poterat tollere, vltro tradidit in mortem animam suam, qui est vita nostra viuificans. Conformamur hic eidem, si ita nobis ipsi in omnibus morimur, vt iam non ipsi in nobis viuamus, sed Christus: si vbiq; & in omnibus Deum quærimus, vt ipse sit nobis omnia in omnibus. Decimus gradus, quo descendit de morte crucis ad solum. Conformamur etiam hic ei, si quantalibet perfectione præuineamus, aut quibusuis vtilibus aut nobilibus exercitijs occupemur propter charitatem iam aut necessitatem proximi, etiam ad infima & vilia descendimus: si Deum, propter Deum, hoc est, propter proximorum necessitates, quas Christus suas æstimat, ad tempus relinquimus: si tamen relinquimus, cum hoc non sit Deum relinquere, sed magis inuenire. Ecce charissimi fratres, hi sunt decem gradus, quibus sol iustitiæ Christus Dominus noster humiliando se descenderat, & hodie ad Patris dexteram exaltatus, gloria & honore coronatus, lætitiã & exultatione plenus redijt, hoc ipso nobis perfectam salutem reparatam denunciãns, ac veluti signo quodam infallibili æternam nobis beatitudinem promittens. Ad quam nos perducat ipse idem Dominus Iesus Christus, qui cum Patre & Spiritu sancto sine fine benedictus viuitt & regnat, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Quomodo Ascensio Domini absolutè præcipuaque sit festinãtis gaudio plena. Sermo VI.*

Ascensio Christi cur alias eiusdẽ solennitates excellat.

**D**ominus quidem Iesus postquam locutus est discipulis suis, *assumptus est in cælum, & sedet ad dextram Dei.* Marci vltimo. Inter omnia penè festiua charissimi fratres, quæ de Salvatore nostro agimus, quod hodie celebramus, præcipuum videtur (quo post omnes labores passionisque consummatis omnibus in gloriam suam intravit) vt pote maiorem habens festi-

rationem & gaudendi materiam vberiore ceteris, quæ de redemptore nostro perhibentur. Nam alia cum ferme omnia nonnihil habeant vel mæoris vel imperfectionis adiunctum, hoc integrum simul ac perfectum exhibet gaudium idque omnibus commune. Festum namque dominicæ Natiuitatis quamuis celeberrimum sit nec minus iucundum, habet tamen quæ non gaudendi tantum, sed etiam compatiendi dolendique præbeant occasionem, vt infantis lachrymæ paupertas, teneritudo, virginis quoque peregrinæ verecundia, & (vt plus addam) huius natiuitatis necessitas, hoc est, peccatorum nostrorum enormitas. Pro quibus abolendis necessarium fuit mortalis vitæ miserias filium Dei amplecti. Deinde in Circumcisione, Apparitione, illatione quoque eius in templum, quam non sit sola lætitia, perspicuum est vnicuique gestorum ordinem penitus consideranti. Porro resurrectionis eius solennitas, quanquam nihil habeat tristitiæ, gaudij verò plurimum: quamdiu tamen ad Patris dextram sessurus non ascendit ad cælos, quamdiu nostram naturam cælis non inuexit, quasi imperfectam etiam hæc solennitas habuit exultationem. At quæ hodiernum diem venustat Domini ascensio, non modo cuncta habet festiua, verum etiam omnium, quæ Christi sunt festorum consummatio est & finis. Quæ Christi sunt, dixi. Pentecoste enim aliqui iucundissimum festum, magis nostrum est, quam Christi.

Denique ad hodiernæ festiuitatis præconium accedit lætitia, vt dixi, multorum communis. Siquidem Christo ascendenti, quamlibet maximè, non tamen soli, sed etiam omnibus, qui ab ortu mundi ex hac luce demigraverant, sanctis Patribus, Patriarchis, Prophetis, & electis omnibus à peccatis suis purgatis dies hic festus dedicatus est: quandoquidem ante hunc diem nemo Sanctorum illorum, hodie verò omnes cum Christo cælos ascenderunt. Proinde si magna festiuitas Petri, si celebris Laurentij, aut cuiuslibet alterius, cur omnium Sanctorum, qui ante Christi dormierunt ascensionem, non magna simul vna sit solennitas, quorum vnus diei est triumphus & ascensus in cælum? Adde iam, quod huius lætitia nullo modo beatam Mariam credere debemus exortem quæ carnem suam, hoc est, filium suum inter millia millium angelorum triumphantem cum in numero Sanctorum exercitu vidit ascendentem in cælum, vsque ad Dei Patris confessum: tanto ex hoc gaudio perfusa, quanto forsitan, ante hac nullo. Cæterum de angelis quid sentiendum? Num illis hodie festum non est? Imò nunquam maius fuit. Nam qui super vno peccatore peenitentiam agente tætopere gaudet, nunquid cum sol iustitiæ cum sanctus sanctorum ad cælos victor ascenderit, quando ad dextram Patris collocandus Dei filius aduenerit, totis viribus non exultabunt? præsertim cum ruinas exercituum suorum non parum restauratas, & vacuas sociorum sedes omnes etiam implendas abinde cernerent? An qui vel vni sanctorum ascendenti in cælum occurrunt hymnis & laudibus congratulantes, quando rex suus, quando cælestis curiæ dominus, imo cælestium, terrestrium & infernorum, cum cætu Sanctorum innumerabili aduenit gloriosus, festum non statuunt diem? Olim quando descendit (siquidem ipse est qui & ascendit) ærumnis nostirs absque peccato susceptis, hoc est, quando in mundum intrauit ex Maria natus infantulus, nonne mox ei adfuit multitudo cælestis exercitus laudantium? Multo igitur magis hodie credendus est, ne vnus qui-

Lucæ 2.

Ibidem.

Luc. 14.

Gaudium  
sanctorum  
Patrum.Gaudium B.  
Mariæ in  
Ascensione  
filii sui quatum.Lucæ 15.  
Angelorum  
gaudium  
exultatio-  
que.Ephæ 4.  
Ioan. 3.  
Lucæ 2.

dem defuisse angelus, qui regi suo nō occurreret, plauderet, iubileret, psal-  
leret, tripudiaret. Certē nos vermiculi Carthusiani nouum regem, hoc est,  
nouum super nos Priorem suscipiendo, totum diem gaudio dedicamus. Nō  
ergo dubium, festiua & gaudijs plena cuncta fuisse agminibus angelorum, cū  
regem suum, creatorem suum, dominum Sabaoth primo susciperent, & ad  
palatium ac thronum introducerent: dum simul etiam ex humana natura  
numerosus ascendentium comitaretur Christum exercitus, quandoquidem  
(vt dixi) vacuas lapsum repletet sedes, & ruinas restauraret. Quapropter  
nihil super est nunc, quam vt etiam nobis festum hoc persuadeamus magna  
læticia celebrandum præter alia, sumentes exultandi rationem, quod hodie  
nobis cæli porta reuerata est. Hodie ascendente Christo via ad patriam ad  
brandum sit quam creati sumus) nobis præmostrata est. Hodie natura nostra in Christo  
mirabili dignatione super omnes cælos exaltata est. In quo adeo genus nos-  
strum vniuersum est honoratum, vt etiam angelis omnibus perinde fierent  
venerabile. In hac igitur celebritate quoniam vna omnium est læticia, com-  
ne nobis charissimi fratres sit gaudium, sed gaudium verum, tale quod de  
creatore, non de creatura concipitur, quod non voluptate aut risu, sed con-  
scientiæ puritate fouetur. Si itaque, vt verbis vtat Augustini, rectè, si fideliter  
si sanctè Ascensionem Domini celebramus, ascendamus cum illo, & sursum  
corda habeamus. Sequamur corde, sequamur affectu, quo Christus præcessit:  
quippe qui eleuatus est, vt nostra post se desideria traheret, ne quæ super ter-  
ram sunt, quæramus, sed nostra conuersatio sit in cælis. Ad quod sanè con-  
quendum cordis puritas admodum est necessaria, quam tamen frustra spo-  
rar, quisquis vitia, passiones, desideria non modò noxia, verum etiam in-  
uicia, & affectus pereuntium rerum in se non curauerit mortificare. Nam vicia  
nostræ omnes perturbationes, inquietudines, inde tristitiæ nobis oriuntur,  
nisi ex immortificationibus nostris? Sit in animo mortificata superbia, quem  
grauabit sui contemptus? Sit eradicata inuidia, quem constribit aliena de-  
licitas? Tolle vanam gloriam, nonne cogitationum verborumque fastus per-  
bit? Tolle ambitionem, quanta mox pro honore auferetur sollicitudo? Non sit  
vel auaritia vel curiositas, nonne mox tor laboribus, tor impensis, tor deni-  
que curis parcere licebit, quibus modo quærimus, siue quod sensum dele-  
stat, siue quod concupiscentiam non tam extinguat, quam reficit? Omnia  
itaque fratres charissimi, omnem hanc inquietudinem, quam patimur, fra-  
cit quod concupiscentijs nostris non reluctamur, nec desideria frangimus,  
quantoque plus nobis indulgemus, tanto infirmiores, & (vt ita dicam) con-  
cupiscentiores reddimur. Nam quanto desiderijs nostris satisfaciendo pacem  
quærimus, tanto eam longius propulsamus. Si quidem (vt dixi, & sæpè di-  
cendum est) pax atque tranquillitas cordis, non obediendo passioibus, sed  
renitendo, retundendo, & diutino tandem exercitio superando conquiritur.  
At si omnibus cogitationibus patere cordis ostium volumus, liberumque  
nō modo ingressū, sed etiā regressū & transitū permittimus, si quo cūque pas-  
sionū vel desideriorū fert impetus, sequimur, hoc est, quando concupiscentia  
dicit: Bibe, bibimus, cū dicit: Pete, petimus: vade, imus: loquere, loquimur,  
præter delicta, quæ in eiusmodi subrepere solent: nonne clamantium vo-  
ces, disputantium tumultus in cordibus nostris nutrimus, & infirmiores in-  
di-

Cur magna  
cum læticia  
festum ho-  
diernum  
nobis cele-  
brandum sit

Gaudiū verū  
quod sit.

Augustin.  
Quomodo  
nobis spiri-  
tally ascen-  
dendum sit  
cū Christo.  
Puritas cor-  
dis quam sit  
necessaria,  
& quō detri-  
neatur.  
Immorifi-  
catio quan-  
ta germinat  
mala.

Pax vera  
quō acqui-  
satur.

dies reddimur? Et quæ inter hæc potest esse siue pax, siue puritas animi, præsertim cum non semper quod desideramus, euenerit, sine pace verè gaudium dici potest? O si quis de nulla re pro qua Deo rationem non est redditurus, animum occuparet, nihil quod ad ædificationem spiritus aut corporis necessitatem non pertinet, quæreret, desideria & affectus inuriles nequaquam feruendo, sed non audiendo compesceret, ille profectò in se pacem, & in pace Christum inueniret, ille ascensiones, non euagationes in corde suo disponeret, in valle modo lachrymarum, donec pertingeret ad montem gaudiorum, ductore Iesu Christo, qui hodie præcessit & sedet ad dexteram Patris qui est benedictus in secula, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Quomodo non habendo pacem externam, de pace interna gaudeamus.*

*Sermo VII.*

**O**portuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Lucæ ultimo. Ascensionem Domini hodie solennitate festiua celebrantes, id agimus charissimi, vt quo Christus caput nostrum præcesserit, nos qui eius membra sumus, sequi & desideremus & speremus. Quemadmodum namque omnia corporis nostri membra vnionem habent cum capite, sine qua putrescerent, membraq; esse desinerent, ita nos si Christi sumus membra, capiti nostro debemus coherere. Nouimus autem caput nostrum hodie assumptum in cælum, sedere ad dextram Dei. Siquidem præcursor introiuit pro nobis, iter pandens ante nos si sequi delectat. En huius itineris normam ipse idem discipulis in specie apparens peregrini manifestauit: *Oportuit*, inquit, *pati Christum, & ita intrare in gloriam suam.* Intrauit planè gloriam suam Christus: sed primum oportebat eum pati. Ecce viam. *Exaltauit modo illum Deus, & dedit ei nomen quod est super omne nomen: sed propterea quod ante humiliauerat semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Quocirca cum duo, ipsaq; diuersa de Christo legimus, non alterum sine altero, sed vtrunq; debemus amplecti. Verùm omnes quidem homines desiderare participes ac consortes fore gloriæ Christi nulli dubium est (quis enim non cuperet esse beatus) non ita tamen comites esse itineris, sociosq; passionum. Quemadmodum enim felicitatem nemo est qui non exoptat, ita viam ad illam, vt pote arctam & duram, pauci non horrent. Veruntamen qui dicit se Christi esse, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare: atque qui membrum eius voluerit haberi, ab eodem nusquam diuidi, nunquam debet illum non imitari. Sumus enim cuncti milites Christi: *militia quoque & tentatio est vita hominis super terram.* Cuius militiæ dux & vexillifer Christus, qui suos præcedens: *Qui vult, inquit, post me venire, abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me.* Huic militiæ quotquot dederunt manus, *per multas tribulationes transierunt fideles.* Proinde considerandum, quid de seipso prædixit Christus: *Oportuit, inquit, Christum pati, & ita intrare in gloriam suam.* Passus est profectò, sed in Hierusalem. Intrauit præterea gloriam suam cælos ascendens, id est ex monte Oliueti. Videamus vtrunq; Fortasse non nihil hic nobis innuitur. Hierusalem est ciuitas pacis, sic enim interpretatur Fuit etiam persecu-

Hebr. 6.  
Mich. 2.  
Luc. 24.  
Phil. 2.  
Ibidem.

Matt. 7.  
1. Ioan. 2.  
Iob. 7.  
Militiæ  
Christi  
signifer  
Christus.  
Luc. 9.  
Iud. 8.  
Luc. 24.  
Hierusalem  
quid inter-  
pretetur.

Quo pax interna haberi possit absque externa

Pax vera que fit & quomodo obtinenda. Iob 28.

Matt 10.  
Ioan. 16.

tionis, utpote in qua acerbissima ignominiosaque passus est Christus & tade occisus. Vide nunc in ciuitate pacis quomodo non habuerit pacem: in semetipso autem habuerit Christus. Animaduerte etiam, quomodo discipulis suis dum ante passionem pacem reliquerit, pacem commendauerit, & post resurrectionem suam iterum pacem obtulerit Christus, illi tamen ab extra pacem habuerunt nullam. Unde liquet nos quoque posse pacem possidere, & ab extra non habere, hoc est, non habendo pacem in pace esse. Nam quod Christus aduersa quaque, puta iniurias, contumelias, persecutiones, mortemque in ciuitate pacis pertulit, quibus illud significat, quam inter omnia haec sibi illata ( quae nimirum non erant pacis ) in pace illum fuisse, id est, pacem intra se ineffabilem possedisse? Sic Apostoli quoque suo modo in optima & tranquilla fuerunt pace, inter se ad omnes homines, licet essent secundum exteriorem hominem ( vna die ) non in pace, hoc est, inter inimicitias mundi huius, inter receptas & tolerandas persecutiones, poenas, probra, iniurias. Eodem modo & nos Christo debemus comparari, id est, simul pati, sed in Hierusalem, id est, in pace, ut quaeque aduersa, contraria, molestias, pressuras, vndeunque super nos venerint Christi amore feramus, in pace & aequanimitate constituti: nec aliam pacem expectemus, quam nullam ab extra nobis querere pacem. Pacem ab extra voco, ab omni quod molestum esset naturae, liberum esse. Hanc eo minus assequimur, quo magis pro illa certamus.

Porro haec sola pax vera est, pax animi, pax interna, quam inter aduersa & prospera inconcussam, imperturbatamque seruamus, ut inter vtraque, & sine dignè, siue innocenter patiamur, perinde tranquillissimi simus. Ad hanc maximam sui ipsius abnegatio & mortificatio est necessaria. Non enim inuenitur *intra suauiter quiescentium*, nec rectè quaeritur fugiendo quaelibet grauamina, abijciendo molesta, procurando solatio, desiderata quaerendo, voluntatem propriam obtinendo: sed semetipsum vincendo, desiderijs renunciando, naturae inclinationes frangendo, aduersa fortiter ferendo, & nullam quietem, honorem, pacem ab extra temporalem discretè quaerendo. O quam longè discedunt à pace homines ( quam tamen omnes amant & quaerunt ) quoniam animi perturbationes fouent, dum sibi ipsi blandientes, suam ( ut putant ) pacem, suum bonum, suam quietem ab extra quaerunt, videlicet ut sine molestia viuant, sine onere sint, dum vehementer curant, ut alij se emendent, ipsi portentur: alij intolerantiam ipsorum ferant, ipsi propriam immortificationem foueant, cum certissimum sit ( ut ante dixi ) veram pacem non consistere in non sentiendo contraria, sed patienter ferendo. Ad patienter autem, imò & gaudenter ferendum, amor Dei perfectus roborat, qui facit ut cuncta ( alioqui grauia ) aestimentur leuia. Si enim carnalis aut naturalis id facit amor, ut pro exigua siue honoris, siue gloriae, aut etiam voluptatis, diuitiarumve consecutione, homines multa & grandia ( tametsi molesta ) subeant, fatigentur laboribus, corporis commodo atque quiete destituantur, vitam denique periculis exponant quomodo is qui Dei feruet amore, Christo placere, eundemque imitari gestiens, omnem à se voluptatem, commodum temporale, & quicquid mundus miratur, non libenter abdicabit? Verum de hoc haec haec, quod Dominus passus sit in ciuitate pacis, quodque nos non debeamus hic expectare ( iuxta eiusdem monita ) pacem, sed gladium, quod in mundo pressu-



pressuram habebimus, & quod hanc pressuram in Hierusalem, id est, in pace feramus, hoc est, cū nullam pacē habeamus, in pace simus, & in pace pati discamus. Reliquum est quod Dominus introiuit gloriam suam ascendens in cœlum. Locus autem vnde ascendit, erat mons Oliueti. Per montem altitudo significatur perfectionis, in qua anima super omnia creata ascendere, & quodammodo supra seipsam debet eleuari, ad Deum aspirans, eidemq; adhærens, & mundum & quæ mundi sunt, sub pedibus habeat, ac velut è sublimi cuncta despiciat. Nemo altum ascendens montem, absque fatigatione & labore cacumen attingit: & qui contemplationis montem cupit ascendere, qui ad perfectionis anhelat fastigium, naturæ suæ primum inclinationes & retracts vincat, affectumq; à creaturis abstrahat necesse est. In quo sanè labore haud exiguo, nec immodica pugna sudabit. Si tamen hunc ascenderit (ipse est mons Oliuarum) in quo sincerissimæ deuotionis, suauitatis, lætitiæ, pietatisq; oleum reperiet. Felix itaque hæc anima, quæ cum Christo passâ in Hierusalem, id est, quæ ita mortificata, adeoq; in Deum est resignata, vt inter quæcunque occurrentia aduersa in pace semper sit & tranquillitate, omnia de manu Domini accipiens, in nullo semetipsam quærens, naturam superâs, à creaturis recedens, cum Christo, aut potius ad Christum montem hunc ascendit Oliueti, vbi nihil ei restet, nisi in cœlum subinde ascensus. Quo nos perducatur qui cum Patre & Spiritu sancto Iesus Dei Filius viuit & regnat in secula benedictus, Amen.

Mons vnde  
Christus a-  
scendit quid  
fignet.

## IN SOLENNITATE PENTECOSTES.

*De preparatione nostri ad Spiritus sancti receptionem, qui tribus inuenitur modis datus, Sermo 1.*

**R**epleti sunt omnes Spiritu sancto. Actorum 2. Non propterea tantum charissimi hodie tam solenne agimus festum Pentecostes, quod olim ipso die discipulis missus sit, sed quod hodie quoque & omni tempore in orbem terrarum (vbi dignè præparatam inuenierit animam) mittatur Spiritus sanctus. Præparat autem se ad Spiritus sancti receptionem, qui desiderijs non minus ardentibus, quam humilibus eius in se aduentum exoptat, locumq; tanto hospite dignum præparat. Neque enim ignauis illabitur, neque enim in immundum occupatum, ve hospitium se recipit: sed vt per multa fuerit desideria inuitatus, præoccupat eos qui se concupiscunt. Meritò autem est desiderandus, cuius aded est necessaria utilitas, vt sine eo ne ad momentum quidem anima viuere queat: quæ etiam cū eius præsentia vegetetur, vitales tamen operationes, easq; potiores ad quas creata est, scilicet actiui & vniuiui amoris in Deum, sicut nō potest exercere nisi agente Spiritu sancto, ita easdem nisi in animam idoneâ, digneq; ad hoc præparatam non exerit Spiritus sanctus. Quapropter dixeram mundum nec occupatum Spiritui sancto hospitium præparandum. Verùm cū de huius hospitij, hoc est cordis munditia loquor, non solum eam impuritatem abiciendam puto, quæ est abominabilium peccatorum, qua prorsus excluditur Spiritus sanctus, sed impurarum affectionum quoque

Præparatio  
ad Spiritus  
sancti recep-  
tionē ne-  
cessaria quæ  
fit.  
Sapient. 6.

Cor quò  
mundum  
Spiritui sc̄to  
præparandū  
fit.

Zelator a-  
nimæ Spiritus  
sanctus.

Euacuatio  
necessaria  
quæ.

Spiritum  
sanctum tri-  
bus modis  
datu fuisse.  
Luc. 3.  
Oratio quid  
fit.

Ioan. 3.  
Orationis  
mentis pro  
incipientib.  
manudu-  
ctio.  
Orantium  
scopus pri-

que, cogitationum, motuum, iudiciorum, intentionum, quibus præpeditur Spiritus sanctus, ne vel præsens dona sua exerat, nec animam viquequaque possideat. Ad eundem sensum intelligi debet, hospitium ab eodem non vitari, nisi non occupatum. Vbi enim alios hospites inuenerit, quibus cum nihil sit sibi commune, subtrahit se, propterea quod anima secundum varios affectus multipliciter diuisa, quam integram vult ipse, sibi vni fideliter nequeat adherere. Delicatus namque amator & zelator est animæ vehementissimus, corrualem non sustinens: aut enim solus, aut omnino non vult animæ vniri. Præparatio itaque ad Spiritum sanctum recipiendum est euacuatio eorum quæ ipse fugit. Vt enim vas aqua plenum, liquore interim alio, puta balsamo aut vino, non potest impleri nisi euacuetur: ita anima nostræ donis Spiritus sancti non replebitur, nisi, proprium amorem, sensum, voluntatem item affectus ad creaturas inordinatos in te exuerit. Legimus autem sub Ecclesiæ nascentis primordio tripliciter datum fidelibus Spiritum sanctum: ad orationem, ad prædicationem, ad manuum impositionem. Ad orationem datus est Spiritus Sanctus, siquidem orante lesu descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum. Hodie quoque in hunc modum canimus: Oratibus Apostolis Deum venisse nūciat. Vnde docemur si Spiritum sanctum recipere cupimus, operæ precii erit nos ad orationem colligere. Est autem oratio ascensus mentis in Deum: atque idem non de oratione vocali hic loquor, videlicet multorum psalmorum aut verborum, quæ suo aliquo tempore propter statum Ecclesiæ aut ordinis persolui debet (quamuis etiam proprie loquendo) huiusmodi vocalia de se non sint vera oratio, ad ministrant autem orationem, sed de mentali loquor, de qua in Euāgelio Christus: *Veri, inquit, adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate.* Porro hanc orationem nescientibus & nouitijs (his enim duntaxat nunc loquor) præstari posset manu ductio (quæ discerent mentaliter orare) facilis, quam tamen longe nobiliorem in seipsis essent experturi, postquam incipiendo bona salutem voluntatis studium applicarent. Et primus quidem scopus quem orationem vnusquisque sibi præfigit, est abstractio ab omni re, quæ non est Deus. Ad hunc autem scopum ita tendat, ut ante omnia generaliter penset, propria peccata, malas suas consuetudines interioris & exterioris hominis, creatura quoque vitia quibus offenditur Deus, idque cum odio & detestatione: statuat cum illis non redire in gratiam, sed iuge aduersus illa certamen sumere, donec eradicentur: proponat deinde nil querere nisi Deum. Sic statuens incipiet mox latissimam materiam compunctionis & orationis. Cum enim omne propositum hominis sit fragile atque labile, propriam continue instabilitatem, miseriam, fragilitatem infidelitatem, ac prorsus omnem suam nihilitatem hic experietur. Hinc nisi propositum suum velit deserere, orationem incipiet necessitas. Videns enim contra propositum suum quotidie se magis debili, quamuis hoc ipsum non propterea sibi accidat quod per huiusmodi exercitium à bono deficiat, sed quod proficiens, inde illuminetur magis quotidie, complures (quos ante in se ignorauerat) cognoscendo defectus. Itaque videns se à proposito suo bono quotidie cadere, cernens etiam semetipsum sibi non præualere, aut posse vincere, neque propositum exequi, cogit etiam mare ad Deum, suam miseriam exponendo, contra se conquerendo, veniam peten-

petendo, offensum dominum reconciliando, eius gratiam requirendo, praesidium ab eo aduersus iminentem denuo pugnam inuocando, eius prouidentiae se committendo, eius denique voluntati per omnia se resignando, atque postremo renouando toties suum propositum, quoties se nouerit transgressum. Attamen bonae menti eueniet, ut leues transgressiones aut proprii lapsus contra ea quae sibi statuit, dum ita planguntur ante Deum, dumque ita emendari curantur, occasio maioris sint profectus: quandoquidem per hanc occasio maiorem profectus occasio.

indies sibi anima innorescit, indies vilescit, humilior praeterea fit ad Deum: mansuetior, compatientiorque ad proximum. Haec omnia internum exercitium mentis agit per orationem & colloquutionem spiritus cum Deo. Quae si incipienti primum sint insipida aut forsitan incognita, inferatur acediae violentia, euagationum mentis arceatur libertas, & (si aliter non praeualeat) ad obiectum vnum, puta articulum passionis dominicae meditandum colligantur cogitationes, ut sic tractandi huius occasione per meditationem mens collecta hinc transeat in orationem. Qui hoc modo inciperet, tardumque, ariditatem & insipiditatem longanimitate vinceret: & si quando (velut inter procellosos maris fluctus constituta) mens ab euagationibus non posset se stabilire, non tamen propterea quasi perditum temporis scrupulum admitteret, aut a studio mentaliter orandi desisteret, huc tandem, imò cito obtineret veram, tranquillam, simplicem, liberam ac deuotam orationem sui ipsius effusiua in qua se exercens Spiritus sancti setiret & dona & operationem. Secundo receperunt Spiritum sanctum fideles in praedicatione. Loquente namque Petro, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Videte, quod hoc quoque tempore interdum vsu veniat, ut ad vnus vocem loquentis omnem vitam subito mutet aut meliorem efficiat aliquis, videatque ac detestetur, quod ante non videbat, nec in se detestabatur, recepto haud dubium Spiritu S. huius mutationis tam felicitis autore. Caterum, qui ex praedicatione cupit edificari, haud necesse est longè discurrat doctorem quaerens, ab exterioribus ad interiora se conuertat, renunciet inutilibus curis, occupationibus, rumoribus, curiositatibus, euagationibus: atque interiori homini colendo inuigilet. Intra se inueniet sibi praedicantem: sentiet mox qui sese sibi ostendat, qui arguat, qui moneat, nunc retrahens, nunc extimulans, haec mandans illa verans. Plus proficiet solus in silentio, quam crebris praedicationibus externis aures dumtaxat corporales accommodans. Accedit quod ex hac interna praedicatione actutum discet, quid sibi desit, quid sibi infeliciter adsit: quae denique petere, aut quae debeat orando auertere. At verò qui doctorem hunc, reprehensoremque intra se non sentit, non perfectionis est indicium, perinde ac si eruditione non egeat, aut nihil in se emendandum habeat, sed est argumentum surditatis. Tertio, recipiebatur Spiritus sanctus per manuum impositionem. Imponebant enim manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. Per manuum impositionem his temporibus (ut hoc munus nemini non conueniat) intelligere possimus gratiam quae datur in sacramento confessionis. Ibi enim, diabolo expulso, recipitur Spiritus sanctus paracletus, siue consolator: haud dubium eorum lugentium, qui in Euangelio appellantur beati. Sentiant planè qui ante confessionem sibi ipsis irati mortui suorum rigidi censeres turbabantur, quantam consolationem facta confessione, quantam tran-

Lapsus proprius quo fiat homini maioris profectus occasio.

Act. 10.  
In praedicatione quo pacto recipiatur Spiritus sanctus. Praedicationem internam audire desideranti quid faciendum sit.

Act. 8.  
Quo per manuum impositionem datur Spiritus sanctus. Matt. 9.

quillitatem, quantam pacem confestim obtineant, adeo vt veluti grauissima farcina humeris abiecta ferme sensibiliter peccatorum onere leuentur. Hoc tamen non sentiunt fortasse qui eandem semper confessionem quotidie, tam olim edoctam, nil mutantes (quamuis opera mutantur & locutiones) sicut pueri ante mensam, Benedicite, enunciant. Verum relicta interim vnicuique sua consuetudine, optimum sane donum, saluberrimum, ac bonis mentibus vehementer consolatorium prouidisse Deum constat, sacramentum confessionis: per quod tanquam ex secundo fonte renati & abluti mundemur, recreemur atque dignum Spiritus sancti habitaculum efficiamur, praestant Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

Sacramentū  
cōfessionis  
quam sit sa-  
luberrimū  
donum.

### IN EADEM SOLENNITATE.

*De auctoritate Ecclesie, quam regit docetq; Spiritus sanctus.*

*Sermo II.*

**E**gorogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in o-  
ternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere. Ioannis 14. De-  
tum Spiritum sanctum Apostolis nouimus, & gaudemus fratres claris-  
sissimi. Pro gaudeo autem testando, non modo hodiernum, sed dies octo-  
tinuos etiam festiuos ducimus: idque tanto alacrius, quanto cum nobis, &  
posteris nostris, Spiritum sanctum vsque in finem mundi dandum cre-  
mus. Ceterum, vbi deest humilitas, Spiritum sanctum sperare infundi, tam  
est praesumptuosum, quam ridiculum. Deus enim *superbis resistit, humilibus au-*  
*tem dat gratiam.* Et vt vulgaris habet citatio ex Esaia: *Super quem requiritur*  
*spiritus meus, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos.* Prima  
igitur conditio debet esse, atque praecipua eius, qui desiderat Spiritum san-  
ctum, vt sit humilis. Per multa vitia sibi inimica vera habet humilitas. Vn-  
rum, neque de speciebus humilitatis, neque de vitijs eidem contrapositionibus  
loquar. Liquer enim quod humilitas detestetur animi extollentiam, sermo-  
num iactantiam erubescat, morum caueat singularitatem, ostentationem  
fugiat, animositatem denique & proteruiam, contentionem, inobedientiam,  
obstinationem, & alia complura eius generis vitia superbiae persequatur, &  
deleat. Sustinet correptiones, fugit laudes, vitia sua aut defectus non excusat,  
non hominum gratiam affectat, timet praedicari, metuit honorari, vult re-  
sciri, amat vilis ab omnibus reputari. Has omnes humilitatis species nulli  
non necessarias praetereo, propterea quod vitia haec, quae praedixi, humilita-  
ti aduersantia, cuncta adeo sint manifesta, vt non facile possint impetere  
licui, nec vlllo prorsus fuce queant excusari. Vnum adhuc charissimum vitium  
reliquum est, a quo cauendum moneo quod clam sub velamine falsi nomi-  
nis scientiae humilitatem exterminat: & hoc tanto secretius se abscondit,  
quo omnino non vitijs, sed virtutis ac veritatis vult nomine censerī. Hoc est  
vitium quod omni iam loco vsquequaque diffusum, mundum penē vnice-  
sum seducit, temeritas proprii ingenij sibi ipsi nimium credens atque cece-  
dens. Inde tam multi, antiquis spreis patribus, spreis praelatis & pontifi-  
bus, spreis sanctis doctoribus, spreis denique concilijs: ac postremo spreis  
omni auctoritate, & diffinitionibus sacrosanctae Ecclesiae, homines licet po-  
tunt

Humilitas  
quam sit ne-  
cessaria ad  
Spiritum san-  
cti receptio-  
nem.  
Esa. 16.

Humilitatis  
species di-  
uersae.

Ingenij pro-  
prij temeri-  
tas quam  
sit periculo-  
sum vitium.

Haeresis Lu-  
theri vnde  
ortū cepit

sum docti) nouas quotidie effingunt opiniones, nouos meditantur errores. Nam dum vni volunt inhære scripturæ, hac perperam intellecta, sensum, quem inde sibi eliciunt adulterinum, dicunt verbum Dei, cum sit proprii capitis sui figmentum. Hoc tamen aded sibi ipsi persuadent, aded credendum statuunt, vt mordicus etiam pro illo digladiantur. Hinc fit etiam, vt natium ac genuinum scripturæ sensum, quem recepit & habet Ecclesia singulari priuilegio ex instinctu Spiritus sancti, ipsi abijciant, aded vt quicquid iam olim in Ecclesia statutum est atque receptum, aut eliminent, aut permulent, aut inturbent. His deest humilitas, sine qua verbum Dei intelligi aut trahi non potest, Christo dicente, *Confiteor tibi pater, quia hæc abscondisti à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Itaque humilitatem in his, quos debet erudire, Spiritus sanctus requirit. Hi verò arrogantes, tot sanctis Patribus, tot seculis feliciter transactis, suas præferunt insanias, quasi in scripturis intelligerent, quod innumeris Sancti, imò quod vniuersa Ecclesia à Christi temporibus hæctenus sub maximo periculo errans ignorasset. Vnde mirum valde est, quomodo in hominibus etiam quibusdam, alioqui bonis, hæc temeritas insipientiæ nimis cæca quæat reperiri, aut quo pacto viris bonis id possit persuaderi, quod præci doctores ac sancti, vita & miraculis gloriosi, perperam quid docuerint, id quæ generatim quod vniuersa receperit Ecclesia, recipiensq; errauerit. Quod si admitteretur, vbi tunc Christi esset veritas, promittentis Spiritum sanctum se missurum, qui verè doceat inducatq; in omnem veritatem, puta obscura elucidando, & non reuelata manifestando, idq; non nisi per sanctos homines, spiritu Dei illuminatos? Quisquam credet hominum illos apostatas impleri Spiritu sancto? Certe cum hac peste hominum nihil rationis habet Spiritus sanctus, utpote qui sua arcana (vt dixi) abscondit ab eiusmodi sapientibus, & in oculis suis prudentibus, & reuelat ea paruulis, hoc est, ea humilitate præditis, qui intellectum omnem captiuant in obsequium Christi, qui non vltra quam oportet, præsumunt sapere: sed sapiunt ad sobrietatem, & simpliciter concorditerq; consentiunt his, qui Spiritum Dei sanctum habuisse creduntur, metuentes vel tantillo ab illorum sententijs diuertere, quorum intra Ecclesiam vita est in honore. Credo vos fratres charissimi, quid dicere velim, aduertere. Quis enim in corde suo non sentiat, imò quem non torquere debeat, quod Ecclesia noui testamenti, quæ à Christo fundata, & inter varios hæreticorum turbines licet sæpius concussa, incorrupta tamen ad nos vsque peruenit? In qua etiam omnes, quotquot Sancti, quotquot fuere doctores, vixerunt: quorum tunc vita, tum doctrina aded miraculis est coruscantibus confirmata. Et hanc extra Ecclesiam nullus claruit Sanctus, nullus est doctor receptus. Quis, inquam, non doleat, quod hæc Ecclesia & eius auctoritas (quasi nulla prorsus foret) aded contemnitur, vt quicquid ipsa docuerit, quicquid instituerit, quâuis pium, quamlibet antiquum, vel etiam Apostolorum traditione nobis relictum, euertatur, abijciatur, exhibetur, propterea (vt aiunt) si in scripturis non ipso digito monstratur? cum tamen quid sit scriptura, & cui sit credendum scripturæ, necne, haud aliter atque ex iudicio Ecclesiæ sciri possit. Quis enim docuit nos, aut tradidit nobis scripturas? Christum nemo nocentem vidit, Apostolos non cognouimus, Euangelistas non vidimus. A nemine scias.

Verbum Dei  
intelligi nõ  
posse sine  
humilitate.  
Matt. ii.  
Luc. 10.

Matt. 11.  
Luc. 10.

2. Cor. 10.

Rom. 12.

Scripturas  
habere au-  
toritatem  
suam ex Ec-  
clesiæ scias.

ne igitur alio, q̄ à matre Ecclesia verbū Dei recepimus. Hæc ostēdit nobis, q̄ si verbū Dei verum, cui fidē dare oporteat. Si. n. nō sit Ecclesiæ auctoritas, quare non pari modo credimus Euangelio Nicodemi? quare nō Euāg. Bartholomæi & alijs id genus scripturis, quomodo Euāgelio credimus Marci? Profecto huius sola hæc ratio est, quia Ecclesia de scripturis iudicans, illa credenda præcepit, hæc abijcienda docuit. Itaque si Ecclesiæ iudicium sequimur, ut illi credamus scripturæ, cui credere ipsa nos iubet: Quare etiam non credimus Ecclesiæ, ubi mandat non contra scripturas, sed sine scripturis, aut pro scripturis, cuius authoritati tribuimus, ut iudicet de scripturis? Sine scriptura recipiunt à nobis hæretici, tamen multa loquantur ipsi sine scriptura. Quid autem habent scripturas, tunc habent litteram, non spiritum. Habent inquam, & adducunt verbum Dei scriptum, & prolatum, sed non habent vim verbi & spiritum. Nam quisquis ab vnitatē Ecclesiæ deciscit, quisquis scripturarum vno illo spiritali sensu Ecclesiæ communi, cuius auctor & doctor est spiritus sanctus, in aliena atque peregrina dogmata degenerat, eundem Spiritus sancti, qui docet omnem veritatem, & vni Ecclesiæ promissa est, se expertem facit. Quid ergo iam iuuat ingentem verborum syluam conseruare, scripturas vndique congerere, spiritum autem & vim atque virtutem verbi, hoc est, sensum illum ( qui doctore Spiritu sancto vnus & verus est, & ijs solus, qui vnius Ecclesiæ in vnitatē fidei filij sunt, datur) non habent. Eam ob rem quemadmodum Ecclesiæ credimus, hanc vel illam esse scripturam: ita etiam credere debemus eidem, cum dederit huius nobis scripturam hanc vel illam interpretationem. Idem namque atque vnus Spiritus est, qui in scripturis loquitur, & qui intus in corde operatur, hoc est, qui in scripturis nobis loquitur, & qui scripturæ nobis intellectum referat, scripturæ sensum atque notitiam nobis infundit. Atque idēd Ecclesia, cum aliquod quod in scriptura non legimus, præcepto aut consuetudinibus obseruata nobis tradit, tanquam ab auctore Spiritu sancto, qui Ecclesiam regit, debent accipere & obseruare. Quæ enim sunt illa, quæ Apostolis Christus tacente tūc quidem, cum præsens illis erat, prædixit, quia portare non poterant, post Spiritum sanctum verò ( quum veniret ) illis reuelanda nisi ea, quæ generaliter omnis obseruat Ecclesia, licet in scripturis clarè nō sint expressa? Dicit enim B. Augustinus ad Ianuarium: Illa, quæ non scripta, sed tradita custodiuntur, quæ quidem toto terrarum orbe seruantur, datur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plenarijs concilijs, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata atque statuta retineri. Nam quæ Christus docuit, quis scripsit omnia? Faterur beatus Ioannes, neque opera neque signa Christi scripta esse omnia, imò scriptu penè fuisse impossibilia. Si intermissa sunt ne scriberentur permulta, quæ Christus fecit, quanto sunt ommissa plura, quæ dixit. Per quadraginta dies ( inquit Lucas ) præbuit seipsum viuum Apostolis, post resurrectionem suam apparens eis, & loquens de regno Dei. Quid locutus est, quid docuit Christus de regno Dei? Vbi scripta sunt, quæ de regno Dei locutus est? Nihil horum ad nos venit, quia Apostoli, quod docti sunt, docuerunt, non scripserunt. Videte autē ne de regno Dei, id est, de gubernatione & eruditione Ecclesiæ ( quæ regnum Dei solet in scriptura dici ) tunc docuerit & dispoſuerit Christus, ut sunt ea, quæ sola traditione per Apostolos ad nos venerunt.

Scripturas  
quō habeat  
hæretici.

Ioan. 16. 20.

Ecclesiam  
solam ha-  
bere aucto-  
ritatem in-  
terpretandi  
scripturam  
factam.

Ioan. 16.

Augustin.

Traditiones  
Ecclesiæ  
quantæ sunt  
energiz.  
Ioan. 12.  
Acto. 1.

Quod si per regnum Dei futuram beatitudinem cœlestem intelligi debere quis contendat, perinde sequitur plura esse sine scripturis tradita, quum hac ipsa de re, id est, quid tunc locutus sit de æterna felicitate Christus, nusquam scriptum legimus. Quid autem quod aliquot etiam annis sub Christo, & Apostolis post Christum, Ecclesia noui testamenti gubernata fuit, antequam aliqua noui esset testamenti scriptura? Sancta enim Ecclesia antiquior est scriptura.

Ecclesiam  
re antiquio-  
rem scriptu-  
ra.

Vnde conijciendum est, quod ea, quæ tunc per Apostolos tradita, & recepta iam erant per omnes Ecclesias ante scripturam, vsu quodam ad nos continuo transmissa, & quasi per manus tradita manserunt, non scripta: & non solum ea, verum etiam alia, quæ pro necessitate personarum, locorum & temporum fuerant subinde statuenda, dum statuerentur, eandem autoritatem accepisse inspirata & instituta, quam accepissent scripta: quia idem Spiritus est, qui docet Ecclesiam foris per scripturam. & intus per inspirationem.

Quod autem Apostoli multa, que non sunt scripta, instituerint, indicat Lucas in Actibus Apostolorum, referens, de Paulo, quod *perambulabat Syriam & Ciliçiam, confirmans Ecclesiam, & præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum.* Quis dubitat hæc præcepta, quæ dicuntur Apostolorum & seniorum, alia fuisse à præceptis Euangelij? quæ sane præcepta Euangelij non Apostolorum, sed Domini dicta fuissent præcepta. Et denuo: *Cum autem pertransirent ciuitates (intellige Paulum & eius comites) tradebant eis custodire dogmata, que erant decreta ab Apostolis & senioribus, qui erant Hierosolymis.* Et quid quod Ioannes Apostolus in Apocalypsi initio refert se fuisse in spiritu in dominica die? Vnde liquido constat tunc sabbatum Christianorum à septima in primam feriam esse translatum. Nunquid vt hoc fieret, iussit scriptura? Deinde Paschæ obseruationem, in qua perinde à Iudæis recessit Ecclesia, quæ scriptura docuit? & (vt simul multa dicam) quando Christus, scriptura teste, venit non soluere, sed implere legem, quare Apostoli & maxime paulus abrogauere legalia? Atque rursus quare quædam ex legem gentibus credentibus obseruanda sanxerunt Apostoli, vt de suffocato & sanguine, cæteris abrogatis, idque nulla mandante scriptura? *Visum est, inquit, Spiritui sancto & nobis.* Videtis quomodo regimen Ecclesiæ & sua instituta (vbi nullæ etiam suffragatur scriptura) Apost. Spiritui S. tribuunt? Animaduertite etiam, quod quemadmodum illo tempore pro pace duorum populorum, id est Iudæorum & Gentium in eandem fidem coeuntium necessarium fuerit ita instituire: quandoquidem non potuerunt Iudæi ad fidem conuersi tam solenne præceptum legis de non esu sanguinis relinquere. Ea propter per dissimulationem (vt dixi) & propter pacem cum gentibus conuersis habendam, ij, qui ex Gentibus fuerunt conuersi, iussi sunt Iudæis saltem in hoc se conformare. Hodie tamen dum huius institutionis ratio cessat, omnes vtimur esu sanguinis. Quis autem, quæso, aut tunc hanc institutionem, aut nunc eiusdem instituti mutationem sine scriptura ausus fuerit inducere, nisi Ecclesia? Quæ sicut autoritatem pro tempore habet instituendi, ita quando expedierit, habet eadem rursus abrogandi: & hoc, quo autore, nisi Spiritu sancto, qui regit Ecclesiam, & docet eam omnem veritatem? Nemo

Act. 15.

Act. 16.

Apoc. 1.

Sabbatum  
quando  
translatum  
fuerit in die  
dominicam,  
Matt. 3.  
Act. 15.

Ecclesiam  
habere au-  
toritatem  
statuendi &  
abrogandi.

Ioan. 16.

Matt. 18.

Matt. 13.

Luc. 10.

Augustin.

Eucharistiā  
à ieiuniis ef-  
se sumendā.

1. Cor. 11.

Tradidisse  
Apostolum  
Paulū p̄ura  
suis discipu-  
lis sine scri-  
ptura.

mo enim hodie necessarium sibi putat à suffocati sanguinisve esu semper ab-  
stinendum, nisi voto sibi interdixerit sua sponte. Tempus me deficeret, si re-  
censere velim omnia, quæ ab Apostol. tēpore seruat Ecclesia, de quibus nihil  
in scriptura explicatur, nisi quo vno aut altero verbo à Christo generatim si-  
mul omnia iubentur, dicente: *Si Ecclesiam non audierit, sit vbi sicut et vnicuius &  
publicanus.* Item: *Super cathedram Moysi sederunt scribe & Pharisei: que dicunt v-  
bis, facite, & que faciunt, facere nolite: dicunt enim & non faciunt.* Itemque *Quis  
vos audit me audit: & qui vos spernit, me spernit.* Neque enim omnia per se docere  
voluit Christus, prout modum vsumque sacramentorum, & similia: sed ce-  
dem Apostolis commisit Spiritu sancto erudiendis. Nam quod Eucharistiā  
ieiuniis offertur sumiturque, haudquaquam à Christo est præceptum, sed à  
Apostolo Paulo puratur institutum, & ad nos mos iste pro Sacramenti reue-  
rentia est deriuatus. Licet enim constet, quando primum acceperunt disci-  
puli corpus & sanguinem Domini, non eos accepisse ieiunos, propter eam  
nem nemo (vt verbis vtat Augustini) calumniari Ecclesiam debet vniuersam,  
quæ ieiuniis tantum sumendum instituit. Ex hoc enim placuit  
Spiritu sancto, inquit idem doctor, vt in honorem tanti Sacramenti in  
Christiani prius dominicum corpus intraret, quam exteri cibi. Nam Salu-  
tor, quo vehementius commendaret mysterij illius altitudinem, vltimum  
hoc voluit infingere cordibus ac memoriæ discipulorum, à quibus ad passio-  
nem digressurus erat. Et ideo non præcepit, quo deinceps ordine sumeretur,  
quo Apostolis, per quos Ecclesias dispositurus erat, seruaret hunc locum.  
Nam si hoc ille monuisset, vt post cibos alios semper acciperetur, credo quod  
eum morem nemo variasset. Proinde Apostolus de hoc Sacramento scribit  
Corinthijs, quum dixisset: *Propter quod fratres, cum conuentus ad manduca-  
dum, inuicem exspectate. Si quis esurit, domi manducet, vt non ad iudicium conueni-  
atur, statim subiungit: Catera autem, cum venero, ordinabo.* Hæc enim scripse-  
rat eo tempore, quo post cœnam in Ecclesia, dum conuenissent populi, pe-  
tractam, corpus Domini sumebatur. Ex qua re dum Apostolus scandalosa, pe-  
ccatorumque occasiones, animarum item ruinam, & Sacramenti cerneret de-  
riri contemptum, vetuit hunc morem, videlicet in Ecclesia cœnandi antequam  
eramenti sumptionem post hac seruari, permittens tamen interea, vt domi  
antequam conuenirent, manducant quoad ipse veniret, & modum quo  
hodie sumitur) sumendi persuaderet. Multum enim Apostolo videbatur  
tunc illum agendi ordinem in epistola insinuare, quem vniuersa per orbem  
nunc seruat Ecclesia, quæ ab ipso postea ordinatū esse (vt promiserat) facillime  
telligitur. Et non solum hunc ritum, sed alia etiam multa, quæ nulla morum  
diuersitate per Ecclesias variantur. Vides iam ab Apostolo sine scripturis Ec-  
clesijs loquendo, non scribendo tradita multa? Porro Christus nihil scripsit,  
sed ex multis, quæ docuit, Euangelistæ pauca tantum, & consentanea scripse-  
re. Apostolorum bona pars nihil omnino scripsit, per pauci vnam aut alteram  
epistolam. Omnes tamen certum est, ministerio verbi & doctrinæ diu-  
noctisque insudasse. Multa interea à Spiritu sancto sunt reuelata, multa  
huc pro tempore & necessitate Ecclesiæ reuelanda, & suo tempore tradenda,  
quæ si ante traderentur quam sunt necessaria, res inutilis & molesta facta  
induceretur. Nunquam enim suæ deerit Ecclesiæ Spiritus sanctus, sed vicia  
ad magis



ad mundi finem eam docebit & diriget. Quam temerarium est autem ac superbum, tam est etiam stultum, quoduis Ecclesie membrum hanc sibi arrogare gratiam, ut doctorem habeat Spiritum sanctum, quo liceat sibi quicquam aliud sentire ab Ecclesia diuersum. Non recte sentit, quisquis aliter quam Ecclesia senserit, quamlibet suae opinioni videatur ad stipulari scriptura, quia qui in scriptura loquitur, non est Deus dissensionis, sed unitatis & pacis. Et quis audeat polliceri se ex Spiritu sancto didicisse, ut in scriptura intelligat, quod cum periculo & detrimento sibi haecenus Ecclesia ignorauerit? haecenus perperam docuerit? Nemo credo adeo est insanus, qui dicat: Ecclesia hucusque errauit, ego recte sentio. Nemo verbis hoc dicit. Permulti tamen sunt, qui re ipsa ita loquuntur, dum quae Ecclesia statuit aut docuit, ipsi damnant & euertunt. Hi utinam attenderent, quod sanctus Augustinus dicit & habetur insertum in Decretis: In his rebus, de quibus nil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei & instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Et ad Ianuariū: Si quid per orbem frequentat Ecclesia, quin ita faciendum sit, disputare, insolentissima insaniam est. Haec ille. Sunt praeterea, qui dicunt scripturam adeo esse lucidam, ut nulla interpretatione egeat, sed si dubium oritur, ex alio loco inueniri, unde mox ambiguitati aut obscuritati succurratur. Si ita est, quare igitur tot sectae sibi ipsis contrariae inter eos quoque sunt, qui nihil nisi scripturas recipiunt, & quotidie plures suboriuntur, cum tamen unusquisque eorum sibi Spiritum arroget, & verum sese scripturae intellectum habere clamat? Nemo certe habet verum Spiritum, quisquis cum Ecclesia communem non habet. Non est enim nisi vnus Spiritus, qui Ecclesiam docet. Maneamus igitur charissimi in Ecclesiae unitate, & obedientiam praestemus pastoribus nostris, quos nobis praeposuit Dominus, qui non minorem curam debent animabus nostris, quam parentes secundum carnem corporibus nostris: & propterea non inferiori in nos in his, quae animae salutem attinet, praecipendi habent auctoritatem, quam parentes secundum carnem: & nos e regione spiritualibus his parentibus nostris maiorem debemus & reuerentiam & obedientiam, quanto potior est anima quam caro, generatio spiritualis quam carnalis. Admonet nos obedientiae quod in veteri testamento, si quis sacerdotis summi delectasset imperium, aut spreuisset mandatum, mortis supplicio puniebatur. Atqui noui testamenti sacerdotum iurisdictio, auctoritas & dignitas spiritualis longe sunt praestantiora. Quapropter dicere, summum sacerdotem praelatum, & animarum nostrarum pastorem nihil posse praecipere, nisi quod scripturae explicite iubent, plane ridiculum est. Certum nihil potest praecipere contra scripturam: sed iuxta scripturam, aut pro scriptura, quae non possit, ubi id flagitet animarum (quarum pastor est & pater) necessitas, aut euidentis magnae utilitas. Quia non est contra vos, inquit Christus, pro vobis est. Quod non est contra scripturam, pro scriptura est, & pro scriptura militat. Si ergo praelatus, & pater & pastor pro nobis reddet Deo rationem, ut in Ezechiele clarissimum est, ubi Dominus pro eius negligentia se animarum sanguinem de manu eius requirere comminatur, quomodo non possit praecipere nobis, aut quomodo non deberemus illi nos obedire? Habent sane quaeque tempora sua pericula, quibus e regione tuae obsequuntur a pastoribus etiam vigiliae atque cura. Nouis quotidie morbis emergentibus noua etiam parari remedia necesse est. ad

1. Cor. 14.

Augustin.

Idem.

Scripturam non posse ipsam interpretari.

Pastoribus animarum obedientiam ac reuerentiam esse exhibendam.

Deut. 17.

Luc. 9.

Ezech. 4.

est, ad quæ prælati Deus auctoritatem dedit, & Spiritum sanctum non negat, idque (ne tergiuersandi vilius pateat subditis locus) nõ pro merito præcipiendis, sed in vtilitatem, quam Christus diligit, subiectæ plebis. Ideo non considerandum est, quis & cuius vitæ sit aut meriti, qui in Ecclesia præfider nobis, sed cuius iussu, ordinatione atque auctoritate prælatus sit nobis. Neque enim iussi sumus prælatorum imitari opera, sed seruare præcepta. Nec auctoritas, & quam in subditis habent iurisdictio, sacerdotaleque officium, super merito vitæ eorum, sed super verbo Christi fundata sunt. Caterum, quam impium est, quæso pro republica & commodis temporalibus leges ferre, & pro saluandis animabus leges institutas non ferre? Fateri vni generali prælato Ecclesiæ (quod necesse est) vniuersali regimen commissum esse, & nihil eundem posse subiectis præcipere, subditisque non obediendi libertatem adstruere? Nemo tamen propterea putet nobis vitam prælatorum omnem placere, nec abusus, qui perperam introducti sunt, laudari. Absit hoc à nobis. Pro ijs suadeo orandum, donec vel à Deo vel à concilio generali (quoniam aliud non possumus) corrigantur. Verùm hæc ad eos, qui foris sunt. Nos charissimi fratres quicquid Ecclesia instituit, quicquid vultu ac ritu longæuo tradidit, quicquid etiam prælati à Deo nobis dati mandauerint, humiliter amplectamur tanquam iussu à Deo. Quoniam quidem neque Papa, neque Episcopi, neque prælati reliqui, sed Dominus noster Iesus Christus, cuius amore hominibus nos subiecimus, obedientiæ reddet nobis mercedem. A qua neminem retrahat quæso aut reproborum vita, aut peridorum persecutio, aut temporum calamitas, quia hæc omnia à Christo nobis futura prædicta sunt, & necesse est vt eueniant: nos quoque eius amore sufferamus, qui pro nobis sustinuit Iesus Christus benedictus in secula, Amen.

Ioan. 21.

Ecclesia obediendum esse tanquam ipsi Deo.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Quod mundi oporteat amorem extinguere, si Spiritum sanctum volumus recipere. Sermo III.*

**C**haritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Ad Romanos 5. Gaudium nobis est hodie fratres charissimi non mediocre, quod Spiritum sanctum mundus, hoc est, Apostoli & credentes acceperunt. Repleti sunt, inquit, omnes Spiritu S. quo diffusa est etiam charitas in cordibus eorum. Quam magna res sit charitas, quam vtilis, non ignoratis ex Paulo Apostolo ad Corinthios scribente: Si linguis hominum loquar & angelorum, &c. Magis autem ex Ioanne Apostolo, qui Deus, inquit, est charitas. Quam benè nobis foret, quam feliciter ageremus, quam festus dies nobis hodie illuxisset, si nobis pariter, qui templa Spiritus sancti vocamur ab Apostolo, & esse debemus, idem Spiritus sanctus infunderetur, per quem charitas diffundatur in nobis, & è nobis exuberans ad omnes. Sed vereor ne nostri nostrum habeamus, quod dono tam nobili aduersetur, id est, cui Spiritus sanctus cohabitare dedignetur. Ipsum est mundi amor. Cùm dico mundi amorem non excludo priuatum amorem, quandoquidem omni amore illo, quo extra Deum quis se diligit, mundum diligit. Amorem igitur hic voco mundi

Act. 2.

1. Cor. 8.

1. Ioan. 4.

1. Cor. 3.

mūdi omnem inordinatū affectum ad creaturam quamcūque. Hoc etenim amore impeditur charitas, ne possit diffundi. Hoc offēditur Spiritus sanctus, quo minus possit recipi. Scitis quam sancta fuit conuersatio Christi erga discipulos olim in terris, quam dulcis & munda. Familiaris tamen illa consuetudo & conuictus, quo discipuli amore sensibili ferebantur ad Christum, præpediebat illos, vt Christus insinuabat, ne paraclētum, ne dona potiora Spiritus sancti acciperent. *Expedi vobis*, inquit Christus Apostolis, *vt ego vadam. Si enim non abiero, paraclētus non veniet ad vos.* Hoc est iuxta sententiā beati Augustini: Non potestis capere spiritum, quamdiu perficitis secundū carnem nosse Christum. O si impediēbantur Apostoli per affectionem illam sensibilem, vel, vt dicunt, cordialem, qua hærebant ad visibilem & corporaliter præsentem Christi humanitatem, ne fierent spirituales, sed manerent animales: quid de nobis sperandū est si qui corpore hic monasterio includimur, animo per totum mundum vagamur? Delectat nos cogitare, qua etiam nec licet, nec secundū rationem libet agere. Quam multa concupiscimus, quam in varijs hæremus, quæ etiam decies repulsa redeunt, quia illorum amorem ac delectationem intra nos retinemus: locum enim quem sibi in cordibus nostris vendicauerunt, quasi habeant ibi iuris aliquid, repetunt. Amor igitur iste necesse est vt in nobis moriatur, si diuinum illum amorem, quo hodie igniti sunt Apostoli, volumus in nobis vt ardeat. Itaque desiderio diuini amoris accincti, pergamus ad exterminandum exstinguendumque in nobis amorem seculi. Corruant in nobis muri Hiericho, & vrbs ista detur in anathema obliuionis. Per vrbe Hiericho figurari mundū, nō nostra modo interpretacione verū etiam parabola illa Euangelica didicistis. qua quidam ab Hierusalem descendens Hiericho, fertur incidisse in latrones. Porro hæc ciuitas Hiericho (cuius rex in figura, aut vt Christus vocat, princeps diabolus est) inimica ciuitati Hierusalem, quomodo euersa perierit, scitis: corruptibus videlicet muris eius, dum septies circumiretur. Parimodo, qui per amorem in cordibus nostris ædificatus est mundus septem considerationibus, si vigilanter, quasi septē circumitibus circumeatur, muri eius iuxta septem capitalia vitia septuplices, quibus vallatus est, corruent. Ne igitur diu vos morer, primus circumitus siue cōsideratio esse debet breuitatis vitæ huius. Hæc namque consideratio non parum confert ad mundi contemptum. Facile enim (vt quidam ait) cōtemnit omnia, qui se cogitat moriturum. Nam quid iuvat charissimi de mundo multa colligere, quādo constat, quod ab omnibus cōfestim cogenur discedere, mundum exire, hicque simul cuncta relinquere? Quid prodesse potest mundi amicitiam, hominumque fauorem sibi conciliaffe, cū certum sit illic se ab omnibus deserendum esse omniaque deserere? Concupiscimus multa & quærimus, & ante deficimus ipsi, quam obtinemus. Aut si quæ desideramus, vix tandem assequimur, retinere tamen non possumus. Ponē, contingat cupiam huius mundi felicitas, tranquillitasque aliqua maximē fortunata circa euentus dubios vitæ præsentis: Nonne cruciatum habet mentis, quod hæc incunditas mox finiēda perseuerare non potest, quam calamitas sequitur q̄ æterna expectatur. Diuiti illi in Euangelio Luca, qui destruere voluit horrea sua, vt maiora repararet, pluraque colligeret, dicenti sibi ipsi: *Anima, habes multa bona posita in annos plurimos*

Amor mūdi quantum impediāt charitatem.

Ioan. 16. Augustin. 1. Cor. 5.

Amor seculi vt exterminandus sit.

Ioan. 6. Hierico quid mysticē figuret. Luc. 10. Ioan. 6. Muri Hiericho quō mysticē in nobis corruāt.

Hieron. Breuitas vitæ huius cōsiderata quā confert ad contemptū seculi.

Luc. 12.



requiesce, comede, bibe, epulare, quid à Deo responsum est? *scilicet* hac nōcā  
 mantuam repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erunt? Quid dicent amatores  
 mundi huius, qui voluptatibus atque honoribus hic se extulerunt, quando  
 in morte illis aperiētur oculi, & videbunt quam infelicitate sint decepti, quā  
 nihil sit quod amauerunt, quando omnia tunc contra se videbunt stare  
 aggerata ad perpetuam ignominiam ac damnationem, quibus olim se ob  
 lectauerunt aut quæ impiè contēpserunt? Quomodo plangent se? *Erant  
 à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus  
 nobis. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficilissimas  
 am autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum calli  
 ditia quid contulit nobis? Transferunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nimis  
 us præcurrens, & tanquam nauis quæ pertransit fluctuantem aquam: cuius cum pro  
 terierit, non est vestigium inuenire, neque semitam carinæ illius in fluctibus, & cetera  
 sequuntur in libro Sapientiæ. Hæc igitur charissimi fratres (iunioribus  
 quor) cum mundus tentauerit nos, hoc est, quando voluptatum, honorum,  
 gaudiorum ac gloriæ desideria nos stimulant, cōsiderantes obijciamus oculis  
 nostris, q̄ infelicitate suis amatorib. mūdus imponat, quam blādē circum  
 niat, quam ærumnosē seducat, quam cito deserat, quamq̄ pro breuissimō  
 no fallaciū gaudio æternis cruciatibus tradat. Quid ergo volumus amare,  
 quod tam carē emittitur, quod tam infelicitate possidetur quodque quam  
 mum licet non sine ingenti periculo animæ acquisitum fuerit, amittitur  
 Dicat potius sibi ipsi anima comperiens se aliquid inordinate aut amare  
 desiderare, lætariq̄ dum possidet, trīstari dum amittit, dicat, inquit,  
 sibi ipsi nobilis anima: Quid tu spreto Deo caducam hanc rem tanti facis,  
 cum dispendio propriæ salutis, cum iniuria aut contumelia tui conditoris  
 etiam illam ames, quam tamen quantocyus necesse est deserere? Et iterum  
 Ego volo hac re aut hac consolatione carere propter Deum, vt ipsam habere  
 ipsi placeam: cui placere, est felicem esse, quem amare, est omnia habere. Sed  
 cundus circumitus est, consideratio angustiarum & dolorum quæ sunt in  
 mundo. Putamus fratres, extra angustiam esse, qui laram huius mundi viam  
 ambulant ad perditionem? Haud quaquam. Multa interim desiderant, quæ  
 assequi nequeunt. Multa cum dolore amittunt. Semper in timore amittentium  
 versantur. In cordis inquietudine plura semper concupiscunt. Qui volunt  
 quieti, diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & desideria  
 inutilia & nocua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Porro, qui  
 voluptati indulgent ( quæ apud ethnicos etiam inimica bonis est moribus  
 nunquam satiantur, & supra hoc quod inhonestè seruiunt, etiam in propriis  
 corpora sua peccant, ingenium, memoriam, sanitatem, famam, atque  
 bona omnia in se destruentes. Quam fœda igitur, quam improba ac ærumnosa  
 fœda est seruitus illa, quæ vitij & concupiscentij seruit, quibus tamen qua  
 tumlibet acquiescas satisfieri non potest. Neque enim explendo desideria  
 circa retundi aut sopiri possunt, sed irritata potius hoc modo, atque  
 vehementius sæuiunt. Proinde qui assidue peccant, quid aliud quæso agunt,  
 quam legem ac necessitatem quandam sibi peccandi qua trahantur, quam  
 nem collo suo circumponunt. Taceo nunc curas alias, angustias atque  
 luras cordis, quæ auaros, inuidos, ambiciosos præmunt. Taceo obscenitates  
 seruit*

Sapient. 5.

Tentationi  
quinam re  
sistendum  
sūt.Quantis an  
gustijs dolo  
ribusque a  
matores sui  
eruciet mū  
dus.

1. Tim. 6.

1. Cor. 6.

Seruitus vi  
torum qua  
fœda.

fordes & opprobria, quibus Veneri ac luxui dediti se commaculant. Non es-  
go ametur, quod tanto labore, dedecore, dolore quæritur, habetur, amitti-  
tur. Tertius circuitus est, consideratio periculorum in mundi amore. Prae-  
tereò cætera damna atque pericula. Hoc vnum minimè negligendum est,  
propter quod potissimè nunc loquor. Aduersatur mundi amor Dei amori.  
Siquidem non possunt hi duo amores simul esse. Pro quanto enim, inquit  
Augustinus & Gregorius, cor tuum est ad aliquam rem, tanto minus est ad  
Deum. Repellit Spiritum sanctum mundi amor, quippe qui aufert se etiam à  
cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Extinguit charitatem. *Si quis enim, di-*  
*cit Ioannes, dilexerit mundum, non est charitas patris in illo. Inimicum Dei se con-*  
*statuit. Quicumque enim voluerit amicus esse seculi huius, ait Iacobus, inimicus con-*  
*statuetur. Quis ergo iam desideret mundi amicitiam, quæ cum inimicitia Dei*  
*emittitur? Quis caduca hæc quærat gaudia, quibus dolores & tormenta æterna*  
*succedunt.*

Pericula di-  
naque in  
mudi amore  
quanta.  
Augustin.  
Gregorius  
Sapientia  
i. Ioan 2.  
Iacqb. 4

Quartus circuitus est, consideratio eorum qui per amorem mundi  
perierunt. In mentem veniat diues ille epulo, cui nihil defuit, quo beatus pre-  
dicaretur super terram. Qualem finem sortitus est? Mortuus, in infernum se-  
pultus, pro delectatione breuissima quæ olim transijt, iam amplius seique  
mille annis torquetur, nec vnquam torqueri desinet, in perpetuis flammis  
non habens guttam aquæ quo astuantem refrigeret linguam. Hoc modo cogi-  
tetur de omnibus mundi amatoribus. Quorum præsentem atque terrenam  
felicitatem Iob per multa quæ mirari solet mundus, explicans, tandem in-  
fert: *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Hic eos quoque  
possumus recolere quos aliquando nouimus in Aegypto. Qui egredi nobiscum  
reuerunt ad claustrale desertum penitentiam, sed mundi oblectationibus  
decenti, vitam finiunt in peccatis suis, quod fortassè multis nostrum quo-  
que contigisset, nisi misericordia nos Domini præuenisset, nisi benignitas  
Dei ad penitentiam nos adduxisset, nisi à consortio peccantium, de voragine,  
de tenebris, de captiuitate Christi misericordia nos extraxisset. Absit igitur  
vt per amorem quis redeat, vbi periculum iam pridè vix euasit. Quintus cir-  
cuitus est consideratio seruitutis in amore mundi. Iam paulò ante de serui-  
tute illa animi interna ac perniciofa, quæ est in explendis concupiscentijs  
(quibus amatores mundi subiecti atque captiui tenentur) dictum est. Hic ad-  
dendum est etiam de externa, de qua taceri non potest, quam oporteat eos  
qui terrena ambiunt adulari, oportetq; sæpius malè audire, & quanquam er-  
iam mundi contemptores plerunque ab amicis mundi malè audiant, aliud  
est tamen pro virtute innocenterq; pati, aliud pro mundo. Illud enim in cor-  
de serenitatem atque læticiam, hoc mœrorem atque conscientiam obscurita-  
tem parit. Oportet, inquam, mundi amatores simulare ac dissimulare: oportet  
moestissimam pati, & diu, & multa: vt vel tandem quies modica, aut vo-  
luptas momentanea, aut gloriola breuis obtineatur. Quæ cum fuerint etiam  
impetrata, mox cum vita pariter finiuntur. Et quare non quæritur pax ani-  
mi, puritas cordis, tranquillitas interna (quæ minori labore ac sudore con-  
stanti) gaudium habentia conscientiam maximum: quod nec deserat, nec dese-  
ratur, donec introducat nos in plenitudinem, atque vt Esaias promittit, in  
pulchritudinem pacis, in tabernacula fiduciam, in requiem opulentam: Sextus

Quam mul-  
ti per seculi  
amore peri-  
cunt.  
Lucæ 16.

Iob. 17.

Secutus  
mudi quæ  
sit misera-  
bilis.

Esaiæ 31.

Mundus quā  
fit ingratus  
suis amato-  
ribus.

circumitus est consideratio ingratitude mundi. Quid enim boni, imò quid non mali reddit mundus amantibus se? Imponit quibuscunque, seductis amicos, deserit omnes. Nemo est amicorum eius, quem non prodat, & ad extrema relinquat, hoc est, quem non aut in vita calamitosum, aut in conscientia desperatum, aut in morte faciat miserum. Quid? quod multò tempore postquam pro gloria, honoribus, voluptate aut rebus alijs perituris sudatum est, nihil horum præstet mundus, sed perit labor & opera, manente intermreatu conscientia & diuina offensa. Septimus circumitus est consideratio obliuionis nostri. Pone, vt vniuerso quis imperet mundo, fruatur delictis quibuslibet, gaudeat rerum omnium opulencia: cum ipse defecerit, cum ipse simul intereant omnia, nec est qui eius recorderetur. Vbi sunt reges & imperatores, qui dum viuerent in ore erant omnium? Illis iam mortais, vbi potestas & fastus eorum? Quis tremit, quis colit, imò quis cogitat nunc illos? hodie prædicantur qui viuunt, cras non erit memoria eorum super terram. Non igitur amemus, non desideremus quæ ita transeunt, quasi nunquam fuerint: imò quæ etiam quando sunt, sic sunt, quasi non sint: quando quidem nos quoque transibimus quasi non fuerimus. Et nisi virtus nos immortalitate donauerit, non erit post nos nostri memoria. Itaq; his considerationibus agamus, vt mundus in cordibus nostris pereat. S. Hugo Gratianopolitanus in extremo vita constitutus, peres pro se orari, dū interrogaretur, qd velle pro se orari, respondit. Vt moriatur in me amor mundi. Ita nos q; orare debemus. Huius namque amore in nobis extincto, mox locus dabitur Spiritui sancto, qui cordibus nostris seipsum infundat, dona nobis sua distribuat, sui amoris in nobis ignem accendat, & sapientia sua musto nos inebriet. Hoc namque musto, ait diuus Augustinus, inflammantur hoc præclaro poculo inebriantur quotidie etiam corda fidelium, & animæ se conuertentium, quando pro desiderio salutis suæ parentes & patriam suam fugiunt: exeunt nullo contentellente de terra, & de cognatione sua, & mortui huic mundo, alios spirituales animarum inquirunt parentes, & alteri sub iugo veniunt & paulò antelati atque sublimes humilia affectant, superba fastidiunt, & cupiunt esse quod ante despexerant, & odisse incipiunt quod ante fuerant. Præsentium hospites, futurorum appetitores, æternam illam patriam, contemptate poralium falsitate suspirant. Hoc itaque musto spirituales anima inebriant, & penitus commutatæ, abstinentiam delictijs, vigiliis dulcibus somnis, paupertatem diuitijs anteponunt: arduum contra vitia laborem iucundissimam computant voluptatem. Dulcescunt eis vilia, & quæ prius fuerant pretiosa vilescunt. Diligunt inimicos suos & benefaciunt his qui se oderunt. Non obuiantur indignantibus, non irritantur in opprobrijs, non franguntur in iniurijs. Prorsus horum nihil sentiunt propter feruorem Spiritus sancti propter æternam retributionem. Hoc spiritali mero calebant Martyres quando abicientes & post se iactantes omnia seculi blandimenta, ibant ad passiones, obliuiscens facultates & affectiones, patrimonia ac matrimonia sua: & vincentes armatam contra se paruulorum pignorum fletibus pietatem: vociferebant spernebant parentes, puluerem mittentes in capita sua, & matres facies suas auulsis crinibus dilacerantes. Sed illis hæc omnia tate

Augustin.

Gen. 12.

Mat. 5.

quam ebrii non videbant, nec cognoscebant suos, quia infuso præcordijs suis Spiritu facto, ad dolores, ad supplicia tanquam ad consolationes & ad præmia festinabant. Hæc Augustinus. Quæ utinam in nobis quoque dignetur operari Spiritus sanctus, ut mundi amore in nobis extincto ignem sui amoris accendat in cordibus nostris, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Conditiones aliquot, quæ locum Spiritu sancto parent.*  
Sermo IV.

**R**epleti sunt omnes Spiritu sancto. Actorum II. Quanquam magna erga nos Domini benevolentia charissimi fratres in cunctis eius operibus relu- ceat, & propterea in omnib. festiuitatibus eius bonitatē prædicemus: hodie tamē ceu speciale festū, idēq; dulcissimum, pietati s, benignitatis & cha- ritatis eius erga nos celebramus: quādo post multa beneficia alia nobis exhi- bita Spiritū suū in homines misit, nō iam, ut Augustinus ait, per gratiam vi- sitationis & operationis: sed per ipsam præsentiam maiestatis, quibus non iā uisitor subitus, sed perpetuus consolator & cohabitator adesset æter- nus. Vbi tamen non hoc solum considerandum, quod in fideles suos Deus ip- se uenit, verū etiam sollicite agendum, ut accipere & nos eundem digni efficiamur: quādoquidē non est personarū acceptio apud Deū patrē, sed pro- missa Apostolis etiam in nobis complētur, si desideria & actus gerimus, quæ Apostoli fecerunt. Quocirca ut simplicia scrutemur, videamus qualiter fue- runt inuenti, quando in eos descendit Spiritus sanctus, si forsā utrunque i- mitando, mereamur, inuisibiliter (etsi non in tanta plenitudine) consequi, quod illi signo visibili sunt adepti. Legitur in Actis Apostolorum, quod hi quibus hodie datus est Spiritus sanctus fuerunt Christi discipuli, pariter u- niti, sedentes & orantes. Hic quatuor nobis conditiones innuuntur ad reci- piendum Spiritum sanctum necessaria. Primo namque dicuntur Christi fu- isse discipuli, per quod humiles fuisse & pauperes spiritu significantur, ut po- te qui spreto mundo relictis parentibus, contemptis denique omnibus, non quæ extra se erant solum, sed etiam semetipfos abnegauerant, & Christo se subiecerant, hoc pro summo honore, pro ingenuitate maxima ducentes, si comprobarentur Christi & serui & discipuli. Hæc virtus quam sit necessaria ad Spiritus sancti gratiam anhelantibus, beatus Iacobus in epistola paucis exponēs: Deus inquit, *superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Nec mirum. Deditur enim Spiritus gratiæ habere hospitium hoc, unde sibi sit contu- melia. Non ingreditur, nisi honoratus. Porro sola humilitas Deum honorat. Nam qui virtutes suas numerat, facta magnificat, prudentiam iactat, erro- res suos non agnoscit, quomodo vel honorat, vel ad se Deum inclinat? Pro- inde in scripturis nō incongruē gratia Spiritus sancti aquæ comparatur: quæ ad ima fluens, montes nequāquam ascendit. Ita enim & Spiritus sanctus non ad superborum, sed humilium mentes descendit. Considerandum verò hic, multa esse indicia humilitatis, compluresq; sibi videri humiles iuxta suam æstimationem, quorum tamen humilitatis signa ab alijs non inueniuntur.

Augustin.

Acto. 19.

Conditio- nes quatuor ad recipiendum Spiritū sanctum ne- cessaria. Discipulum Christi quæ- nam consti- tuant. Humilitas quam sit ne- cessaria Spi- ritum S reci- pere volē- tibus. Gratia cur aquæ com- paretur.

Humilitatis  
vera iudicia  
quae sunt.

Bernardus.

Superbiae  
iudicia quae  
sunt.

Fraterna  
dilectio.  
Act. 2.

Ioan. 13.

Dilectio  
fraterna  
quid requi-  
rat.

Patientiae  
perfectae fu-  
cus quidam  
vbi fallat  
quosdam.

Verum bo-  
no cessandi  
fit propter  
maluolos  
aut infir-  
mos.

Act. 4.

Ne igitur quem sua fallat opinio, pauca recensenda sunt. Humilitas semper de se minora sentit, nemini se audet praeferre, nescit de se praesumere. Humilem nulla virtus potest erigere, nullo scientia inflare, nulla aduersitas frangere semper sibi displicet, semper se ipsum obiurgat: Et, vt verbis vtar beati Bernardi, vult reputari, non humilis praedicari, gaudet contemptu sui, hoc solo plane superbus, quod laudes contemnit, Quantoque plus proficit, tanto minus se putat profecisse, quia per humilitatem simul crescunt & sui cognitio, & sui despectio. At contra, si sua sibi tantum placeant, sibi adeo fidat, vt contra omnes suam defendat sententiam: propterea ceteros omnes existimet vel erroribus subiectos vel passionibus corruptos: de se vero, ac si spiritum Dei solus habeat, praesumat, lapsus ita excuset, vt etiam ipsum monuisse, iniuria sit: num ex humilitate Spiritu sancto illuminata id venire credendum est? An forsitan propterea huiusmodi Christi dicendus est discipulus, quia a nullo in homine se monendum aut corrigendum ( vt pote perfectum ) credit? Sed de hoc satis.

Secunda conditio eorum, quibus hodie se infundit Spiritus sanctus, est, quia erant pariter vniti, hoc est, simul congregati, non tam coniunctio corporis, quam confesio amoris. Significatur autem, fraternam dilectionem habitaculum parare spiritui sancto. Proinde, vbi iurgia sunt & dissensiones, non credendus est ibi Deus pacis & consolationis habitaculum sibi delegisse. Pulchre autem sequitur, vt discipuli dicantur fuisse pariter, hoc est, eodem loco, & vna charitate coniuncti, quia in signum quo sui agnoscerentur esse discipuli, charitatem eis mandauerat Christus. Iurus namque ad passionem *In hoc, inquit, cognoscent omnes, quod mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem.* Ad quam sane non solum pertinet, eorum cum quibus viuunt, vulnera & infirmitates patienter portare: verum etiam, ne alijs ( quantum fieri potest ) sua portanda imponat, cauere. Vnde & is, quem cum omnibus portari necesse sit, ipse neminem vult portare, & qui non cauet vel turbationis vel scandali dare occasiones, vt pote fratres suos non metuens offendere, num pariter viuere nobiscum dicendus est? Obtenditur tamen hic sub specie magnae mortificationis laqueus, vnde posset non nullos fallere patetia perfecta fucus quidam, dum quis nihil de locutionibus aut turbationibus stratum suorum putet curandum, suamque sibi conscientiam iam iacta decipi non possit ) sufficere aestimet, nec petram scandali & offensionis credat lapidem amouendum, sed linguas & indignationes non sine magno etiam merito ferendas, & nonnunquam propter hoc prouocandas. Haec responderi possent: Probè satis ferendas esse iniurias, oblocutiones, odia, persecutiones, verum occasionem ne dederis, Rectè quidem, a bono non est desistendum propter maleuolos, nec post datam informationem propter pusillanimes. At in his quae fieri possunt & omitti, nolle propter quietem multorum & pacem propriam mutare propositum, vbi tamen tantus fructus non speratur ex propria voluntatis praesumptione, quanta mala sequuntur ex aliorum vulneratione & laesa charitate, non auidem dicere charitatis id esse, & ex Spiritu sancti venire instinctu. Sed de hoc haecenus. At propositum redeundo, Erant, inquam, discipuli pariter corpore congregati & spiritu vniti: vt pote quibus cor vnum & anima vna erat in Domino. Tertia conditio est, quod erant se-  
dentes,



IN FESTO PENTECOSTES.

447

dentis. *Sedete, inquit, in ciuitate, donec induamini virtute ex alto.* Quid est, *sedete, nisi, estote quieti?* quandoquidem corporis non tantum ad receptionem Spiritus sancti, quàm animi quies est necessaria. Vnde & Esaias ait: *Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum?* Qui ergo seruit vitijs, qui subditus est peccato, qui ambit præesse, qui discordiam seminat, non est quietus, non parat locum Spiritui sancto. Quarta sequitur cõditio, quod erant orantes. Ab aliena quippe consolatione abstracti Deo se dedicauerant: & quia corporalis Christi præsentia ipsis erat ablata, per orationem dulcere eis loqui cum illo, spem suam iactare in illum, promissa quoque eius expectare. Vt igitur & nos gratiam mereamur Spiritus sancti, simus discipuli Christi obediens consilijs Euangelicis & statutis nostris, humiles in affectione, concordēs & vnitatem fouentes in congregatione, quieti & pacifici simus etiam orationi instantes. Nulla nos ab orãdo tentatio deijciat, nulla cõcupiscentia abstrahat, nulla ariditas pusillanimes reddat: quia etsi non nobis, in bona voluntate constitutis, tamen Deo sapit nostra oratio. Et certè expedit nonnunquam nouitijs & etiam alijs feruidis sensibilem deuotionem subtrahi, vt in huiusmodi sentimentis discant non fidere, nec requiescere, sed ad Deum, etsi non suauiter, tamen fortiter se conuertere: quandoquidem non in huiusmodi sentimentis, sed in fide & voluntate bona Deo adhærente, meritum consistit orantis. Vnde & beatus Bernardus consolatur eos, qui iuxta desiderium suum affectum seu delectationem non sentiunt, siue virtutis, siue orationis, adhortans, ne ab orandi, propterea ac bene operandi studio desistant, quantacunque etiam sterilitate cordis prægraentur. Ait enim in quodam sermone: Nemo vestrum, fratres, paruipèdat orationem suam. Dico enim vobis, quia ipse ad quem oramus, non paruipendit eam. Priusquam egressa sit ab ore nostro, ipse scribi iubet eam in libro suo. Ita tamen sanè, si fecerimus quod monemur in Psalmo: *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Et post pauca: *Causantur multi fortasse, quod affectum delectabilem & dulciorem super mel & fauam rarius experiantur, nimirum quia tentationibus interim exercentur, multoquæ virilius agunt, si virtutes ipsas non pro delectatione, quam experiantur: sed pro virtutibus ipsis, & pro solo beneplacito Dei, tota intentione, etsi nõ tota affectione sectantur. Nec dubium quin optimè compleant, qui huiusmodi sunt, Prophete ad monitionem qua dicit: *Delectare in Domino &c.* quoniam non de affectu loquitur, sed de exercitio. Affectus enim ille beatitudinis est, exercitium verò virtutis. *Delectare, inquit, in Domino, id est, ad hoc tende, ad hoc conare, vt in Domino delecteris, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Quod si fecerimus, tandem fiet, vt recepto Spiritu sancto, sicut dicimur, ita simus spirituales, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & eodem Spiritu sancto*

viuit & regnat Deus benedictus in secula Amen.

Lucæ 14.  
Quies cuiusmodi necessaria sit.  
Esaia 66.

Orationis instantia quam sit necessaria.

Deuotio sensibilibus cur aliquando vtiliter subtrahatur Meritum orantis in quo consistat.  
Bernardus.

Psal. 36.  
Eccle 24.

Delectari in Domino quid sit.

IN

*De vera perfectaq; humilitate, cui familiaris est gratia Spiritus sancti.  
Sermo V.*

Sap. i.

Ibidem.

Iacob. 4.

Esaia 66.  
Humilitas  
quid sit.  
Humilitas  
bifaria.  
Superbiae  
genus du-  
plex.  
Superbia  
spiritualis  
quam sit  
perniciosa,  
& unde ori-  
atur.

**D**Eus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Iacobi 4. Non propterea tantum, fratres charissimi, festum Pentecostes recolimus, quod Apostolis olim Spiritum sanctum datum credimus, sed quod etiam in finem vsque mundi dandum non dubitamus, idque non solum hoc die, sed omni etiam tempore, licet fortasse inficiandum non sit hunc diem aliqua praeminentia singularitate honoratum, quo dignis vberiora etiam gratiarum munera conferantur. Verum, quia Spiritus sanctus non illabitur cordibus nisi dignis, & magis illabitur, id est, potioribus donis se infundit, magis dignis, rogandus est etiam, ut ipse nos dignos se efficiat, atque locum in nobis, quem sua illustratione habitationeq; dignetur ipse sibi praeparare. Scimus quoniam *in maleuolam animam non intrabit Spiritus sapientiae, nec habitabit in corpore subdito peccatis*: quod Spiritus sanctus praeterca disciplinae effugietur, & auferet se a cogitationibus quae sunt sine intellectu. Audiuimus postremo quod *superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*. Vna est igitur humilitas, quae praeparat locum Spiritui sancto. *Super quem*, inquit, *requiescit Spiritus meus, nisi super humilem & quietum & trementem sermones meos*? Est autem humilitas depressio quaedam atque vilificatio sui ipsius ex cognitione propriae vilitatis, secundum quam cupit etiam ab alijs aestimari. Humilitas quoque bifariam partitur, in externam & internam: quomodo etiam superbia ediuersa, est alia externa & prope carnalis, puta in exteriori fastu, insolentatione diuitiarum, honorum, vestium corporum & gloriae mundialis extollens: & alia interna, spiritualis & occulta, perniciosior quam prima, repute quae nascitur ex virtutibus, id est, occasione virtutum: imò ex morte, id est, ex cineribus prioris superbiae quae si iam extincta ipsa repullulat. Nam vnde quis se foris humiliat, inde extollitur intus. Et dum se a vitijs aliquo continet, dum voluntates suas mortificat, dum aliorum immortalitates sustinet, dum etiam illicita desideria ad puritatem frangat, dum superflua sibi negat, necessaria abscindit, illicita persequitur, ociosa cohibet, euitat mala, & bonis delectatur, ex optimis his studijs surgit interna spiritualisque superbia, complacentia, & opinio de seipso: quae nisi vigilantissimè repulsa fuerit, fiet etiam vt aliena carpat, iudicet, & vilia reputer: sua verò praefert, se antecellere credat, merita sibi arroget, afferibat dona alicuius precij etiam coram Deo se existimet: & propterea quasi iam aliquid sit in seipso, delectatione aut gaudio aliquo requiescat, laudes sui tamen non desiderat, tamen accipit, aut inde exultet in se, quod de se alijs bene sentiant, sibi gloriam fauent non ad Deum referens: & si ostentare se palam aut iactare non audeat, tamen ab alijs manifestari ac quasi non dedita opera deprehendi, inueniri, reuelari, seirive in aliqua praeminentia, aut glorioso opere gaudeat: de virtute verò sui doleat, quod verba sua aut facta non recipiuntur, quod ve a liquis laude, honore ac fauore sibi praefertur, contristetur: & cum etiam omnia abiecit

absconderit sua, tacitus tamen in se gloriatur, & aliquid sibi donatum præ alijs, aut se posse, quod ceteri nequeant, cogitet: sibi ipsi confidat, credat, innitatur: ad sanctitatem etiam maiorem, propterea quia alta seu præclara res est sanctitas, aspires: ad perfectionem, quia magnum & gloriosum est esse perfectum, contendat. Hæc omnia, charissimi fratres, & similia reliqua ex pestifera radice superbia, veluti germina perniciofa pullulant, vel in cogitatione vel in intentione, vel in affectu, vel in aliquo sentimento latentia, quæ nisi (vt dixi) prudentissime, vigilantissime atque sagacissime observentur, & mox vt nasci sentireveceperint, eliminantur, diabolus (qui per huiusmodi spiritualia vitia deuotis & à mundo abstractis maximè insidiatur) sub specie virtutum & mendacio sanctitatis imponet, & ad tristem finem & latentia mala seducet. Nam spiritualia illa vitia intus in intentione, cogitatu, affectu seu uel aliquo interno, quasi medullitus abstrusa ( si non uigilatur, si non occurritur, si non resistitur, si dissimulatur ) ad superbiam & falsam iustitiam, ad mentitam sanctitatem, imò ad cæcitatem & obstinationem cordis perducunt. Quam miserabile autem est, quod homines exter-  
na opera multa faciunt sanctitatis, sustinent multa, & tamen si intus intumescunt, si non purè Dei gloriam quærunt, si in se ipsis gaudent ac requiescunt, si aliud extra Deum quodcunque quærunt, cunctos suos labores non solum amittunt, uerùm etiam diuino iudicio obnoxij fiunt. Hi foris sunt pulchri, intus uacui & impuri, quibus expediret magis in manifesta cecidisse peccata, unde humiliati resurgerent ac deinceps starent, quam in superba sanctitate, dum se stare existimant, corruisse atque damnabiliter iacere. Sed rogo nemo propterea fratrem suum iudicet, nemo de proximo malè suspicetur aut sentiat, quia hæc omninò interna & occultissima sunt Dei iudicio relinquenda. Ipse enim solus scrutatur corda filiorum hominum, intentiones motusq; diiudicat animorum. Nostrium uerò est (etsi quandoque pro aliquibus timendum sit, pro omnibus uigilandum) de proximis singulis benè æstimare, benè sentire, de nobis uerò uiliter atque indignè. Maximè enim insistendum est humilitati, sine qua quicquid spiritualis ædificij ædificatur, super fundamento ruinoso dissipandum & periturum construitur.

Porro humilitatis duo sunt actus, quorum vnus uersatur in cognitione, alter in uoluntate. Illo uidemus infirmitatem, prauitatem uilitatemq; nostram, quam instabiles, quam indigni, quam ingrati, quam malitiosi, quam pleni uitijs, quam infirmi, quam proni ad omnem malum, quam desides ad quodcunque bonum, quam procliues ad peccandum, quam indigi diuini auxiliij atque protectionis, sine qua continuo in grauissima peccata laberemur & postremo quam nihil profus in nobis ipsis, hoc est, quam digni omni ignominia, dedecore contemptusq; sumus. Altero humilitatis actu, etiam ab alijs tales uideri, haberi, despici, ac contemni uolumus. Prior, qui est cognitionis seu iudicij, non fuit in Christo, quia non inuenit se Dominus Iesus uilitate aut contemptu dignum: sed posterior uoluntatis seu affectionis, qua elegit (etiam non esset) uilis haberi, despici, conuicia & contumelias pati. Ex hac namque humilitate prodijt quando dixit: *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.* Corde, vt Bernardus interpretatur, hoc est, uoluntate. Secundum uerunque actum humilitatis studia atque exercitia sunt illis quæ paulò ante

Vitia spiri-  
tualia quo  
hominem  
perducant

Humilitatis  
actus duo  
qui.  
Humilitas  
cognitionis,

Humilitas  
affectionis.

Matt. ii.  
Humilitatis  
exercitia uti  
superbiæ sint  
contraria.



de superbia dixi, contraria, Humilitas namque considerando erga se diuina  
 charitatem, qua vilissimum indignissimumq; se sentit à Deo gratis dilecti  
 conseruatum, vocatum, redemptum, donisq; ac beneficijs infinitis donatum,  
 atque in peccatis suis tot annis hæcenus diuina benignitate toleratum: è ro  
 gione verò pensando, suam ingratitude, miseriam, prauitatem, inobe  
 dientiam, atque irreuerentiam erga Deum, non solum non potest gloriari in  
 se aut aliquid de se opinari: sed potius miratur quomodo terra illum susti  
 neat, quomodo omnes creaturæ contra se non insurgant: omnibus enim  
 æstimat indignum, nulli se audet comparare, deteriorem cunctis se iudicat  
 vilissima quæque sibi eligit ac deputat, honores sibi exhibitos contumelias  
 aut derisiones putat, & Deum sibi offensum inde formidat, quando ab alijs  
 sentit se æstimari aut præferri: idèd vt seipsum contemnit, ita ab alijs quoq;  
 contemni desiderat, & cum despicitur, aut iniurias patitur, minus quam  
 ignus foret se contemni aut sustinere se putat. Hæc intus aguntur in  
 animo, & coram Deo, quia & foris ita se habere debet, vt nulli scandalum  
 nulli præbeat iniurias, contumeliasve inferendi sibi (quantum in se est) nisi  
 pro amore humilitatis aut patiendi desiderio, occasionem administret, præ  
 fertim quando nemo debeat sibi virtutes colligere cum aliorum damnatione.  
 Si quidem vtrunque præceptum est, & contemptum humiliter ferre, &  
 proximū nō scandalizare, id est, nihil quod alteri delinquendi occasio  
 adferat, agere, sed si propter suā culpam despicitur, aut mala à proximis pa  
 titur, gaudere. Hoc dico, quia inueni quandoque nonnullos qui vltro des  
 ctus admittunt, vt sunt, malè agere, barbarè loqui iustitiamq; in conuentu  
 mulare, vt sic despecti ab alijs seipfos humiliant: non considerantes quod  
 hoc desiderium quamuis sit laudabile, exercitium tamen huiusmodi seu præ  
 xis, pro humilitate conquirenda, est illicita, qua præbent alijs per humili  
 di defectus, quos cauere possent, occasione deridendi, indignandi, & prom  
 etiam peccandi: in hoc proculdubio agentes contra charitatem, quod casti  
 dicula ponunt infirmis fratribus. Caterùm sit & verè sit perseueretq; hoc de  
 siderium se humiliandi, non deerunt, profectò Domino ordinante, occasio  
 nes, aliæq; licita exercitia humilitatis, quibus & se contemnant, & ab alijs  
 contemptum recipiant. Deum verò colant, honorent, atque honorari ab omni  
 bus æstuantissimis desiderijs exoptent. Hoc igitur sit fundamentum, supra  
 quod construatur ædificium spirituale perfectum, quod aliud esse non po  
 test (vt verbis vtat Cassiani) quam timor Dei atque humilitas, quæ de mans  
 fuetudine ac cordis simplicitate descendit. Nullo enim modo (vt idem Cassi  
 anus scribit) poterit in anima nostra virtutum structura confurgere, nisi  
 prius iacta fuerint veræ humilitatis in nostro corde fundamenta, quæ sim  
 missime collocata perfectionis & charitatis culmen valeant sustinere, nisi  
 scilicet vt fratribus nostris humilitatem veram intimo cordis exhibeamus  
 affectu, in nullo scilicet acquiescentes eos contristare vel lædere. Quod nulle  
 tenus poterimus implere, nisi abrenunciatio vera quæ in expoliatione omni  
 niū facultatum ac nuditate consistit, in nobis fuerit Christi amore simplici  
 deinde obedientiæ iugum & subiectio, simplici corde, ac sine vlla simulatio  
 ne suscepta, ita vt præter superioris mandatum, nulla penitus voluntas vi  
 uat.

Matt. 3.  
 Matt. 18.

Fundamentū  
 spiritualis  
 ædificij  
 quod Cas  
 sianus.  
 Humilitas  
 quæ erga  
 proximos  
 nostros ex  
 hibenda sit  
 Abrenun  
 ciatio vera  
 in quo  
 consistat.  
 Obedientia  
 simplex quo  
 modo ob  
 neatur.

nat in nobis. Quod non aliter obseruari poterit, nisi quis non solum se mortuum huic mundo, verum etiam insipientem iudicauerit ac stultum, vniuersa quæ sibi fuerint à senioribus imperata, sine vlla discussione perficiens, sacrosancta ea credens ac diuinitus promulgata. In qua consistentibus qualitate procul dubio status ille humilitatis verè tranquillus atque immobilis subsequetur, vt nosmetipsum inferiores omnibus iudicantes, vniuersa quæ nobis fuerint irrogata, tæcisi iniuriosa sint tãq̃ à superiorib' nostris illata, pacièntissimè toleremus. Quæ quæ à nobis nõ solũ facillimè tolerabuntur, verum etiã parua iudicabuntur ac nulla, si mente iugiter recolamus, vel Domini nostri, vel Sanctorum omnium passionibus, considerantes tanto nos leuioribus iniurijs attentari, quanto longius à meritis eorum & conuersatione distamus: pariter etiam cogitantes in breui nos de hoc seculo migraturos, eorumq̃ celeri vitæ huius sine mox futuros esse confortes. Peremptoria namque est hæc contemplatio non solum superbiæ, verum etiam generaliter omnium vitiorum. Deinde post hæc eandem hanc humilitatem erga Deum firmissimè retentemus. Quod à nobis ita complebitur, vt nihil nosmetipsum absque illius opitulatione vel gratia, quod ad virtutum consummationem pertinet, posse perficere cognoscamus: sed & hoc ipsum quod istud intelligere meruimus, eius esse muneris, si veritate credamus. Hæc Cassianus. Quibus addendum, pro obtinenda humilitate hoc vnum inter præcipua esse præsidium, vt non aliter de se quisquam quam de superbissimo sentiat & conditiones ac genera omnia humilitatis sibi deesse credat: atque idèd constanter & feruenter pro humilitate sibi infundenda, & superbia ac inani gloria in se eradicanda Deo continuè supplicet, quod nobis largiri dignetur Dominus noster Iesus Christus excelsus & humilis, qui est benedictus in secula, Amen.

Humilitas vera quæ sit.

Iniurias seu aduersa que libet quomodo quis facile toleret.

Contemplatio omnium vitiorum peremptoria quæ sit.

Humilitas quomodo erga Deum retinenda. Humilitatis acquirenda præsidium præcipuum quod

IN EADEM SOLENNITATE.

*Quæ in legis datione cum veteris tum nouæ similitudo, quæ sit differentia.*

*Sermo VI.*

**A**pparuerunt illis dispersita lingue tanquam ignis, seditque supra singulos eorum. Actuum 2. Festiuitas hæc omnium fratres charissimi plena est gaudio celeberrima, videlicet Mosaica & Euangelica, quæ est gratiæ legislatio. Hoc namque die olim Iudæis lex in monte Sinai data est. Hodie iterum Christianis lex Euangelica in monte Sion tradita est, quandoquidem is qui inspirator est legis, qui prædicantium est doctor, credentium eruditor, consolator trepitationum, roborator infirmorum, rebellium expugnator, benevolentium adiutor, gratiæ fons, charitatis diffusio, vnctio cordis, ad Euangelij propagationem, ad congregandos filios adoptionis in vnitatem fidei mentibus sese infundit humanis. Hodie ignis ille diuinus, ignis, inquam, inuisibilis, Spiritus sanctus per speciem ignis visibilis significatus, de celo descendit, & humilium corda implens, depulsa ignorantia, expurgata quoque omnium vitiorum rubigine, excussa formidine, consumpto denique omni tepore, salutari eos omnium notitia illustrauit, conscientiæ puritate iuxta ac securitate perfudit

Augustin.

1<sup>a</sup> 1<sup>a</sup> 1<sup>a</sup>.Timor Do-  
mini castus  
quis sit.Quæ sit in  
legis dario-  
ne cum ve-  
teris tum  
nouæ simi-  
litud. &  
quæ differ-  
tia.2. Cor. 2.  
Hierc. 31.  
Heb. 10.

fudit, ad ardua quæque fortes atque constantes reddidit, & vt simul omnia dicam, ad quæcunq; sibi placetia ardentissimos pariter ac obediensissimos effecit faciens à Christo prædicatam & ab Apostolis promulgandam legem Euāgelicam, cunctis qui Deo & eius hereditate digni sunt, acceptabilem nemi in onerosam, omnibus desiderabilem, nulli non suauem. Hunc ignem, id est, Spiritum sanctum beatus Augustinus ex verbis Dauidicis, ab effectibus eius definiens: Sicut ignis, inquit, venit Spiritus sanctus fœnum carnis consumpturus, aurum cocturus & purgaturus. Sicut ignis venit: Et ideo non est qui se abscondat à calore eius. Lex Domini immaculata, conuertens animas hoc est, Spiritus sanctus: testimonium Domini fidele, sapiētiam præstans paruulo, non superbis. Hoc est Spiritus sanctus: Iustitia Domini recta, non terrentes, sed iustificantes. Hoc est, Spiritus sanctus. Preceptum Domini lucidum illuminans oculos non hebetans, non carnis oculos, sed cordis, non exterioris hominis sed interioris. Hoc est, Spiritus sanctus: Timor Domini, non seruilis, sed castus, gratis amans, non puniri timens ab eo quem tremit, sed separari ab eo quem diligit. Hic est timor, non quem consummata charitas foras mittit, sed permanens in seculum seculi. Hic est Spiritus sanctus .i. hunc donat, hunc conferit, hunc inferit, Spiritus sanctus: Iudicia Domini vera iustificata in iustis non ad rixas diuisionis, sed ad congregationem vnitatis. Hoc est enim in ipsum, hoc est, Spiritus sanctus. Ideo linguis omnium loqui fecit, in quos primo venit quia linguis omnium gentium in vnitare se congregaturum esse nunciavit. Quod tunc faciebat vnus homo accepto Spiritu sancto, vt vnus homo linguis omnium loqueretur, hoc modo ipsa vnitatis facit, linguis omnibus loquitur. Hæc Augustinus. Cæterum ne figuræ veritas non respondeat, videte quam multa illic in veteris testamenti, quam multa hic in noui testamenti lege correspondant. Datur lex Mosi die post immolationem pharæ quinquagesimo in monte, in igne, in tonitru & sono buccinæ. Confirmatur autem promulganda traditur lex Euāgelica post veri agni paschalis immolationem quinquagesimo die eidem in monte Sion, in igne, in sono vehementi. Intercessit tamen hæc differentia, quod lex verus in igne fumante: lex Euāgelica declaratur in igne rutilante. Ibi clangor buccinæ & fulgura audientibus incutiunt formidinem, hic sonitus demulcet ad consolationem, quia & illa timoris, hæc amoris. Illa tradebatur scripta in tabulis lapideis, hæc in tabulis cordis carnalibus. De hac lege iā olim per Hieremiā nobis fuerat promissum: Ecce dies venient dicit Dominus, & feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris in die quando apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti: Intellige, quia illa fuit timoris, hæc amoris. Sequitur: Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit vir vler a proximum suum, & vir fratrem suum. Omnes enim cognoscunt quæ a minimo vsque ad maximum: quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non ero memor amplius. Hæc ibi. Quæ omnia hodie completa sunt. Siquidem ab hoc die Euāgelicæ prædicationis tuba intonuit, dum ignis ille Spiritus sanctus mentes illuminans omnium, corda inflāmans singulorū, suggerit & docet omnia (vt pote cū sit magister veritatis) velut vnctio amoris, quæcunq; ardua essent & aspera, leuia facit & suauia. Nam cū charitas diffusa sit

in cor-

in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, quid tam rigidum, quid tam asperum, quid denique tam potest esse inhumatum, quod non tolerabile, leue ac prorsus optatum reddat charitas? Nam si amor rerum prophanarum, puta dominiorum, gloria, voluptatis, aut etiam hominum adeo valet, ut etiam impossibilia queat persuadere, quid de illo amore sentiendum est, cuius autor est Spiritus sanctus, cuius obiectum solum per se amabile, solum bonum, verum & immensum est? Exempla habemus clarissima, quid post Spiritus sancti infusionem ignea mox charitas in cordibus fidelium egerit. Venduntur bona terrena, & (quod mundi amicis tanto est mirabile, quanto insolitum) pedibus Apostolorum calcanda, & subinde in commune distribuenda à fidelibus subiiciuntur: parentes, coniuges, liberi, uxores, patria (& breuiter quicquid mundus miratur, quicquid filijs seculi huius charum est) contempta deseruntur. Amantur carceres & persecutiones, in verberibus & plagis gloriatur, habetur mors in desiderio, & vita in patientia. Ad mortem pro Christo gloriatur, & quo quisque est in mundo contemptior, tanto in Christo plus gloriatur. Quis hanc nouitatem mundo induxit, quis cordibus humanis hoc persuadere potuit, nisi charitas Dei diffusa in cordibus hominum per Spiritum sanctum? Hac enim ingrediente, mundi & omnium quæ in mundo sunt amore cordibus humilium exiuit.

Hæc est (inquit Chrysoströmus *super Mattheum*) spiritualis natura flammæ, ut nullam secum carnalium voluptatum ardere patiatur, sed in alium nos semper amorem accendat. Et idcirco talium rerum cupidus, etiam si cuncta quæ possidet, cogatur impendere, si deridere gloriam, si exhorrire delicias, si ipsam postremo odisse vitam, cum ingenti omnia facilitate perficiet. Etenim præcipuus quidem illius ignis ardor, cum alicuius mentem fuerit ingressus, totum inde torporè, ignauiamque depellit, & eum cuius semel peccatus inuaserit, omni prorsus alite præstat esse leuiorem. Jamque iste talis ea que videntur, cuncta despiciens, in compunctione cõtinua perseverat. Hæc Chrysoströmus. Aduertendum autem non solum inde festiuitatem nobis hæc esse celebrem, quod olim discipulos & alios qui erant tanto munere digni, repleuerit Spiritus sanctus, sed quod omni etiam hora vsque in finem seculi in fidelium cordibus operetur, aut vbi iam habitat, largius dona sua cumaläs atque perficiens. Atque idèd ut nos quoque huius mereamur festiuitatis esse participes, ut ipsi etiã nobis in hac celebritate non nihil gratulemur, Spiritui sancto vasa nos munda offeramus, quæ suæ gratiæ donis repleat vberioribus: quippe qui nihil dedignatur, nihil inane finit aut vacuum, quod à terrenis euacuatum inuenerit & mundum. Cæterum cum non sit nobis iam sermo ad eos qui Spiritum sanctum prorsus non habent, admonere superuacaneum est, quomodo peccata vitentur, quæ Spiritum sanctum penitus excludunt, quin potius ad eos qui habent admonendos, ut abundantius habeant. Porro ad hoc quoque necessaria est loci præparatio, quo digne tantus hospes recipiatur. Hæc autem (ut digna sit) præparatio, quemadmodum cætera omnia, est Spiritus sancti. Proinde rectè sentit qui Spiritum S. sibi ipsi (quamuis haud sine nobis id fiat) locum præparare dixerit: præparationem hanc non aliud putamus quam eiectionem seu euacuationem eorum, quibus cum putamus ille Spiritus nihil habet commune. Quocirca dicere possumus duo

Charitatis  
efficacia  
quanta.

Acto. 4.

Chrysostr.  
Spiritualis  
flammæ  
natura quæ  
fit.

Opera Spiritus S. duo quæ sint.

Euacuare à quibus se debeat homo  
 Affectio inordinata.  
 Quæstio propria.  
 Distractio cordis.

A Deo duci ac regi volentibus quid faciendum sit.

Spiritus sancti esse opera, euacuare scilicet & replere. Euacuatio autem potissima est præparatio ad Spiritum sanctum: quanto enim quisque fuerit vacuus seu liber à terrenis, iàto est diuinorum capacior. Nam vas quodcumque ante effundat necesse est, si quid in se habet, quam liquorem possit recipere alium. Si infundendum est vinum vasi receptam ante aquam nemo est qui respiciat effundendam, quippe qui cum duo liquores contrarij haudquaquam simul in sua essentia integri queant conseruari. Hoc modo creatorem quando volumus inhabitare nobis, necesse est exeat creatura. Porro, eorum quibus debemus euacuari, potissima tria sunt, scilicet ad creaturas inordinata affectio, qua videlicet hæremus & quiescimus vbi non est herendum siue quiescendum. Item propria siue sui ipsius quæstio, quæ ex amore gignitur proprio, voluntate propria, sensu proprio. Inde fit vt tam in agendis quam omissendis intentio nostra nunquam satis sit pura, simplex & deiformis. Tertium est, inutilis occupatio seu distractio cordis, qua fit vt nusquam firmas stabiles: & si quid nobis à Deo offertur, non custodimus. Hæc si à nobis forte exclusa, præparatus esset Spiritui sancto locus. Ad hoc tamen, vt dixi, iuuos, & priores partes agit Spiritus sanctus, si modo id nos totis precoribus desideremus, si precibus quærimus, si moribus ei non contrairimus, si operationem denique eius non præpedimus, si eius sequimur tractum, si nos relinquentes illi confidimus, illi nos credimus. Sicut enim qui in nullo audent Deo confidere, nec eius dispositioni se credere, maximè si aliter, quam ipsi sibi proprio suo consilio finxerunt, ducantur, quasi innumeras vias, quibus trahit suos, non habeat Deus, aut ipsi meliorem eligere, aut Deo viam præscribere sciant, qua velint duci: cum Deus nolit eius esse ductor, qui sibi est ductor. Quapropter si à Deo & duci & regi volumus (sine quo profectò malè nos regimus) oportet nos ipsos relinquere nos, & in illū projicere nos, hoc est bonū æstimare quod super nos permittit, & ei credere ceu patri optimo, qui patre infinites plus nos diligit quod sic confidentibus in se nõ sinat ad malū (licet malum videatur) super nos quicquam cadere. Nam cum Deum nemo nisi penitus se abnegans sequatur, oportet nos proprietatem omnem exire, & Deo, hoc est, eius prouidentia credere, qui ad finem cupit nos ducere perfectissimum, idque per media interdum profus absurda, & quæ nobis omnino nõ modo perfectioni, verũ etiam salutem cõtraria videntur, puta per horribiles tẽtationes, per aridissimas cordis derelictiones, per cõfusiones maximas & aduersitates, etiam in his vbi quis Dei honorem aut suã salutem querit, quibus quasi à Deo proiectus & derelictus sibi homo videtur, cum sit minime: quin potius tunc maxime vicinus ei sit Deus, cum longe nimis putetur abesse, atque tum præcipua instet ratio merendi, cum totum putet esse perditum. Hæc enim est via, qua suos quos præcipuè diligit, & prouehere in altum contendit, prius in abyssum propriæ cognitionis defodit, & ad ima deprimit humiliationis, donec omnis eorũ superbia & præsumptio, que in abditissimis cogitationibus & intentionibus abstrusa latebant, conterantur, & sic tandem eos magnificet rursus & exaltet in die visitationis, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in secula, Amen.



## IN SOLENNITATE PRÆCELSI SACRAMENTI Eucharistiæ.

*Quomodo se debeat homo preparare ad Eucharistiæ sumptionem.**Sermo I.*

**P**robet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. I. Corinthiorum XI. Nihil charissimi de ijs modo dicturi sumus, qui in peccatis viuunt lethalibus, aut qui, vt Augustinus dicit, in affectu adhuc peccandi sunt, hoc est, qui nondum sui sunt compotes, vt scire queant quid sit sentire consentireve tentationibus, quibus fermè continuè inuoluntur, sæpe succumbunt, quandoque resistunt, ita tamen vt vix ijdè ipsi sciant in tentatione constituti, an consenserint nec ne, vt pote passionibus in ijs adhuc vigentibus vehementer, & vitij nihil mortificatis, præsertim cum voluntas abstinendi à peccato in illis multum adhuc sit infirma. Cæterum ad eos mihi sermo est, qui non sunt sibi conscij de aliquo mortali peccato commisso, de quo non doleant, dolerentve si memoriæ occurreret. Habent præterea voluntatem per gratiam Dei abstinendi ab omni peccato, cauendi quicquid Deum offenderit. Veruntamen quia (vt conuenerunt) deuotionem actualem non sentiunt, aut feruens desiderium, ad altaris sacramentum semper accedere metuumt, & ex metu incidunt cordis pusillanimitatem, imaginationesque quandoque periculosas. Hi reuera consolandi sunt admonendique, quod Dominus hoc Sacramentum instituerit, non ad irretiandas illaqueandasque, sed ad colligendas, sanandas perficiendasque animas. Idcirco vbicumque inuenerit hanc bonam voluntatem, quæ non gaudeat secundum iudiciū rationis de villo peccato, nec statuat peccare, sed eligat mandatis suis voluntateque semper obtemperare, hunc nequaquam indignum habet perceptione huius Sacramenti. Qui tamen si non senserit affectuosam deuotionem illam quæ à multis (licet fortassè imperfectioribus) sentitur, desideret tamen eum habere, non ob sui consolationem, sed propter Dei honorem, & vt sua desideria vitiosa mortificare fortiusque opprimere queat, ac purior inueniri in conspectu Domini, Vbi si tunc deuotione quoque hac sensibili post multa desideria caruerit, perseueret in bona voluntate, quam dixi, humilietque se, suis delictis & negligentijs tribuens hanc insipientiam aut frigiditatem, æstimetque se omni consolatione ac deuotione sensibili propterea indignum: & speret in sola misericordia Domini, super quâ securus tonitatur, præsertim, vt dixi, sentiens sibi neque præteritum peccatum ita placere, quin ad minus secundum rationalem voluntatem velit propter Dei reuerentiam non esse factum: neque futurum se desiderare, vt illi ad Dei sui contumeliã, velit acquiescere seu consentire. Qui in hac voluntate fratres se inuenerit (licet infirmus) accedat tanquam ad medicum, & hanc ipsam infirmitatem in sui excusationem quare accesserit, coram Deo adducat, id est, quia infirmus est, & medicina, hoc est, auxilio gratiæ eius (quæ hic exuberans scætet) egeat. Cæterum de præparatione forsan quis adhuc conuenerit, quod indignus sit, nec (vt aiunt) quantum in se est fecerit. At qui si mil-

Deuotio  
sensibilis  
quam ra-  
tione desi-  
derari de-  
beat.

Preparatio  
potior qua  
fit.

mille se annis quis præparauerit, indignus manebit. Quasi hodierna Sacramenti huius sumptio præparatio fit tibi ad crastinam. Dic igitur & ex animo dic te imparatum & indignum. Geme submisso capite & verecundo dolosoque corde ante illum quem sumpturus es, propterea quod ad eum es ineptus ac indignus, licet contra ad eum sis indigus hoc sacramento, ut illo carere nequeas. Utrobique igitur angustia tibi fit, dum neque propter vilitatem audeas accedere, neque propter indigentiam te subtrahere. Itaque in hoc ambiguo versans, projice te in eum qui nouit figmentum suum, super misericordiam enim innitens sola. Vt si à quopiam etiam angelorum cur audeas accedere, interrogatus fueris, dicas: Quia Domini misericordiam sunt infinita, & quia minimus sum, eiusque præsentia egeo: quantoque infirmior sum alijs, tanto minus carere eo possum. Hæc tamen omnia si etiam non potueris cogitare, nimia sterilitate aut obscuritate obrutus (ut dixi) caue nullius consensu habere peccati, & nihilo minus cum muliere Chananea clama (quamlibet etiam si durum ostendat, qui in veritate clementissimus est) post Dominum. Vnde nihil adhuc in corde perceptibilis deuotionis senseris, in fide Ecclesiam nuda, quomodo instructus es, accede, ratione credens, & sublimiter de hoc sacramento sentiens. Porro phantasias omnes fortasse irruentes perfidiam aut blasphemiam, per contemptum transi: imò quasi nihil inde motus eas deride, nec tibi eas vendices, imputes vlllo modo aut ascribas, sed indignas, contra quæ certari quibusve debeat responderi, æstimas prætereas. Crede mihi, non deerit merces sterilitati huic tuæ, sic propter Deum in fide nuda tolerata. At vero id quod deuotionem sensibilem in se querunt excitare, eadem nutrire etiam debent ac fouere per exercitia præcipue mentalia, hoc est, per iuges aspirationes continuumque orandi, id est, mente cum Deo colloquendi vltim. Docet enim nos Iesus Dominus noster & saluator, semper quidem orare & non deficere. Apostolus quoque, *sine intermissione*, inquit, *orate*. Hoc potest impleri, tamen non continue quis ore preces fundat ad Deum (neque enim quæ litera sonat, sacra scriptura, aut in sensu quem verba faciunt, sed in sensu quo fiunt, debet intelligi) Impletur autem dum sic viuendo vnusquisque se agit, ut suis sanctis orationibus pijsque postulationibus mores sui non contradicant. Verbi gratia: Orans pro paupertate spiritus, si non cupiat thesaurizare super terram, sed in Deum diues fieri, licet ei temporales quoque diuitia non desint iuste acquisita: si non intumescat superbia, si neminem spernat, hic semper orat, quamdiu sanctæ huius beatitudinis in eo desiderium perseverat. Pari modo sentiendum est de cunctis alijs virtutibus: quamquam quamdiu desiderium in homine perseverat, tamdiu etiam pro illis ad Deum eius ratio perseverat.

Deuotio  
sensibilis  
quomodo  
nutrienda.  
Luc. 18.  
1. Theff. 5.

Orare semper  
per quod quis  
possit sine  
intermissione  
Luc. 12.

Orandi mentem  
taliter exercitium  
quod conueniat  
leat exerceri

Quod cum ita sit, potest tamen fateor homo per studium aspirandi ad Deum ad hoc assuescere, ut continue orans mente, vel pro se vel pro alijs ad Deum, nunc quidem gemendo, nunc optando, nunc gratias agendo, nunc commendando, nunc sese offerendo aut resignando, nunc etiam malum deprecando: aliquando Deo & Sanctis, aut etiam proximis coram Deo grauando: item miseris compatiendo, & suas vel alienas ærumnas coram Deo exponendo, modisque huiusmodi innumeris ad Deum mente & spiritu loquendo: tandem ad tantum orationis (præsertim mentalis) vltim consue-

ordinemque veniat, vt cum Deo omni in loco non aliter quam cum homine loquatur, nihil secum solo, sed omnia cum Deo, id est, quicquid agendum actumve est pertractans, sitq; in eo nihil aliud quam continua iugisque oratio, puta ea, quæ fit spiritu & mente, licet quandoque etiam in verba prorumpat. Ad hoc mentale orandi exercitium summopere hortandi sunt pij ac Deo deuoti homines, propterea, quod magna virtus fructusque multi proficentis vitæ in eo contineantur. Neque enim oratio mentalis distractionem cordis vt vocalis sustinet. Et qui mentaliter orat, totus orat, at qui vocaliter orat, vnum ore potest proferre, aliud mente cogitare.

Itaque optimum est orandi genus, se ad mentalia desideria exercere sancta, meditari actus, virtutes, passionisque vitæ Domini nostri Iesu Christi. Quæ vt breuiter, licet multa complectamur, consideranda est Christi vita, in qua seprem cõtingit meditari. Primum, incommoda eiusdem corporalia propter nos suscepta, veluti sunt fames, sitis, æstus, frigus, corporis fatigatio ex itinere & laboribus prædicandi, atque huiusmodi alia. Quæ homo meditari solitus, aut seipsum cogitur reprehendere, aut correctiorem vitam instituire, aut gemere pro sui dissimilitudine, comparata erga Christi vitam, aut Christo agere gratias, aut frequentioribus desiderijs æstuantioribusq; pro imitandi conformandiq; se Christo supplicare. Vnde fit continua iugisque oratio. Alterum est eius charitas & sitis ad salutem animarum, qua nihil eorum omisit quo vel vnâ animam conuerteret. Inde fuit, quod nulli labori pepercit, nulli fatigationi: orans, per noctem vigilans, per mundum discurrens, prædicans, affabilem se præbens, & manducans cum peccatoribus, curans infirmos, atque miraculis suæ prædicationis veritatem comprobans. Denique cum esset ex hoc mundo discessurus, Sacramentum, quo se vsque ad finem consummationemq; seculi nobiscum mansurus, in cibum ac potum ministraret instituens. Atque nouissimè omnium post tam dira supplicia passionum, post crucis pœnas & dolores, nudum, vulneratum, ac inter latrones suspensum sese Patri per ignominiosam atque durissimam mortem pro nobis in precium nostræ redemptionis offerens. Hæc benè ac sæpius meditata, necesse est vt verecundiam ingratitude suæ homini ingerant, feruoremq; ac deuotionem, vnde multi gemitus, multa suspiria, multa desideria, aspirationes, præcationesq; cordis generentur ad Deum. Tertium est, quo meditandæ sunt virtutes actionesq; Christi, puta quam pauper spiritu, quam humilis, quam mitis, quam benignus ac misericors, quam denique iniuriarum patiens, & delictorum immemor, atque omnium ad se accedentium peccitentium non aliter atque pater occurrens, & susceptor fuerit. Quibus omnibus se præbuit nobis in exemplum, instituens nos, quomodo oporteat Christianum viuere. Siquidem qui dicit se in Christo manere, debet sicut & ille ambulauit, ambulare. Eam ob rem excitentur oportet in corde meditantis desideria se conformandi Christo, indeq; gemitus, quod post tam frequentes lapsus, post toties iteratum propositum, post multiplices conatus, post deniq; inuocationem diuini adiutorij, tam crebrè solitam est expertus & experitur quotidie in infirmitatem, instabilitatem, negligentiam, concupiscentiamq; suam fallacem. Experitur quoque quam prorsus nihil fit. Ideo cõqueri habet & rixari secum & aduersus se: idq; non secum solo, sed coram

Orationis mentalis fructus virtusque quæta.

Vita Christi quæ septem habeat in se meditanda. Incommoda Christi corporalia.

Charitas fidei & sitisque Christi ad salutem animarum.

Virtutes actionesque Christi meditare quid efficiant in nobis.

1. Ioan 2

M m m

Domini

Opprobri-  
rum multi-  
formitas.  
Matt. 13.  
Matt. 11.  
Ioan. 8. 10.  
Luc. 13.  
Luc. 11.  
Matt. 17.  
Marc. 15.  
Ioan. 19.  
Pfal. 44.

Esaia 53.

Matt. 17.

Pœnarum  
Christi va-  
rietas.

Dolorum  
internorum  
Christi e-  
normitas.

Dolores in-  
ternos cur-  
pati volue-  
rit Christus.

Domino per modum collocutionis & verecundæ humiliationis sui, vt hœ-  
rica non desperationem, pusillanimitatemq; generet, sed maiorem fiduciam,  
quo non in aliquo suo vel proposito, vel merito habet, vbi confidat, aut qui-  
escat, sed in nuda solâq; Dei miseratione & pietate tantum. Quartum est  
multiformitas opprobriorum, detractorum, ignominiarum, despectuum,  
contradictionum, iniquarum accusationum, contumeliarum, blasphemiarum,  
confusionumq; quam propter te sustinuit. Vnde vocatur filius fabri &  
Maria per contemptum: Item amicus peccatorum & Publicanorum vorax,  
potator vini, insanus dæmonium habens, Samaritanus, seductor populi,  
legis transgressor, blasphemus, & alia id genus multa: Nudatur, con-  
spuitur, palmis cæditur, latronibus sociatur: imò latro illi præfertur, puta Barab-  
bas, cui pessimo licet, vita à Iudæis redimitur, dum Iesus innocens ad crucem  
postulatur. Denique, qui forma fuerat speciosus præ filiis hominum, tam vilis,  
tamq; efficitur turpis: vt pote cuius facies illita erat sanguine, spuris, & li-  
uore atque tumore, ex alapis & verberibus susceptis, vt neque humana opor-  
tuit, neque decor esset in eo. Vnde vidimus, inquit, *eum despectum & nomini-  
mum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem, tanquam leprosum  
percussum à Deo, ac humiliatum.* Ea propter quum Iesus ita deformis esset  
passione, educendus ad Caluariam suis reinduitur vestimentis, ludæis  
procurantibus, quo vel inde agnosceretur à populo & despiceretur: quum  
qui mendax & seductor, latronumq; princeps, vt pote in eorum medio sus-  
sensus foret inuentus. Quintum est, varietas pœnarum, dolorum, passionum-  
q; quam pertulit ab hostibus. Quippe qui colaphis, alapis, flagellis, spinisq;  
cruciatu, post multas tandem pœnas alias crucifixus, tribus horis, tribusq;  
clavis in alto suspensus, & interna consolatione paterna destitutus, atque in-  
mana infirmitati derelictus, sub aridissima fiti, cui nemo erat, qui pauxilla  
aqua præberet, acerbissimam mortem sustinuit. Sextum, internorum dolorum  
& tristitiarum enormitas. Siquidem pro omnium & singulorum pec-  
catis doluit, præ compassione nostri aliquoties fleuit. Instante passione om-  
nia, quæ sibi erant futura ac sustinenda per immanitatem Iudæorum frangit  
latim in corde præiudit, tractauit atque suo modo in anima præsensit: doluit  
tantam passionem, tam paucis quæ pro omnibus sufficiebat, ob ingrati-  
tudinem ipsorum profuturam. Doluit præterea damnandorum impietatem &  
cæcitatem, doluit Parris sui irreuerentiam ex peccatis hominum, doluit  
quoque tam grandè enormeq; peccatum futurum, quo se, id est, Dei filium,  
mundus erat occisurus. Postremo, pro matre sua doluit in anima vulnerata  
item pro corpore suo mystico, id est, Ecclesia, quorum membra electa mul-  
ta pro suo nomine erant passura. Doluit autem & tristabatur, quia voluit  
Neque enim sufficiebat sua ad nos charitati exterior passio in corpore ob-  
lijs sibi illata, sed voluit etiam intus torqueri: quia voluit nos non potestate,  
sed iustitia, redimere. Ideo licet vna allapa aut sanguinis gutta pro nobis fu-  
isset propter suæ diuinitatis maiestatem atque excellentissimam dignitatem  
suffecisset ad nostri redemptionem, non tamen hoc modo potestate redime-  
re nos voluit, sed æquitate, æquivalentiaq; passionum internarum & ex-  
ternarum, peccatis omnibus vniversi mundi commensurata ac debita, per  
inde ac si omnia peccata mundi in vna lancea statera posita fuissent, in aliam  
lancem

lancem ipse tot pœnas à se tolerandas ponere voluit, quantas & quot peccata illa diluenda exigent secundum iustitiam & æquitatem, & non secundum personæ patientis dignitatem. Septimum est, vulnerum multiplicatio, & præciosissimi sanguinis sui effusio. Ad eum enim repletus est vulneribus, ut à planta pedis vsque ad verticem capitis non foret in eo sanitas, sed per totum corpus aut liuor, aut plaga tumens, aut vulnus erat. Sanguinem etiam ad eum abundanter effudit, ut crucem terramque rigaret: & vbicunque iuisset, vestigia post se cruenta relinqueret. Hæc diligenter omnia meditata compunctionem generant, cordis compansionem excitant, desideriaque eliciunt se Christo conformandi. Ex his multiplicitas occurrit mentalium orationum. Vnde paululum quis exercitatus assuescat, ut vita eius nihil aliud sit, quam iugis oratio: & hac non est melior præparatio ad Eucharistiæ sumptionem. Possentamen exercitium hoc frequentari quasi pro septem horis canonicis, ad renouandum mentis deuotionem. Quam si semper sensibilem etiam non recipit homo, nihilominus ab exercitio non desinat. Neque enim in sententis huiusmodi æstimatur perfectio deuotionis, sed in prompta voluntate, quæ se tradit in Dei cultum & honorem: parata etiam omni sentimento carere, & nihilominus vel sicco aridoque corde Deo seruire, quamdiu sic Deo placet: quandoquidem nihil potest homo habere, nisi quicquid dederit Dominus. Patienter igitur longanimitereque ipsum debet expectare, resignando, committendo atque credendo se diuinæ prouidentia, eiusque beneplacito plena confidentia. Quod utinam largiatur nobis Iesus Christus Dei & Virginis filius, in secula benedictus, Amen.

Vulnerum Christi multiplicatio. *Isaia 1.*

Præparatio ad Eucharistiæ sumptionem optima quæ. Deuotio vera quæ sit.

IN EADEM SOLENNITATE.

*Cuiusmodi dona diuina in se collata admiretur homo, quomodo illis respondeat. Sermo II.*

**A**ccipite & manducate. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. *1. Corinthiorum. 11.* Fratres charissimi scimus charitatem Domini nostri Iesu Christi, eiusque munificentiam & largitatem erga nos. Qui vbi omnia, quæ habuit, dedit nobis, tandem quia melius non habuit, nec dare potuit maius, dedit seipsum. Non ergo primum hoc eius est donum, quo nobis donauit corpus suum. Initio namque donauerat homini tam cælum quam terram, omnesque creaturas irracionales ad obediendum, *Omnia, inquit Pfalmographus, subiicisti sub pedibus eius. Ecclesiasticus quoque dicit: Deus creauit hominem de terra, & dedit ei potestatem eorum, quæ sunt super terram. Videte cælum, videte planetas, videte solem & lunam, videte astra, influentias, motusque cælorum. Quibus hæc lucere? Quibus hæc seruiunt? Quis eorundem accipit vtilitatem & operationem? Nonne propter hominem omnia hæc creata sunt. Maximè. Videte deinde quot animalium & piscium, quot volucrum sint varietates. Videte prata, nemora, frutices, germina, agros, hortos, arbores, flores, fontes, amnes riuosque, quo ordine, quo situ, quo ornatu distincta sunt. Quis ea condidit, aut cui conditor eadem condidit? Nonne nimis ipse creator sua eget creatura. Propter hominem igitur creauit, homini dedit nem.*

Dona diuina homini collata quæ sunt. *Pfal. 8. Eccles. 17.*

Creata esse omnia propter hominem.

M m m 2

quæ-

Creaturis  
quando ho-  
mo dignè v-  
tatur.

Dona alia  
adhuc po-  
tiora.

Pfal. 99.  
Hebra. 1.

Angelorum  
obsequium  
erga homi-  
nes.

Quò grati  
esse debeat  
mus S. An-  
gelis.

Angelum  
suum bonū  
quando ve-  
recundia af-  
ficiat homo

Seipsum vti  
dedit Deus  
homini  
multifariā.  
Baruch. 3.  
In socium.

quædam in cibum, quædam in potum. Alia dedit homini in obsequium, alia in exercitium, alia in exemplum: nonnulla quoque in eruditionem, nonnulla in solatium. Non modica res est, tot tantâque nobis donasse creatorem nostrum in commodum & ad instructionem nostram. Videte quomodo propter nos occidantur animalia, quomodo verberentur equi, quomodo fatigantur cuncta propter hominem. Videte, si etiam dignus sit homo, propter quod alia omnia moueantur aut patiantur. Certè si Deum creatorem suum diligat, si in præcio ac honore illum habet, si eius amore vniuersis tam vult carere, quam abundare, si solius Dei gloriam quærit, si nec propter se tantum et creaturis ministerium, solatium aut commodum quærit, sed purè admittit propter Deum, tunc dignus est. Non tamen hoc est, maximum, quod donat homini Deus. Sunt enim eius alia adhuc dona potiora, vnde creator magis agnoscitur dilectio. Siquidem dedit homini, dedit vermiculo terreno creaturas cælestes, atque nobilissimos principes suos angelos in ministerium. Nam *angelus suis mandauit de te, ô homo vt custodiant te in omni vijs tuis.* Et hi omnes sunt *administratorij spiritus in ministerium nisi propter te, qui hereditatem capiunt salutis.* Nonne videtur maximè indignum, maximè incongruum tantos principes constituere ministros ac seruos hominis, cui sacculus est vermium & putredo? Et qua ratione (si nobis liceret opera Dei discutere) id fieri decet, nisi per abundantiam diuinæ erga nos charitatis? Paciunt tamen & hoc angeli haud grauati, imò cum exultatione, præsertim sentiant ex suo nos ministerio proficere. Diligunt enim & ipsi nos vehementer, & saluti nostræ mirum in modum gratulantur. Vis igitur tu illis è diuerso quoque gratus esse? Vis habere eis gratiam? Vis eos honore ac laetitia afficere? Haud melius id efficere potes, quam eorum monitis obtemperando, eos crebris, vt ita dicam, nuncijs ad Deum fatigando, quæ offerant Deo, munera munda purissimis eorum manibus committendo. Caue quoque, cum alij tui fratres in orationibus sunt constituti, cum pro Dei amore vigilant, aut Deum laudant, cum in obedientia occupantur, tu sis interim occupatus, aut iuxta desideria tua non laudabiliter occupatus. Tunc enim, quantum in te est, verecundia afficis angelum tuum, qui pro te zelatur: dum angelus custodes aliorum fratrum munera deuotionum, orationum, lectionum, obedientiæ & laborum, Deo offerunt, eisdemque gratiam reportant, angelus tuus per tuam ignauiam verecundus erubescit, non habens quod tuo nomine cum angelis custodibus reliquis Deo offerat. Caue ne angelis bonis suorum opera bona adferentibus, & angelo tuo, vt dixi, propterea quod nihil ex te offerendum receperit, vacante, demon sit aliquis improbus, qui te maligno peris, quod interea commiseris, aut boni, quod neglexeris, interim accuset. Tertio, dedit seipsum Dominus nobis, & hoc multifariam. Primo enim dedit seipsum nobis in socium exilij ac peregrinationis nostræ. Quod Baruch adhuc futurum testabatur, dicens: *Deinde in terris visus est, & cum hominibus conuersatus.* Quare cum hominibus conuersatus est: Vt eius erudiremur sermone, eius instrueremur exemplo. Vide quid prædicando te docuit, quid agendo prædicauit. Ante per Prophetas per sanctos Patriarchas quoque populum suum fecerat erudiri, vt non tam verba Dei audirent, quam opera quocumque eorum sancta homines viderent. At verò nunc seipsum nobis dedit, nobis collo-

colloquens, nobiscum viuens, cunctisq; clamans: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. Discedite a me, quia mitis sum & humilis corde. Discurrat homo deuotus per omnes actus & opera Christi, expendatq; quid egerit, quidve passus ille fuerit, vt nos doceret tam mititate quam humilitatem, quo studeat illum imitari. Secundo, se dedit in seruum necessitatis nostrae. *Seruare*, ait per Esaiam, *me fecistis peccatis vestris*. Quod est, pro peccatis vestris eluendis, pro vulneribus vestris curandis, pro languoribus sanandis exinanitui me ipsum formam serui accipiens. *Vulneratus sum propter iniquitates vestras, attritus sum propter scelera vestra, & meo linore sanatus estis*. Discurre per mundum, vt sanarem omnes oppressos à Diabolo, vt euangelizarem his, qui prope, & his, qui longè sunt, vt ouem perditam requirerem, & inuentam humeris patri reportarem. Tertio, se ipsum dedit in precium redemptionis nostrae. Vnde ad Ephesios Paulus, *Dilexit nos*, inquit, *& obtulit seipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis*. Et apud Matthæum ipse ait: *Filius hominis venit dare animam suam in redemptionem pro multis*. In hoc admiranda est eius benignitas, q; de sanguine suo lauerit fecit, & antidotum, nō solū his, qui iā erāt vulnerati, sed etiā his, q; erant vulnerandi, prouidēs nō minus futuris, q; præteritis inimicis suis morbi remedium, peccatisq; antidotum. Charissimi fratres, sit nobis non modo quotidianum, sed continuum exercitium nostrum offerre Christi satisfactionem, Christi pœnas, Christi vulnera, Christi sanguinem pro nostris delictis, pro afflictis, pro tentatis, pro defunctis, & pro quibusuis necessitatibus tam nostris, quam alienis. Nihil enim est, quo reconciliari facilius, quo purgari citius, quo impetrare copiosius, cui deniq; possimus inniti securius, quam passio & vulnera Christi.

Quarto quod omnia dona excellit, dedit se ipsum nobis in sacramento in cibum. *Panis* (inquit) *quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Accipite item, & manducate. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Non solum autem ipse semel tradidit se in cibum, sed sumendum se etiam vsque ad consummationem seculi instituit, iubens nos hoc ipsum facere, hoc est corpus suum māducare, & sanguinem bibere in sui commemorationem, hoc est, vt suæ charitatis memoria, quæ in hoc beneficio admirabiliter omnem nostrum intellectum superat, à corde nostro nunquam recedat, sed huius aliorumque beneficiorum eius simus memores. Nihil illi prodest nostra memoria, nihil obest illi sui obliuio, sed nobis prouidet, & propter nos id iubet, qui sine eo viuere non possumus. Iussit autem (vt dixi) nos accedere, & corpus eius benedictum in sacramento sumere. Quod nisi iusserit, quis auderet Dominum suum māducare? Aded autem iussit, vt simul quoque inuiter, & præmia promittit sumentibus. Quapropter dicit de seipso: *Hic est panis de caelo descendēs, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Adque iterum manifestius Ego sum panis viuus, qui de caelo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum*. Et paulo post: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam*. Et iterum: *Qui manducat meam carnem, in me manet & ego in illo. Cæterum, quomodo sumentibus præmia promittit, ita non sumentibus adiicit minas: Nisi, inquit, māducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō**

Matt. 11.

In seruum.  
Esaiæ 45.Phil. 2.  
Esaiæ 53.

Act. 10.

Eph. 2.

Luc. 15.

in precium.

Eph. 5.

Matt. 20.

Benignitas  
Saluatoris  
admiranda.Merita Christi  
pro quibus  
necessitatibus  
Deo esse offerenda.

In cibum.

Ioan. 6.

Matt. 26.

Marc. 14.

Luc. 22.

1. Cor. 11.

Memoriam  
sui cui Christi  
iusserit.Præmia  
corpus Christi  
sumentibus  
promissa  
quæ.

Ioan. 6.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Minas non  
sumentibus  
corpus Christi  
illata  
quæ.

Ioan. 6.

Ecc1 9.

In peccato  
mortali se  
esse, unde  
quis certus  
fiat.

Eucharistiã  
accipiens  
quò se corã  
Deo temeritatis excuset

*habebitis vitam in vobis.* Videtis quomodo consolatur pusillanimitatem nostram  
tempori quoque & acedia minatur, vt si de conscientia nostra non sumus certi  
quod dignè sumamus: saltem non sumus certi, quod indigni accedamus. Pri-  
mò .n. nõ regitur à nobis, vt sciamus nos extra mortale peccatũ cõstitutos.  
(Quia hoc scire foret certũ se esse in gratia Dei, q̄ scire nemo potest, cũ ne-  
mo sit, qui amore an odio dignus sit, non ignoret.) Sed hoc necessarium est,  
vt non scias, hoc est ne certus sis te esse in peccato mortali. Hoc enim, scilicet  
se esse in peccato mortali, sæpe numero potest sciri, puta si noluerit à peccato  
mortali abstinere, aut si nõ doleas de peccato mortali, præsertim secundum re-  
tionẽ illud detestã, & teipsũ dãnans atq; dolens .p̄pterea, etiã si nõ sensibili do-  
lore doleas propter peccatũ, hoc est, p̄pterea Dei offensionẽ. Tunc enim si do-  
dum rationem non doleas, si secundum rationem non iudices dolendum, nõ  
non libenter dolere etiam velis, si posses, in corde sensibili dolere propter  
mortale peccatum, aut si abstinere nolueris à peccato, certus esse potes, con-  
tra gratiam esse diuinam, nec ad sacramentum hoc eo tempore tibi accesser-  
dum est. Non autem propterea abstinere te oportet, quod nescias te digni  
accedere, aut quia incertus es te immunem ab omni esse peccato lætali. Alio-  
qui nemo id scire potest, Proprietas enim contra hanc pusillanimitatem tuam contra hunc quoque timorem Do-  
minus te, vt accedas, inuitat, accedenti præmia promittit, abstinenti vero  
absque causa iusta minatur. Quo satis te corã Domino excusare potes temeritatis,  
teipsũ humiliando dicendoquẽ: Verum quidem esse & tibi con-  
pertissimum, quod ingratum, indeuotum, ad peccandum pronum, sæpe  
peccata iterantem, non amantem (cuiusmodi tu es) dedecet indignum que-  
sit ad Deum accedere. Veruntamen cum magna rursus te necessitas urgeat  
(quippe qui sine illo esse nõ possis) cum magna tam paupertas, quam amara  
tua infirmitas te compellat, ipsiusquẽ ad hoc iubentis vt accedas, sit voluntas,  
abstinere non ausis, sed eius te velis committere misericordia, quæ exuperat  
omne iudicium, & in manus te præcipitare, non iudicis, sed clementissimi  
patris, qui tuam necessitatem attendat, mendicitatem videat, confidentiam  
tuam, licet tremulam admittat, accessumquẽ tuum ad hoc sacramentum gra-  
tum habeat, non pro tua dignitate & merito, sed pro sua beneuolentia & pie-  
tate, qui est benedictus in sæcula, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*De condigna communionem sacramenti Eucharistiæ, & de sedecim  
fructibus eius. Sermo III.*

**Q**ui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.  
Ioan. 6. Charissimi fratres, non leue aut paruum aliquid ei, qui cor-  
pus Christi manducauerit, promittitur, quando vita promittitur æ-  
terna. Quis .n. nõ omnia, quæ in mundo sunt, vitæ posthabeat æternæ. Vido-  
mus igitur, quantam habeat erga nos charitatem Deus, qui ad eò nos inuitat  
ad cibi huius sumptionem, ad eò cupit benefacere, ad eò nostram opor-  
tatem, vt præmium quoque ad cibum hunc saluberrimum accedenti condita-  
at. neque temporale, neque vile, sed optimum atque desideratissimum quod  
nemo



nemo non summopere cupit, nempe vitam æternam. Omnia pro nobis dedit. Corpus enim, vires, commodum, requiem, animam suam, & quicquid habuit, quo nos redimeret, dedit pro nobis, quadam in obsequium, quædã in redemptionis precium. Nam propter nos seipsum fatigavit, propter nos in itineribus discurrit, propter nos miracula fecit, propter nos prædicavit, propter nos denique eluriam, sium, frigus æstumque toleravit. Nouissime simul omnia in mortem pro nobis, atque in redemptionis nostræ precium dedit. Verùm non sufficiebant hæc omnia eius charitati, imò nec nostræ sufficerent infirmitati, nisi daret & seipsum. Pro ingenti itaque charitate sua dedit seipsum modo familiarissimo nobis in cibum, quo simul inueneret, quod nihil nos permouere debeat ad hunc cibum, nisi charitas, & ipsius desiderium. Alia enim omnia propter ipsum querenda sunt, non ipse propter alia. Quocirca cum multi credantur Eucharistiæ fructus, sintque in hoc cibo innumeræ operationes salutare: illis tamen omnibus Eucharistia ipsa nobilior digniorque est. Quia non solum virtutes & dona, verùm etiam virtutum & donorum, bonorumque omnium autorem in se habet. Debet igitur præcipue ad hoc sacramentum nos inuita e charitas, vt ideò accedamus, quia diligimus eum, cupientes hoc cibo confortari, & in charitate, & in huius cibi desiderio crescimus, quo eundem semper vehementius fortiusque diligamus. Desiderandus itaque est propter se amandus propter se, non propter alia. Licet tamen multa alia desiderare, licet quoque pro illis orare, licet conari, viresque pro illis extendere, quæ non sunt ipse, sed hæc tamè propter ipsum querenda sunt, puta quo charitate ardentiori, firmiorique amoris nexu illi coniungamur, accipiamusque ab eodem dona, quibus magis illi placeamus, magisque eidem reddamus amabiles. Iustum namque est vt dona eius nõ propter nos tantum, nec propter aliud quodcunque, sed propter ipsum solum (vt his eidem efficiamur fideliores) optemus. Hoc modo multi assignantur fructus, virtutes seu effectus deuotæ sumptionis huius venerabilis sacramenti, quo pijs omnibus exercitium præstatur ante aut post sacramentum, eisdem à Deo petendi. Concluduntur autem his versibus:

*Viuiticat, purgat, minuit, quoque roborat, auget,  
 Restaurat, lustrat, præseruat, terret, inarrat,  
 Dulcat & impinguat, calet, vnit, gaudia tutat.*

Itaque *Primo* viuiticat hoc sacramentum, eum puta, qui hoc reuerenter deuoteque recipit. Viuiticat quidem, sed vita gratiæ, quomodo Christus dicit: *Qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Accedens igitur ad hoc sacramentum, astima te tanquam mortuum. Quomodo, inquis, me æstimabo mortuum? Nempe hoc modo, si desiderium, amoremve tanti boni in te non habes, si eius feruentissimam erga te charitatem aut nõ sentis, aut non æstimas, si redamare illum totis viribus non concupiscis, si gratum te exhibere toto corde nõ niteris, si eius gratiam, eius amicitiam eidem placere præ omnibus non gestis, puta te mortuum. Si tamen bonæ es voluntatis, & hæc omnia in te inueniri affectas, non quidem omnino mortuus es, veruntamen vt mortuus accede, petens tibi ex illo donari vitam.

*Secundo*, purgat peccata. Est enim nobilissimum sacrificium, & quando pro peccatis offertur efficacissimum ad delenda expiandaque omnia peccata.

Quid nos ad Eucharistiæ sumptionem mouere debeat.

Dona Dei propter ipsum solum esse desideranda.

Eucharistiæ fructus sedecim qui sunt.

Eucharistia vt viuiticat. Ioan 6. Quò se quis tanquam mortuum æstimare debeat.

Eucharistia vt purget peccata.

Quid

Ioan. 13.

Quid enim nobilius offertur pro peccato, & in peccati satis factionem, quam iudex ipsemet noster idē & saluator, qui se pro nobis in hoc sacrificio offerit Patri pro peccatis nostris? Eadem enim est oblatio in quouis sacrificio Missæ: nec alia, q̄ eadem, vt dixi, quam Dñs noster Iesus Christus, in cena instituit, Apostolis dedit, & paulo post pro omnium peccatis in cruce obrulit. Reus itaque multorum delictorum, quorum pœnis obnoxius purgari atque fieri liber cupis, hanc hostiã, hoc est, cruenta Domini vulnera, roseum eius sanguinem, tumidas eius plagas, liuores exulceratos, tristitias, labores viuescos, atque aded mortem Dei & Domini nostri Iesu Christi pro te offero. Roga per huius oblationem, vt tuorum non reminiscatur peccatorum, sed eundem non solum tibi ignoscat culpam, sed & pœnam remittat. Tertio

Eucharistia  
vt minuat  
fomitē  
peccatorū.

Sapient. 8.

nuit huius sacramenti perceptio fomitem peccati, hoc est, concupiscentias malas inclinationes prauas, vitia, passiones inordinatas, morusque illicitos. Scimus enim calida frigidis, & frigida calidis, hoc est, contraria contrariis curari. Cùm igitur nobis innata sit prauitas & corruptio, quid illis fortioris possumus opponere remedij, quam cibum & medicinam illam, in qua sola est puritas & sanctitudo: vt p̄ote quæ est candor lucis aeternæ. Et speculans per macula? Sentiens igitur te grauatam vitiorum putredine, sentiens te lutosum, tardū, grauem & acediosum, noli fugere à Christo, noli abstinere à cibo hoc saluifico, sed ingemisce te sentiens aliter quam oportet, atque ad eundem clema, qui solus miseretur gemituum pauperum. Dic: Domine Iesu, immundus sum, fateor: Hæc mihi vna est causa, quare ad te venio, quia peccator & immundus sum. Ad te igitur delictorum meorum mundatorem sanctificatoremque venio, te in domum meam immundam introduco, vt tua luce illustres omnes tenebras meas, & tua puritate sordes meas omnes purifices: Tua

Psal. 9.

virtute omnes cupio meos sanari morbos: Tuo corpore, quod liuoribus & vulneribus cruentis ac salutiferis plenum est, meos opto curari languores. Sana igitur pijsissime Saluator animam meam, quia peccaui tibi. Quarto roborat cor humanum ad grandia agenda, quemadmodum cibus corporalis fortificat ad laborem, sicut dicit Psalmista: *Panis cor hominis confirmat.* Quinto

Eucharistia  
vt roborēt  
fumentem  
virtutesque  
augeat.

hoc sacramentum gratiam auget & virtutes. Si tibi deest, aut minor est gratia apud Deum, vbi eandem tibi comparare potes vberiore, quam illum inuitando ad te, atque deuotè eundem recipiendo? Nonne prudentes secuti in suis id quoque mundanis negocijs, vbi grande est aliquid impetrandum, faciunt? Nonne illis, quorum gratia, ope, consilio egent aut amicitia, supplicat, se humiliant, atque eorum gratiam ambiunt? non ne ad conuicia eos, quorum beneficijs cupiunt adiuuari, inuitant? Sic tu, quia sine Deo nihil es, cuius in omnibus gratia & bonitate eges, in hoc conuiuio, quod non tu illi, sed ipse tibi ministrat, ipsum inuita. Conare cum eo amicitiam familiaritatem que contrahere. Disce ei colloqui. Narra si quid habes languorum, perumnarum, caliginumque animæ. Stude ipsum propterea tanto humilior, tanto verecundius ad conuiuium illud inuitare: quo eius gratiam tibi auget

Eucharistia  
vt restauret  
deperditum  
spiritum.

eiusque amicitiam tibi compares grãdiore. Sexto restaurat, id scilicet, quod tuo spiritui subductum aut deperditum est. Cõstat cibo corporali recaptari seu restaurari, quod labore, aut ieiunio, aut ægitudine consuptioneve

midi radicalis perditum aut absumptum est. Videmus quotidie infirmos, ubi manducare cœperint, vberius aut suavius pristinam recuperare valetudine: recuperatisq; viribus iam posse, q̄ olim haud poterat. Hoc modo tu quoq; frequentatione delictorum spiritu factus infirmior, indevotiorq; quicquid virium spiritus, quicquid in te forditudinis sanctæ, quicquid virtutis ac constantiæ in te perijt, hoc cibo recupera. Expende, quod absque hoc cibo non potes non quotidie labi, ac te ipso minor fieri. Roga igitur piæ Dominum, ne importunitatem tuam ægrè ferat, si fortè infirmior, quam debes, accesseris. Accusâs te ipsum, roga ut boni cōsulat tuam necessitatem, quâdoquidem tibi non liceat vsque ad extremam tui interneccionem ab hoc cibo abstinere. Potius ita te restauret, ut semel ad eò conualescas, tamq̄e euadas robustus, ne te denuo infirmitas aut inopia spiritus grauet.

*Septimo*, lustrat seu illustrat intellectum. Ducit enim te cibus hic, tam ad tui quam ad Dei cognitionem: Quot videmus nonnunquam capite exinanitos, debiles, ac ferme amentes, quorum tamen post cibum sumptum ingenium & memoria reflorescunt: ad eò capiti quoque nocet inedia. Et tu hunc cibum tibi vide ne subtraxeris, sed pete in eo tibi dari sapientiã, ut cognoscenda agnoscas, amanda ames, & odienda non diligas. Hic namque cibus ad tui te perducet cognitionem, ut quo sapius hoc cibo non indignè fteris vsus eo agnoscas clarius delicta tua, videas culpam quam non videbas, caveas quod non vitabas, detesteris quod admittebas. Inde est quod deuotus accidere solet multis, ut quanto sint vigilantiores, ut ad dominicum hunc cibum dignè accedant, quantoq; hunc sepius iterant, tanto semper in oculis suis sibi videntur deteriores. Quod tamen non ideo fit illis, quod cibo illo efficiantur ad peccandum promiores, aut fragiliores ad repugnandum: sed ideo, quod intellectus eorum fit clarior, atque purgator affectus ad cognoscenda peccata, ad perspiciendos motus, ad discutiendâsq; intentiones. Vnde maior perfectiorq; delictorum erumpit cognitio, qua manifestantur sua illis peccata, quæ ante latebant. Arguuntur quæ aliquando delicta esse nesciebantur: & vbi crassa magnaq; non plangebantur olim peccata, nunc minutissima quæque spiritum contristant. Verum vnde hoc, nisi quia deuotè hoc cibo crebrius, vnde oculi eorum illuminantur, sese reficiunt? Heu verò, quam infelix eorum conditio, si quorum oculi ex huius sumptione sibi obscurentur. Prodigiosa res est, de lumine cæcutire. Misericordissimus hoc auertat à nobis Deus, illuminet ipse vultum suum super nos & misereatur nostri. *Octauo*, præseruat à languore, & à morte peccati. Id enim facit, quod cibus. Quomodo enim corporis membra externa suis munimentis aut armis proteguntur: ita vitalia ac interna, seu spiritalia membra, ne deficiant, cibo præseruâtur. Hoc modo, ne tentationibus victi succumbamus inimicis nostris, cibum hunc sumimus, qui præseruet nos muniatq; à ruina. *Nono* terret seu fugat demones. Si enim crux ipsa, seu dominica passio vel deuotè nominata timetur à diabolo, quanto magis Christus ipse in hoc sacramento, quod ad rememorandum dominicæ passionis mysterium institutum est, à diabolo formidatur: & si Deus fuerit, non dico solum pro te, sed & in te, quis contra te? Habemus igitur fiduciam hanc certam, quod Eucharistia præualeat diabolo. Habemus

Eucharistia  
vt illustret  
mentes.

Eucharistia  
vt præseruet  
à malo cul-  
pæ.

Eucharistia  
vt terret dæ-  
mones.  
Rom. 8.

Nnn

fidem

Eucharistia  
vt Deo ani-  
mā inaret.  
Psal. 112.

fidem hanc, quod diabolus nihil præualebit aduersus Deum. Si igitur hodie  
metuis, introduce Deum in domū tuam, & non timeas quid faciat tibi inimicus.  
*Decimo*, inarrat Deo animam eius sponfam. Nihil .n. aliud est donum  
eius, quod ad eō securam reddit amanti animam, quam hoc sacramentum  
cuius fit perceptio, ne timeat anima, vt vana sit spes sua, aut vt contur-  
tur ab expectatione sua: quin potius ex collatione præsentium munerum  
struitur, quam firma sit expectatio futurorum. Transformat enim hominem  
hoc sacramentum de timore in spem, de seruo in filium, de tepore in æter-  
num, de tristitia in gaudium, quando in hoc sacramento quod cupierat, quod  
quærebat, quod denique sperabat, accipit homo. Quare haud iniuria con-  
latur, quod huius sacramenti susceptio, quodam sic modo ei diuinæ futuri-  
tis futuræ aut prægustatio, aut promissio, aut certè præmonitio. Car-  
mus enim, quod is qui tanta charitate nos dignatur hic visitare, atque seipsum  
nos cibare, dum ambulamus lutulenti in terris, multo magis nos reficiat  
cœlis, dum sicut scriptum est, transiens ministrabit nobis. *Vndecimo*, hoc sa-  
cramentum dulcat, hoc est, suauitatem, spiritualemque dulcedinem suauitatis  
ex se infundit. Quod tamen non facit nisi vbi os & gustum accedentis à ter-  
nis inuenerit rebus defecatum, id est, vbi cor à priuato, à mundi quoque  
more penitus inuenerit euacuatum ac liberum. Quocirca nos miserè & ter-  
mi, si huius sacramenti non senserimus suauitatem, non ex defectu virtutis  
sacramenti hoc contingit, sed ex ignauia nostra, propterea quod gustum  
renis rebus infectum, spiritumque nostrum externis ac caducis implicatum  
rebus ad altare portamus. Sunt tamen hic consolandi, qui vbi omnem opus-  
naauerint pro mundicia cordis, nihil tamen dulcedinis consolationis  
recipiunt in hoc sacramento, suntque admonendi, ne propterea aut legem  
fiant ad sui custodiam, aut ad huius sacramenti frequentationem tardentur.  
quemadmodum hi quoque monendi sunt, qui cordis delectationes sentiunt  
in hoc cibo, ne inde aut glorientur apud seipsum, aut ad sui mortificationem  
propterea efficiantur pigriores. *Duodecimo*, sacramentum hoc impinguit  
hoc est, animam fecundam fertilemque deuotione facit. Innumera enim  
operatur in homine. Siquidem dona largitur, eademque multiplicat, re-  
uotionis perfundit, spirituali lætitia inebriat, bonam confirmat voluntatem.  
Pinguis est enim panis Christi, & præbebit delicias regibus. Accede igitur  
ora, vt spiritu impingeris, implearisque donis Spiritus S. vt sis fertilis & ho-  
pius ad opera charitatis, ad opera misericordiarum, & ad omne opus bonum.  
*Tertodecimo* calet, hoc est, calefacit & inflamat ad charitatem. Sacramentum  
hoc dilectionis est, quo se totam charitas effudit ad calefaciendam animam  
ad excitandam dilectionem, ad acediam propulsandam maxime in corde.  
Quapropter quia in nobis semper charitas crescere potest, quæ non nunquam  
ad eō in nobis vt vix sentiat tepescit, frequentemus cum deuotione hoc  
sacramentum, vt in nobis charitas non solum maneat, sed indies quæ  
augeatur. Quemadmodum enim ignis igne admoto fit maior: sic charitas  
charitate accedente vehementius inflammatur. *Quartodecimo*, vnit hic anima  
salutifer animam Deo. Sicut enim cibus corporalis vertitur in comedentem  
tem se, atque cum eodem vnum efficitur: ita eduersò cibus hic comedentem  
conuertit in se, vt efficiatur deiformis. Quapropter admiranda est unio  
dis 6.

Eucharistia  
vt impin-  
guet animas

Eucharistia  
vt inflamet  
ad charitate  
mentes.

Eucharistia  
v. animas  
Deo vniat.

lis dignatio diuina, quod se in cibo voluit nobis ministrare atque per modum cibi suo nos corpore reficere. Cur enim hoc fecit, nisi vt doceret nos, quomodo cibus vnitur manducanti, vnumq; cum ipso efficitur, ita nos vniamur sibi in se absorpti? Supremam itaque omnium coniunctionem, quæ esse cum eo potest, nobis voluit impartiri, quando in cibum se nobis tradidit. Neque enim alius potuit excogitari modus, quo ei anima fieret intimior, vicinior, coniunctiorue, ad eum vt non modo sociata diceretur Deo, sed etiam vnum esset cum ipso, quam in hoc sacramento.

*Quintodecimo*, gaudia dat spiritui. Qui enim leuitatibus abrenunciant consolationibusq; terrenis, iustum est, vt spiritali lætitia perfundantur, maxime autem conscientia testimonium illis perhibente, quod sint filij Dei. Verum qui iocari, leuitatibus, risibusq; sunt assueti, magnam spiritalis sanctæ & cõpunctionis & lætitiæ faciunt iacturam, propterea quod diuina consolatio nõ datur his qui admittunt alienam. *Sextodecimo*, hoc sacramento tutat animam à pœnis purgatorij, protegens, iuxta tamen mensuram charitatis, qua sacramentum hoc sumitur. Sacramentum enim hoc non operatur semper iuxta virtutem, quam in se continet, sed iuxta congruitatem, decentiam, meritumq; hoc est, iuxta deuotionis conditionem eius qui hoc sumit. Migrantibus autem quod omnibus proficit vehementer, nulli debet esse ambiguum. Est enim cibus migranti vocaturq; viaticum, puta in cuius fortitudine sic migrans ambulat vsque ad montem Dei Oreb. Hos Eucharistiæ fructus, hos effectus atque virtutes charissimi fratres recensere volui, quo darem nõnullis cuiuspiam exercitij deuotionis, quod seruetur aut circa preparationem aut circa gratiarum actionem Missæ, occasionem, quo pro ijs effectibus impetrandis fusius sese Deo deuoti meditando desiderandoq; extendant. Ad laudem & gloriam eiusdem Domini nostri .esu Christi, qui est benedictus in secula, Amen.

Eucharistia vt gaudia spiritui conferat. Rom. 8.

Bernardus. Eucharistia vt protegat animas a pœnis.

IN SOLENNITATE S. IOANNIS BAPTISTÆ.

*De commodo laudèq; silentij ac solitudinis.*

*Sermo 1.*

**I**nter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Matt. 11. Hæc verba veracissimi testis, imò ipsius veritatis sunt Domini nostri Iesu Christi fratres charissimi, qui post multam commendationem qua cognatū suum turbis prædicauerat abstinentem, constantem in fide, mundi & carnis contemptorem, pro Dei honore & legimus zelosum, Prophetā denique & plus quam Prophetam: tandem & Angelum, ac postremo veluti vno completi volens omnia, nulli sanctorum inferiorem, multis excellentiorem, summis quibusq; parem constituit, dicens: *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* Cuius quidem laudes à doctissimis, ipsiq; sanctissimis patribus scriptas nobis prætereuntibus, hoc vnum exemplo fit, quod ad imitationem nos inuitet, quod pro sanctitatis custodia & incremento idem, licet in vtero matris sanctus, eremi solitudinem ac silentium tam deuotus adhuc puer incolere cepit, ac si nihil foret aliud quod seruandæ

Nnn 2 cordis

Ioannes heremitarum omnium dux ac signifer.

Silentium ac solitudo quantum conferant puritati cordis.

Laboris solitiorum scopus quis.

Tedium solitudinis quo vincatur.

cordis puritatem tam utile, tamque esset necessarium. In hoc sane omnium solitariorum, omniumque heremitarum dux & signifer factus. Unde etiam (quod tam sanctorum gestis quam propria experientia discimus) tantum quique discipulorum eius profecerunt, quantum in ea re ipsum seculis imitati. Quod quidam sanctus pater aded sensisse scribitur, ut discipulum (quod parum utilitatis in cella faceret) contristatum, sic consolaretur: ubi vel quatuor cellae parietes propter Deum solus custodiret, ubi magnus erat est Antonius, post hanc vitam inueniretur. Hoc praeterea ipsi in nobis quotidie experimur, quotquot mentis puritatem quaerimus, ut quoties soli, melius: quoties vero inter homines sumus aut loquimur, minus valeamus. E quidem inesse alijs puto, quod in me inuenio: Haud tria possum verba loqui, quin duo minus valeant. Quanquam e regione, me non loqui, aut minus loqui, aut etiam non arridere, id sentiam alijs molestum. Quapropter quietas cordis puritatem sectatur & pacem, nihil aded curet, quam in silentio & solitudine citra otium esse. Quicquid ibi fecerit (modo legibus Dei & obedientiae non sit contrarium) ad aedificationem spiritus magis quam finem homines interim fuisset, cooperabitur. Quamuis enim inter spiritualia corporalia cellae exercitia tantum sit discrimen, quantum inter spiritum & corpus: tamen vel corporis fatigatio, labor externus, horti cultus, & cetera id genus, quae vilia ducuntur, si recto sine assumantur sine fructu spiritus non sunt. Non enim in cellis propterea soli sumus ut laboremus, plantemus, pingamus, & cetera, sed potius illa facimus, ut in cellis soli simus. Verum autem facimus, hoc est, & laboramus & soli sumus, ut a contaminatione mundi & carnis abstracti, mundum, floridum, pacatum & quietum cordis lectum Deo amatori nostri sternamus. Quo consolari merito possunt hi qui in capitis debilitate, siue naturalium importunitate praegravati, non contrariis vel non diu spiritualibus possunt animum applicare. Sint soli, sint extra otium, sint occupati: currant etiam vel discurrant per omnes cellae angulos, saltem a Dei offensa se contineant: quod debitum est, debito tempore & modo Deo ac fratribus reddant, cor suum immaculatum melius quo potuerint, siue fodiendo, siue imprimendo custodiant: Fiet ut Dei timore praecordia habito, corpore ieiunijs & laboribus castigato, mente si non semper cum Deo, saltem propter Deum aut non contra Deum occupata, vincatur tandem quod carnale est, vigeat quod spirituale, & incipiat fructus spiritus ex solitudine & silentio abundantior sentiri quam olim poterat intelligi. Amamus igitur charissimi cellae solitudinem & silentium, occasiones excusamus magis fugiamus, quam quaeramus. Ceterum, si cuiquam non admodum sapiat solitudo, maneat, vincat seipsum: & quod primo cum tedio patitur, postea cum amore amplexabitur. Constat namque, ne eos quidem omnes qui perfecti & consummati euaserunt anachoretae, ab initio conuersionis ex desiderio solitudinis eremum quaesisse: Quin etiam nonnullos propter ingratam necessitatem, primo quidem tolerasse, deinde ob multiplicem eius fructum etiam ardentius amasse. Testantur hoc Paulus primus eremita, & cum quidam Moses eximius, quorum vterque penes inuitus ad eremum conuenerat. Hic (ut fertur) quod ob latrocinium commissum ad supplicium paratus erat: ille quod ob fidei persecutionem se pauidus absconderet. Ambo tamen

necessitate paulatim in virtutem commutata, anachoreticæ conuersationis præclarissimi duces euasere. Compertissimum quippe est solitarium quantum sedulius, quanto diutius, tanto libentius eriam, tantoq; suauius cellam inhabitare. Contra verò, quo cellam quis exire infueuerit crebrius, eo vehementius indies horrebit. Non est tædij remedium, sed fomentum, exire cellam, aut alios sibi aduocare. Bonus cellita (ne solitudinis aut silentij ferat dispensationem sustinet, ad tabulam seu dicam consignat, donec communis colloqui dies aduenerit: qua signata, simul omnia exequatur. At verò cui cella carcer est, nulla deerit hora qua non habeat occasionem alios quasi ex necessitate conueniendi. Inquietis namque & immortificatis omnia desideria sua videntur necessitates. Hæc dico tum mihi tum omnibus: maximè quidem iuuenibus, quæ forsitan etsi non libentius, tamen vtilius quam alia phalerata audiuntur. Si quidem bonæ menti (qualem vos omnes habere arbitror) quàmquam non semper exhortatio aut correptio sit suavis, facit tamen, vt post se relinquat non nihil quod commodo fit, aut non penitus inane. Quod nobis vtinam contingat, præstante Domino nostro Christo Iesu qui vitit & regnat Deus per infinita secula, Amen.

Cellita bonus quanto studio solitudinem colat & silentium.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Quomodo sanctus Ioannes fuerit magnus, & quod eius vita singularis omnium hæreticorum cauillos eludat.*

*Sermo II.*

**E**Rit enim magnus coram Domino, vinum & syceram non bibit. Luce I. Non latet fratres charissimi, de Ioanne præcurfore Domini (dum olim concipiendus nunciaretur) ab ægelo hæc verba prædicta. Quem deinde natu maiorem Dominus ipse fons & collator sanctitatis, præcunctis sanctis laudauit: Inter natos, inquit, mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Itaque Ioannes magnus. Et ne omnis magnitudo ceu laudabilis ambiatur, additum est, *coram Domino*. Ea namque magnitudo quæ in oculis proprijs, siue hominum sola opinione aliquid mētitur aut simulat, vana est & prorsus nulla. Est ergo Ioannes magnus coram Domino. Magnus in ortu, hoc est, suo in mundum ingressu, magnus in vitæ progressu, magnus in egressu. *Primo* dixi magnus in suo ortu. Nunquid vilis aut inglorius fuit Ioannis ortus, qui & loco & tempore sacro, ab angelo nunciatur? Nunquid non sanctorum parentum & prophetarum est filius? Nonne Ioannes hic magnus, qui ante est laudatus, quam conceptus? ante sanctificatus, quam natus? Spiritu sancto repletus in vtero matris, & domini propheta vnctus? Quid, quod à Christo & eius matre est visitatus? Quid quod Domini sui matrem, imò & Dominum suum virginis claustris (vt ita dicam) circumseptum, necdum genitus agnouit, exultas adorauit, & cum voce necdum poterat, quibus valebat motibus prophetauit? Quid demique quod tanta fuit spiritus plenitudine delibutus, vt gratia exundans, matrem quoque ipsius impletet, ac prophetissam constitueret? Adde nunc quod natiuitas eius vim intulit naturæ, partibus abstulit opprobrium,

Matt. II.

Ioannes vt fuerit in suo ortu magnus. Luc. I.

Ibidem.





Ioanni, quod abstinentiæ, solitudini, iugi orationi, cæterisque pœnitentiæ operibus, ac vastæ eremi molestiis, sese affligerit, atque si (vt minus honesta taceam) calicibus interim epotandis omnem noctem expēdisset, inde quod vino sepultus in medium diem dormiisset. Verùm hæc sint impia absurdaque hæreticorum dogmata, fundata super lata via quæ ducit ad infernum, nos ad arctam illam viam quæ ducit ad vitam, inuitat & Ioannis exemplum, & Christi Ioannem laudantis testimonium. *Tertio*, Ioannem dixi magnum in vitæ huius mortalis egressu. Siquidem omnium penè sanctorum coronas, & quicquid cæteris sanctis singulatum insigne est, vnus ipse simul obtinuit. Quid enim in cæteris sanctis coronatur, quod defuit Ioanni? Patriarcharum gloriam, lauream prophetarum, martyrum coronam, cōfessorum palmam, aureolam doctorum, virginitatis insigne, & quicquid aliud est quod in aliquo sanctorum emicat, in beatum Ioanem Christus vberius cumulauit. Magnus fuit in egressu, hoc est, illo genere mortis, quo spiritum reddidit, ad requiem eundo. Mortuus est Ioannes vilissima pariter ac gloriosissima morte. Hic prudentiam mundi quæ stultitia est apud Deum, iudicem nolo. In oculis hominum mors Ioannis fuit ignominiosa valde: quippe quæ in gratiam adulteræ illata est. Siquidem in præmium saltatrici puellæ tanti viri caput truncatum est. Ob incestum adulteræ statuendum vita tam viliter adæpta est. At in conspectu Domini tanti viri mors, quam sancta, quam gloriosa est? Neque enim quo criminis aliquid expiaret, neque vt naturæ debitum solueret, sed quia iustitiam & veritatem predicabat, iniquitatem arguebat, vir sanctus interemptus est. Quam similis est hic miles regi suo? quandoquidem tam viliter morti addictus est vterque. Occisus est Ioannes rogatu ignominiosæ meretriculæ. Crucifixus est Christus hypocritarum, scribarum & pharisæorum importunitate. Vile nimis atque terretimum vtrunque genus hominum, qui vel Christo, vel eius præcuratori machinati sunt mortem. Quid vilius muliere adultera, quid detestabilius vno hypocrita, quorum vterque dum aliud est & aliud vult haberi, vterque dum est prauus, & pro iusto se gestit coli, bis est iniquus? Eiusmodi mortem Christo & Ioanni procurarunt. Christum hypocritæ, Ioannem adultera necauit. Ecce hæc fuit gratia Christi ad amicum suum Ioannem, sibi ipsum assimilare. Hæc gratia, hoc donum Dei Ioanni collatum, pro Christi amore ignominiosa morte perdi. Hæc mu-  
 2. Reg. 16.

nera præstantioribus amicis suis largiri solet Deus, quippe cui nihil adeo familiare, quam chariores fidelioresque suos, quos in mundo habet amicos, pœnis, ignominijs, iniurijs quæ afficere. Cui hæc non dedit, propter infirmitatem eius non dedit, quod portare nondum potens fuit grauiora, qui minor patienter non potest. Veruntamen quisquis in se desiderium hoc sentit, vt cupiat se nesciri, contemni aut præmi, gratiam Dei agnoscat, felicior, si quod desiderat, id ipsum hilariter ferat. Curet tamen vt desiderium hoc patiendi in humilitate subsistat, potius ad prouidentiam diuini beneplaciti in hoc negotio se resignando, quam aliquid temere petendo. Curet vt memoria propriæ infirmitatis ab oculis nunquam pereat, ne viribus suis aliquid confidat, sed gratiæ & bonitati diuinæ se committat, confidens & orans, vt si vna manu à Deo feriatu aut humilietur, altera clementer foueatur ac sustentetur, vt calamitas sibi eueniat non perdens, sed erudiens, non exterminans, sed

Ioannes vt fuerit magnus in vitæ egressu.

Mors Ioannis vt vilissima simul ac gloriosissima fuerit.

Matt. 14.  
 Marc. 6.  
 Luc. 23.

- Psal. 33. sed ad perfectiora excitans. *Multa*, inquit, sunt *tribulationes iustorum*. At *multa* item sunt peccatorum. Vtrobique igitur praesens vita calamitosa. Verum nobis interea vel peccatoribus, id est, poenitentibus: vel iustis (quorum tamen si qua est iustitia, panno menstruatæ comparatur) hæc oritur consolatio quod precipuis Dei amicis & electissimis quibusque sanctis (quod dixi) persecutiones, calamitates & mors plerunque, cæteraque in oculis carnis ignominiosa, in conspectu vero Domini præciosa, euenere. Quæ pijs quædam consolationis adferre debeant, quantumve formidinis mundi amicis, beatus Gregorius super Iob indicat, dicens: Dum beati Iob vulnera cruciatuque confidero, repente mentis oculos ad Ioannem deduco, & non sine grandissima mentis admiratione perpendo, quod ille prophetæ spiritu intra matris uterum repletus, atque (ut ita dixerim) priusquam nasceretur renatus. Ille tamicus sponsi, ille quo inter natos mulierum nemo maior surrexit, ille tantus propheta & plus quam propheta, ab iniquis in carcerem miteitur, & pro puella saltu capite truncatur, & vir tantæ sanctitatis pro risu turpium moritur. Quando autem vel in cibo peccauit, qui locustas solummodo & mesyluestre edebat: Quid in qualitate sui regminis deliquit, qui camelorum pilis corpus operuit? Quid in conuersatione sua offendere potuit, qui de templo non recessit? Quid illum loquacitatis reatus polluit, qui disunctus ab hominibus fuit? Quando illum vel silentij culpa notauit, qui ad se venientes tam vehementer increpauit, dicens: *Gemmina viperarum, quis vobis demonstretur singere à ventura ira?* Quid est ergo quod Iob Dei testimonio commendatur, & tamen plagis vsque ad sterquilinum sternitur? Quid est quod Ioannes Dei voce laudatur, & tamen pro temulentis verbis in saltationis præmium moritur? Quid est quod omnipotens Deus sic vehementer in hoc secitio despicit, quos sic sublimiter ante secula elegit, nisi hoc quod pietati fidelium patet, quoniam idcirco sic eos præmit in infimis, quos videt quando remunerat in summis: & foras vsque ad despecta deiecit, quos intus vsque ad incorruptibilia perducit? Hinc ergo vnusquisque colligat, quid illic sint passuri, quos reprobat, si hic sic cruciat, quos amat. Aut quomodo ferientur, qui in iudicio arguendi sunt, si sic eorum vita præmitur, qui ipso iudice teste laudantur. Hæc Gregorius. His omnibus liquet magnum fuisse Ioannem coram Deo. Nulli tamen dubium sit (quamlibet vel in vtero sanctus fuerit, quamuis in omni vita sua sanctitate perfectus, atque virtute fuerit consummatus) paruum & nihil in oculis proprijs fuisse, sed sanctitatem suam (cum alijs penè omnibus foret manifesta) seipsum latuisse. Hoc modo, fratres charissimi, desiderijs, votis, studijs, industrijs, laboribus atque conatibus quibuscumque possumus, operam nauare debemus, ad obtinendam charitatis cæterarumque virtutum perfectionem: nihilo secius etiam vigilare circa interna nostra, & discutere motus intentionesque circa exercitia spiritualia, ne non humili, ne superbo, ne præsumptuoso atque impuro quodam appetitu, hoc est, ne spirituali ambitione moueamur ad desiderandam seu quærendam sanctitatem. Habet enim perfectio, habet sanctitas omnis adiunctam sibi magnitudinem, gloriam atque præstantiam quandam, quam contingit impure desiderari. Habet spiritualis atque interna vita pulchritudinem & dulcedinem, vnde

Perfectio  
quam  
impura fiat.

generari possit latitia, aut extollentia inanis, in qua contemplatiuus potest  
spiritualiter à Deo fornicari & seduci.

Eam ob rem vigilanter curandum est vnicuique ad spiritualis vitæ perfe-  
ctionem tendenti, ne dum quærere se putet Deum, quærat seipsum, videlicet  
operando aut fauendo sibi altitudinem, magnitudinem & gloriam, quæ co-  
mitatur virtutes, & perfectioni aut sanctitati coniungitur: hoc est, prospiciat  
prudenter, ne appetitum sanctitatis reflectat in seipsum, & solum propter  
seipsum, quo desideret etiam aliquid esse, puta magnus, sanctus, aut illi vel il-  
li sancto æqualis, quod periculosum est valdè, si ad magnitudinem tantam  
aspirauerit, licet spiritualement, aut potius spiritualiter carnalem. Quia sancti-  
tas aut perfectio non ob aliud debet desiderari, quam vt ex se honoretur, a-  
metur, colaturq; Deus: hoc est, vt cupiat faueatq; ex se Deo honorem, cultum,  
& si ita dici debet, delectationem & gaudium exhiberi, non se magnum fieri.

Porro, si inordinatus fuerit appetitus sanctitatis, quid mirum si ex vitioso  
principio, mali quoque sequantur effectus? vt sunt indiscretio, qua naturæ  
infirmas non attenditur. Temeritas qua vilitas propria non cogitatur.  
Præsumptio qua singulare nouum aut innecessarium aliquid, quod peten-  
dum non est, aut alio modo iam donatum est à Deo, speratur. Percinacia qua  
viris expertis ac à periculo præmonentibus, tanquam spiritus expertibus,  
aut à spirituali profectu retrahentibus non creditur. Spiritualis gula, qua  
sentimentis spiritualibus atque sensibili deuotioni impurè nimium insisti-  
tur, & propter ipsam obedientia negligitur, charitas fraterna relinquitur,  
hoc est, charitatis & obedientiæ opera dimittuntur, virtutes & veræ sanctita-  
tis instrumenta deseruntur, atque voluptas illa spiritualis per abusum in Dei  
contemptum vertitur, dum dona eius donorum ipsi largitori præferuntur.

Sequuntur enim superbia atque superbius complacentia, dum quis profectum  
proprium considerat, ac inde sibi placendo, atque se magni faciendo gaudet,  
& in hac sui complacentia requiescendo semetipsum delectat, aestimans se iam  
peculiariter à Deo trahi, singularia in se Deum operari, & propterea leges  
atque vias communes se supergredi, quare institutis Ecclesiæ aut superiorum  
non debeat subijci, quasi nolit ipsum vlli Deum præterquam sibi obligari,  
sed Deus ipsemet ductor & consolator eius velit esse. vnde (quemadmodum  
cæteris quibusdam sanctis donatum est) possit etiam insuetæ aut impossibili  
naturæ ferre, nec in his quippe cum nihil, vt ipse arbitrat, nisi Deum quæ-  
rat) timendum aut periculi subesse. Hinc alia pericula complura superbiæ

sequuntur, errores, hæreses, aut superbius destructio, obstinatio, despera-  
tio, ad carnalia reuolutio, & tandem omnis boni desertio. A quibus omnibus  
periculis prorsus tuta ac libera est vera humilitas, quæ monitis atque confi-  
sionibus propriis, timens Deum of-  
fendere, gratiamq; eius amittere, si superioribus credere renuat, aut eorum  
directioni non acquiescat. Hanc humilitatem nobis infundat Do-  
minus noster Iesus Christus, idem sublimis & humilis, cum  
Patre & Spiritu S. in secula benedictus,  
Amen.

Sanctitatis  
inordinatus  
appetitus  
quæ germi-  
net vitia.  
Temeritas  
quid.  
Præsumptio  
quid.  
Percinacia  
quæ.  
Gula spiri-  
tualis quæ  
fit.  
Superbia &  
sui compla-  
centia quid  
sint.

Hæreses vn-  
de oriuntur.  
Humilitas  
a periculis  
tuta & libe-  
ra.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*De solitudine & silentio biforimi, hoc est, externo pariterq; interno.  
Sermo III.*

**S**Edebit solitarius & tacebit, quia leuabit se supra se. Thren. 3. His verbis clarissimi fratres, laudatum possumus accipere beatissimum Ioannem Baptistam, noui testamenti primum eremitam, mundi lucernam, Christi præcursores, vniuersæq; religionis patronum, qui primus anachoreta, primus solitarius, multis imitandi se præbuit exemplum. Commendatur autem à tribus, à solitudine, à silentio, & à supernorum appetitione. Ipse namque fugiens, antra deserti teneris sub annis petiuit, ipse eremum solus incolens, ipse in innocentia corporis sui membra, vel inedia, vel edulij vilitate conuauit. Ipse vino & quicquid inebriare posset abstinens, aqua sitim temperauit. Ipse vile tegmen amplexus, regum purpuris præcudit. Ipse delicatis molliculisq; omnibus abrenunciavit. Ipse humus lectus, antrum habitabile fuit. Videmus charissimi, quid in Ioanne miremur, videmus quid contemur. Fugit Ioannes sanctificatus, & puer mundum contempnit, tugi delicti occisiones, fugit non solum pericula, sed quæq; etiam, vt nos erubescimus, tutissima. Nam sanctos admodum reliquit parentes, eosque senes, ne tenui macula, aut nimium amando, aut remissius viuendo, aut confidendo sibi nimium, apud parentes cordis sui puritatem obfuscaret. In hoc nobis consulens, non solum peccata, sed peccandi etiam exempla, delinquendi occasiones, atque aded à virtutum profectu tam retrahentia quam impedita à nobis cuncta esse proscribenda, quo cordis puritas (sine qua nulla profectus proficiendi spes nobis superest) imperturbata seruetur. Vixit itaque Ioannes & eremita, & solus, hoc vno (quod cœperam dicere) nobis solitudinem vehementer cõmendans, quod cum ipse sanctus ex vtero, cū sanctis parentibus sanctè pariter viuere potuisset, nihil tamen humanæ sanctitati inmitens, nec patris seniū, nec matris lachrymas attedit, sed desiderio seruandæ puritatis, qua semper Deo placens inhaereret, vniuersis quæ mundi sunt, abrenunciavit. Hoc namque vnum quotidie meditabatur, quomodo nihil mundanum cordi suo, non dico insideret, sed ne etiam occurreret: sciens nimirum Deo nihil æquè acceptum, atque cor mundum supernorum desiderio atque amore Dei aestuabundum. Atque ided puellus eremum intrauit, vt solitudine externa internam tutaretur. Duas namque constat esse solitudines, vnam corporis, alteram mentis. Illa hominum à se consuetudinem aspectumq; præcludit: hæc à terrenarum rerum cogitatu appetitumq; mente secedit. Itaque proprie hanc illa incollitur. Quare enim à conuersatione aspectuq; hominum nos seclusimus, nisi vt ab omni cura & inuili sollicitudine alieni, ab amore quoq; terrenarum rerum liberi, puro nudoq; corde soli Deo vacemus? Nam & qui corpore hominibus est dissociatus, & cogitatione atque desiderio mundo coniunctus nequaquam dici solus potest: quippe qui tot loquitur hominibus, tot videt, tot audit, quot cogitat aut imaginatur. Est tamen ad solitudinem illam mentis anhelantibus solitudo corporalis nobilissimum instrumentum.

Peccandi occasiones esse vitandas.

Solitudo duplex qua fit.

Solitudo corporis vti instrumentū fit ad solitudinē mentis.

vtque

utpote puritati cordis abundè conferens. Quare feruenter quærenda est solitudo, omnique studio seruanda, potissimum quod multas delinquendi occasiones profcindat, concupiscentijs frenum iniiciat (quæ enim ignoramus, nõ concupisimus) mundi terrenarumque rerum obliuionem inducat, mentis auertat perturbationem, conscientie serenitatem tutetur, tranquillitatem animi reddat, pacem cordis amissam restauret, & ad internã solitudinem, quæ est (ut dixi) obliuio quædam mundi terrenarumque rerum omnium atque cessus mentis ad Deum, perducatur.

Possent hic multa dici, quibus præconijs à scriptoribus Ecclesiasticis, quibusve patrum sanctorum exemplis nobis laudata sit solitudo. Verùm nihil interua quæ atinet puto solitudinem vobis commendari, qui huius commoditates fructusque omnes ipsi didicistis. Nemo nostrum est puto, quicumque suæ est conscientie cultor, qui nesciat quid solitudo cellæ, quid ab hominibus abstracta vita conferre, quid verò contra societas aspectusve hominum queat auferre. Quisquis ad Deum aspirat, quisquis pro virtutibus certat, quisquis ad cordis puritatem anhelat, nouit cuiusmodi in solitudine, quisve inter homines sit, hoc est, quod aduersus, quod difformis à seipso, ut aut solus hominibus mixtus. Quæ denique temper minor, animoque impacatior à cõuëtu colloquiisque hominũ ad solitudinẽ redeat. Vnde scitum est tũ apud monachos oēs: tum præcipuè Carthusienses antiquissimum, monachum vagum, hoc est, cellam ac solitudinem non seruantem, sed absque licentia, aut cum licentia (ut vocant) sine tamen iusta necessitate, aut utilitate, euagandi occasiones quærentem, spiritu proficere, ac animo stabiliri non posse. Contra verò eum qui cellæ suæ diligens est incola, assiduusque solitudinis obseruator, magnum propterea præ se ferre spiritualis profectus indicium, tametsi aut naturalibus aut scientijs alioqui minus fuerit consummatus. Inde est illud abbatis Mosi ad fratrem petentem aliquid eruditionis: Vade, inquit, & sede in cella tua, & cella tua docebit te vniuersa. *Sedebit igitur solitarius & tacebit*, id est, in cella perseverabit, non quasi captiuus & inquietus, sed tranquillus: non ociosus, sed mente quietus. Sedebit & tacebit. Hic pari modo ut ante de solitudine, duo silentia siue duo tacendi genera nobis explicanda veniunt. Vnum est silentium oris, cordis alterum. Illo lubricitas frenatur linguæ, ne ad perniciofa ociosave defluat. Hoc dispersio colligitur cordis, ne inania cogiter, propter hoc etiam plerumque loquendi facultas omnis interdicitur. Est enim lingua inter omnia membrum minus continens, minus domabile, fragile magis, citius labile, cuius malum ubi infecerit, contagiosissimum est, quocumque alio citius lædens, atque latius se diffudens. Testimonia ex Iacobo abundè ad manum sunt. At nos libenter finere testibus credimus, quod quotidie verum experimur. Vnde apud omnes monachos, maxime autem apud priscos illos eremitas, qui pro cordis puritate feruentius zelabantur, consultissimum fuit ora silentio frenare. Propterea Psalmista quoque: *Posui, inquit, ori meo custodiam. Quam? Obmutui & humiliatus sum & silui à bonis. Qui enim ab utilibus etiam & licitis abstiner, certus est interim ad illicita aut perniciofa se non labi. At qui sibi confidens ad licita laxat linguam, vix potest fieri, quin effluat simul, cuius illum iure poeniteat post sermonem. Eam ob rem nonnulli sanctorum tam durè linguis suis imperabant, ut omnem prorsus loquendi sibi vsum interdicerent. Reco-*

Solitudo  
interua quæ  
fit.

Silentij ge-  
nera duo  
quæ sunt.

Silentium  
cur sancti tam  
rigidè serua-  
uerint.

iamtis ex lectione de inuentione corporis sancti Antonij, quale silentium videri illi coelestes & cenobitæ, vbi diu Antonij corpus fuerat humarum, obseruabant, vt & Agathonis, & Pauli, & reliquorum nos exempla compungant.

Sed quid viros commemoro, quando sexus etiam infirmior, cui naturaliter familiare est loqui, in hac gratia emicuit? Magdalenam, Mariam Aegyptiam, Pelagiam, sanctam Thaiden, & Mariam illam pœnitentem Abrahæ eremitæ nepotem in exemplum habemus. Sed & viciniores habemus sanctas, Catharinam Senensem, & Mariam de Ognees: quarum prior tribus annis continuis, ne vni quidem adhuc adolescentula locuta est, nisi dum confiteretur: altera vero, quia ad medium ferme annum, silentium integrè obseruauerat, Spiritu sancto reuelante didicit, quod propter hoc super omnia Domino obtinuerit, vt ex hoc mundo transiens, post mortem sine purgatorio quantocius ad Deum aduolaret. Hæc non ideo recenseo quod probè communitate singularitatem aliquam (vt est prorsus nunquam loquendi) sed vt videamus quam sit acceptum Deo silentium, quam perniciosa loquacitas. Vtilissime itaque nobis ipsis facimus & alijs, si iuxta partem nostram voluntatem, silentium seruamus, si loquendi etiam (vbi facultas adhibere) occasionem aut vitamus, aut abrumpimus. Et hoc dictum sit de ociosis aut inutilibus verbis. Nam contra detractiones, murmuraciones, turpilocationes, scurrilitates, superfluum puto vos præmonendos. Manifestum est enim, quod debeant hæc cauere, fugere, execrarique veri eremitæ, si debeant etiam vitare, diuini malè loquentium consortia colloquiaque declinari, ne infirmitas nulla scandalum inde, hoc est, occasionem sumat delinquendi. Est tamen aliud silentium multo felicius, multoque suauius internum, cui externum admodum simulaculatur. Hoc est silentium cordis, sensibiliunquæ rerum obliuio. Ad hoc silentium si quis cupit peruenire, necesse est vt mens ipsius à creaturarum amore abstracta, atque ab omnibus curis, occupationibusque animi distractibus libera, suspiciones, timores, sollicitudines, anxietates, dictorum & factorum rememorações, phantasias, speciesque ac formas creaturarum, & rerum sensibilium imagines, à se fortiter excludat, & nudo intellectu, ac in omni alieno amore libero, casto puroque affectu, in tranquillitate, puritate, ac silentio quodam soli Deo vacet & quiescat. Desideria namque sensualitatis, ac vitia quæcumque in nobis immortificata, imaginationum quoque & formarum sensibilium reuoluciones sunt clamores, turbines, & inquietudines, spiritui obstrepentes, vt neque leuare se possit in Deum, neque stabiliter ac figere in Deo. Quæ si mortificata exclusaque à nobis quiescerint, succedet silentium, in quo iucundum est præstolari, suauissimum sentire salutarem Deum fierique tunc vt solitarius lenet se supra se. Quod nobis tribuat Dominus noster Iesus Christus in secula benedictus,

Amen.

Singularitas  
in commu-  
nitate quam  
sit fugienda.

Silentium  
internum  
quod sit, &  
quò obtine-  
atur.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Quomodo magnus fuerit Ioannes, quamq; nobis necessaria sit discretio.**Sermo IV.*

**I**nter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Matthei XI. Testimonium hoc laudis à veritate meruit Ioannes, quo certissimè liquet ipsam incomparabiliter esse magnum, hoc est, cæteris sanctis excellentiorem atque præstantiorem. Claruit autem eius excellentia, siue (vt verbo vtatur Euāgelico) eius magnitudo in virtute, in honore, in opinione. In virtute, nam omissio virtutum eius catalago, vt ex quatuor capitalibus vel vnâ

recenseamus, qua conijcere liceat, qualis in cæteris fuerit. Prudentia fuit magna, qua sibi cauit & alijs profuit. Caut sibi ad eremum fugiens, non quo criminum (quæ nulla habebat) pœnitentiã ageret secretiorem, nec (vt opinor) quod homines admodum metueret seductores aut corruptores: quippe qui ex vtero matris sanctus, & Spiritu sancto plenus fuerat natus: non demique quod parentes (vt pote sanctos & prophetas) in itinere Dei scandalo sibi fore putaret: sed vt sanctitatis exercitia haberet libera, ne scilicet fulgoris ipsius singularitas in firmis aut tristitiam aut scandalum faceret, ne demum propter pusillos (inter quos si viueret) vel necessario fortasse animum à feruore relaxare haberet. Liqueat enim per multa interdum à sanctis iustissimè atque piosimè fieri posse, aut etiam debere in secreto quæ, tamen in aliorum, maxime pusillorum conspectu seu in publico non ita generatim licerent: quippe quæ non intellecta, aut nimium singularia, aut cæteris impossibilia, vel tristitiam generarent vel inuidiam. Hoc animaduertens beatus puer, quantum videlicet Deo, quantum ve deberet proximo, & metuens inter turbas, si hominum cœperit se cōsuetudini conformare, ne Deo infidelis gratiarum colata munera negligat, aut contra, si vitam alijs prætulerit non imitabilem, singularitate ipsa pluribus futuris sit offendiculo, quam exemplo, secretum elegit eremum adiens, vbi Deo fidelis, sibi liber, nulli esset onerosus. Vnde quam sit necessarium, sua exercitia præsertim singularia, atque hoc tempore celare vel inde liquido constat, quod olim inter monachos maximè laudatos expertus est beatus pater Macharius, quanta scilicet fuerit ibi immortificatorum, nescio an dicam, inuidia, an pusillanimitas. Nam paucis admodum diebus inter eos conuersatus, cum singulare quippiam (quod cæteri non æque possent imitari) ipse factitasset, omnes eiusdem cœnobij ad monasterij patrem conuenerunt, postulantes vt aut Macharium ei iiceret, aut cœtum omnem monachorum illinc mox cerneret abiturum. Sensit id ipsum quoque beata Catharina Senensis, quam in raptu & mentis extasi constitutam, ita rigidam nõ sine grandi periculo corporis fratres ordinis sui è templo sæpenumero efferebant, & clausis portis velut simulachrum ad solem statuebant. Neque enim ferre poterant singularem eius à Dño gratiam. Eam ob rem innumeris molestijs virginem afficiebant. Prudentissime itaque fecit beatus Ioannes, eremum secretum eligens, vbi nemo vel inuidus vel adulator coram adesset, cuius haberet oculos vereri. Prudentissime fecistis & vos charissimi fratres, ducem præstantissimum sequentes, ad eremum hanc conuolando, vbi austerioris

Ioannes vti  
tribus mo-  
dis fuerit  
magnus.

Prudentia  
Ioanis quãta  
fuerit.

Eremum  
cur Ioanne  
petierit.

Exercitia sin-  
gularia ab-  
scondere  
quam sit ne-  
cessarium.

Prudentiam  
Ioannis in  
quibus imi-  
tentur mo-  
nachi.

vita tanta est singularitas, vt non modo secularibus, sed religiosis etiam facile omnibus præemineat. Atque rursus viuentium inter se tanta vniuersitas, vt sanctitatis arrogantia prorsus locum non habeat, quod certe in seculo vobis non ita vsu venisset, atque in claustro. Nam etsi nonnulli inter vos sunt, quorum innocentiam seculi non potuisset corrumpere malitia, potuisset tamen præpedisse sanctitatem. Quis enim vestrum in seculo palam faciens eodem modo profiteatur Carthusianus, non statim aut vt sanctus honoribus laudibusque ad vanitatem duceretur, aut vt phantasticus melancholicusque operibus ad impatientiam & insituti desertionem? quippe qui faceret solus quod nemo cæterorum. Et tamen hunc cum cæteris communia quantumvis ardua hic agentem, nemo est qui laudet, neque in cella singularia supererogantem quispiam est qui videat aut inuideat, sed Deum habet solum, & inspectorem & remuneratorem.

Discretio  
mirabilis  
B. Ioannis.

Discretio B.  
Ioannis vt  
nobis imi-  
tanda.

Discretio  
quã sit ho-  
mĩni neces-  
saria.

Psal. 48.

Verum ad Ioannem reuertamur. Ad prudentiam eius eximiam pertinet, in tot tantisque virtutum exercitijs discretio mirabilis (qua factorum patrum testimonio auriga est omnium virtutum, imò sine qua virtus dici non potest.) Hac enim viro abstinentissimo, abstractissimo, singularissimo, & cum primis zeloso vsu venit, vt neque nimium neque minus ac par esset, ageret. Neque enim supra vires suas, neque citra rationem (licet cæteris impossibilia ac insolita) aggressus est, quippe qui Spiritus sancti ductum sequebatur, & nobilissimam complexionem iuxta ac vires sibi adesse sentiebat. Discretionem igitur eius imitemur, quæ non erit vt ei paria conferamus, nec vt similes ei nos futuros arbitremur (hoc enim vel erga alium quemlibet minorem sanctum præsumere grandis esset elatio) sed vt vires proprias motientes, nil ultra quam vsus naturæ potest ferre committamus, nobis promittamus. In quo fideliter agenti si cupiam singulare aliquid voluerit Dominus impartiri, ipse nouerit, quomodo, quando, quantumque talem hominem trahat: idque inter dum præter, aut contra hominis illius proprium consilium. Hac ideo dixerim, ne quis audiens beatissimi Ioannis discretionem, indiscretissime putet eandem simili modo sibi amplexandam. Non eadem omnium est mensura, non idem modus non denique vniuersalis est omnium discretio, quandoquidem tam gratia quam natura dispar est in singulis. Alter excedit, vbi alter vix fatis facit. Vnde pulchre huius admonet in libro *viarum Dei* (scilicet Elizabeth virginis) ad eremitas angelus loquens, cum dicat: Attendite vos qui in eremo vitam ducere elegistis, quam discretionem habeatis (Discretio enim omnium mater virtutum est) Glebis aspera est via vestra propter duriciam vitæ. Videte ne forte offendat pes vester: quod si offenderit, caute ne lumen quod in vobis est, euacuetur. Propterea autem necessaria est vobis discretio, vt non cito sequamini omnem impetum zeli vestri, qui vos ad altitudinem perfectionis impellit, neque supergraciamini mensuram virtutis vestræ. Multi in præsumptione spiritus sui ambulantes, vitam suam nimia afflictione extinxerunt & perierunt in adiuuentionibus suis. Multi menturam suam excedentes humanum intellectum in seipso subuerterunt & inutiles facti sunt, & similes iumentis insipientibus. Multi per immoderatas fatigationes in tædium adducti sunt & elanguit virtus eorum, & reuoluti sunt ad voluptates carnales, factique sunt in derisionem spiritibus nequam.



nequam. Bona est vexatio carnis, quia aduersatur concupiscentijs immun-  
dis. Sed si mensuram exuperet, inutilis est, quia suffocat deuotionem cōtem-  
plationis, & lumen eius extinguit. Propter hoc memento homo fragilitatis  
tuæ, vt cautè gradiaris in via dura, quam ingressus es, & patienter agas in fe-  
stinatione tua, ne ruinam patiaris. Dirige in consilijs sapientium cunctos la-  
bores tuos, & non confunderis in exitu tuo, dominatorem cœli ne tentes, si-  
cut qui incautè sui curam abijciunt, & habent fidutiam, q̄ mirificetur in eis  
potentia Dei secundū dies antiquos. Hæc ibi. Cæterū si discretio hæc cuiquam  
defuerit, si obstinatio in proprijs consilijs accesserit, quam miserabiles exi-  
tus pariat, quales prophetas cōstituat, venerabilis Gerson in libro de *distin-*  
*one verarum visionum a falsis* aperit, dicens: Ad par exitium vergunt abstinen-  
tia nimia, & crapulosa voracitas, nisi quod irremediabilior est excessus in  
abstinentia. Morbos enim adfert incurabiles ex læsione cerebri & rationis  
perturbatione, quo fit vt per maniam aut furiam vel cæteras passiones melā-  
cholicas sic perfundantur, & intime radicentur phantasmata interius refer-  
uata in cerebro, quod esse reputantur verè res extrinsecus apparentes, & au-  
dire se putat homo, videre vel tangere, quod nullo sensu exteriori percipi-  
tur. Inualefcit autem hæc passio vsque ad hanc aliquando insaniam, vt iu-  
dicet se homo aliud esse quam est, quemadmodum repertus est qui se murile-  
gum, alius qui se gallum, alius qui se asinum, alius qui se mortuum reputa-  
ret. Vnde fuerunt nonnulli doctorum, qui hac ægritudine percussum arbi-  
trati sunt fuisse ipsum Nabuchodonosor, vt brutū animal esse se crederet, &  
nō veraciter indueret corpus beluinum. Pleni sunt medicorum libri porten-  
tosius huiusmodi apparitionibus, & iudiciorum corruptionibus ex læsione  
virium interiorum nascentibus. De his ait Hieronymus, quod magis indi-  
gent fomento Hippocratis, quam alio consilio. Multos talium vidi, multos  
etiam examinaui, quorum aliqui in plerisque negocijs sanissimam videban-  
tur habere sententiam, desipiebant tamen in certis casibus & responsionibus,  
vbi phantasia suæ læsio certius eminebat. Hæc Gerson. Verum hæc ipsa ad  
ferudos & scrupulosos. Nam ad vitam laxiorem vltro labentibus non est o-  
pus frena laxari, frustra discretio illi mandatur, qui vltro sectatur teporem.  
Perinde namque (vt verbis diui Bernardi vtar) virtus discretionis absque  
charitatis feruore iacet, sicut feruor vehemens absque discretionis tempera-  
mento præcipitat. Ad institutum igitur reuertamur. Ioannes vt cæteris om-  
nibus virtute prudentiæ magnus, cauit sibi eremum incolens, vt in sanctita-  
te exeresceret liberior. Profuit autem alijs, illis scilicet qui tum ab eo vitæ  
sanctimoniam disciebant, & hodie prodest non solum nobis verum omnibus  
etiam quotquot vsque in finem seculi feruido eius exemplo ad poenitentiam,  
ad contemptum mundi, ad custodiam denique sui arctiorem accenduntur.  
Fuit etiam magnus honore: vt pote cui in signum seu testimonium virtutis,  
reuerentia quædè exhibita est, & exhibetur, cum à Christo, tum ab Ecclesia  
militante atque triumphante. Vix in aliquo sanctorum præeminentia vna  
fuit, vix dignitas aut titulus, quo beatus Ioannes non fuerit insignitus. Or-  
dines atque gradus sanctorum simul omnes vnus ipse in se expressit. Quod  
cum sanctorum multi eruditissimi explanauerint, non est nostrum fastidio-  
so ser-

Indiscretio  
quam mise-  
rabiles exi-  
tus pariat.  
Ioannes  
Gerson.

Hieron.

Bernardus.

Magnus ho-  
nore vt fue-  
rit Ioannes.

Ioan. 1.  
Opinione  
magnus ut  
fuerit Ioan-  
nes.  
Pfal. 51.  
Matth. 11.  
Augustin.

so sermone hoc vos diu onerare. Tertium dicamus Beatus Ioannes fuit mag-  
nus opinione, tantus vt Christus putaretur, quo nescio quid maius potuisset  
de ipso homines opinari. Cæterum quia mendaces filij hominum in statum  
non solum coram hominibus, verum etiam magnus coram Domino fuit,  
cuius meruit testimonium, scilicet, quod non surrexit inter natos mulie-  
rum semaior. Porro si inter natos mulierum, hoc est, inter homines nemo  
surrexit maior Ioanne Baptista, concludendum est cū diuo Augustino, qui-  
bus Ioanne plus est, non tantum homo, sed & Deus est. Cui laus, honor, &  
imperium per æterna secula, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Quibus imitari debeamus Ioannem Baptistam.**Sermo V.*

Deuotio  
Deo acce-  
ptissima  
quæ.

Ioannes Ba-  
ptista in qui-  
bus nobis  
sit imitandus.  
Luc. 1.

Pfal. 20.

Ioan. 2.

1-Pet. 1.

**F**uit homo missus à Deo cui nomen erat Ioannes. Ioannis 1. Absque dubio est,  
Domini præcursores, mundi lucernam, Baptistam Christi, præcōsem  
Euangelij, atque vt alia eius præconia prætermittam, anachoretarum  
principem, Carthusiensium patronum ac ducem missum esse à Deo. Itaque  
eam ob re charissimi fratres, gloriosi patris ac patroni nostri hodie memo-  
riam, non solum cantu & ferijs, sed etiam deuotione, idque multo maxime,  
celebrare debemus festiuam. Est autem deuotio hæc hodie Deo acceptissima,  
si virtutes, si vitæ ordinem, si actus beatissimi Ioannis honestos cōsideremus.  
Si eius nobis sanctitas placeat, si denique feruenti hanc desiderio, hilarique  
voluntate studeamus imitari. Quare enim sanctum Ioannem Baptistam du-  
cem elegimus ac patronum, nisi quia in eo aliqua inueniuntur à Deo com-  
mendata, Deo accepta, quibus nos quoque commendemus Deo, ea de re re-  
cipimus imitanda? Decet enim milites sequi regem, filios patrem suum. Com-  
mendatur autem nobis patronus noster primum, quod per angelum sit patri  
Zachariæ prænunciatus, quod sterili matre, patre senex, viroque sancto, con-  
ceptus sit: & ipse ex vtero matris sanctus natus. Repletus enim adhuc in vtero  
matris fuit Spiritu sancto, nihil minus tamen infans in vtero accipiens, quam  
postea Apostoli erant accepturi, post passionem, resurrectionem atque ascen-  
sionem Christi. Hic nobis Ioannes mirabilis nō imitabilis proponitur, qui  
donum Dei fuit præueniens eum in benedictionibus, nisi (quod pro imitati-  
one nostra trahamus) vt nos quoque à conceptione nostri, hoc est, à die qua  
ordo nos recepit, & qua nos denuo renascitur in nouitatem vitæ, ordinem  
sumus ingressi, discamus nos conseruare, discamus vitam agere in innocen-  
tia, in simplicitate, in puritate quasi modo geniti infantes. Proh pudor si post  
conuersionem nostram ad ea quæ seculi sunt, si ad ea quæ carnis sunt, reuertimur.  
Monstruosa planè res est, à vitijs, ab amore rerum pereuntium nos di-  
ci ad Deum conuersos & in medio vitiorum, in medio negotiorum se-  
culi, animo inueniri demersos. Quod dicimur fratres charissimi, simus, mona-  
chi, eremita, Carthusiani sumus. Quid quæso huic congruit professio? Num  
ad hos spectat ociari, fabulari, dies pœnitentiæ datos & ad pœnitentiæ ab-  
sumptos infructuosè transigere, transgressionibus Deum offendere, obli-  
uentionibus vacare, rumoribus & seculi nouitatibus occupari? Minime  
Ergo

Ergo officium monachorum sanctorum, sanctorum eremitarum exercitia, studium bonorum Carthulienſium frequentemus. Ea quæ in ſancto Ioanne Baptiſta diſcimus, quæ prædicamus, imitemur. Hic ſanctus Domini in matris utero conſecratus, non ſolum ſua, verum etiam parentum ſanctitate, inſignis, non credidit ſibi, non credidit mundo, ſed ad eremum puer fugit, ne vitam ſuam vel leui occasione pollueret: ſciens delinquendi occaſiones maxime vitandas, quæ niſi vitentur, nec Dei nobis ſuffragabitur adiutoriū, nec naturæ opitulatur ſuffragium, nec prodeſt lectio, nec oratio fructuoſa eſt, nec voluntatis propoſitum firmatur: quia neceſſe eſt ut ardeat qui igni ſe admifcet, & inquinari cogitur qui tangit picem. Chariffimi fratres, non eſt fugiendum nobis, ut non habitemus inter homines, ſed ea quæ ab hominibus ad nos prodeunt, noſque inquinant, fugienda aut proſcindenda ſunt: ut ſunt colloquia mala, exempla contagiſa. Vbi que ſunt homines, & nos hominibus ſumus homines. Ita hominibus cohabitamus, ut vitijs eorum non conſentiamus, ut ea quæ in illis Deum offendunt, quæ ſpiritum noſtrum non ædificant, in nos non transformemus. Laudatur quidam quod habitat, ubi eſt ſedes ſatanæ. Alius quod cum ſtrutionibus moretur, & ſubverſores habeat ſecum. Quid hic fuit laude dignum? An quod inter malos habitauerunt, an potius quod boni inter malos, incorruptique permanferunt? Ita nobis chariffimi faciendum eſt, ut ſi malum videmus, ſi malum audimus, memores ſimus quo cauti alienis malis non communicemus, neve alienis ſordibus polluamur. Nemo tamen ſuos conciuſes aut cohabitatores æſtimare deberet malos, ſed potius ſe, ubi nullum ſcandalum præbetur ſcandalum recipere, & ex bonis malisque aliorum infirmari, id fore tutius humilique. Decet quoque nos præcurſores eſſe Chriſti, ut bona docendo, mala arguendo, virtutumque exempla præbendo, etiam delinquentibus lucernam ſanctimonix præferamus, atque Domino noſtro ex his qui nobiſcum habitant ( quantum in nobis eſt) plebem perfectam paremus. Vbi etiam ſi nemo nos audièrit, ſi nemo ſequutus fuerit, imò ſi irrideant etiam plerique, ſine fructu tamen non erit labor noſter. Habet ſtadium hoc, puta ædificandi proximos, quod ex charitate oritur, ſuum meritum, nec poteſt Deo non placere: imò non poteſt non remunerari à Deo eiufmodi voluntas, quæ cupit, conaturque multos excitare, qui præbeant ſeipſos Domino fideles ſeruos. At Herodiana atque profuſa diabolica res eſt, non ſolum pro lege Domini non zelari, ſed optare etiam complices habere tranſgreſſionis, atque ſive verbis, ſive exemplo ſuo aliorum animos in obſeruantia labefactare, tranſgreſſiones ſtabilire, ac conſuetudines ſanctas vel non recipere, vel receptas abolere. Verum de hoc hætenus. Ad Ioannem redeamus. Vixit puer in eremo, vinum & ſyceram non bibens, camelorum pilis ſe veſtiens, atque humo nuda, ſi quando urgebatur dormiendi neceſſitate, cubans. Nos quia non poſſumus tantam ferre abſtinentiam, nec duritiam rigoremque ſuſtinere, ſaltem eius exemplo confortati, lautiora non quarimus. Scimus contenti ijs quæ apponuntur, & nulla intret in nos pro cibis & pro alijs oblectamentis murmuratio. Scimus vocationem noſtram, ſcimus propoſitum noſtrum, ſcimus leges & ſtatuta noſtra, quæ ſi attendereamus, tam ſobria nunquam videretur neceſſariorum adminiſtratio, quam non agnolceremus gratiam, non debitam. Deinde ſi hominum pa-

Occaſiones delinquendi maxime vitandas. Eccl. ii.

Apoc. 2. Iob 30.

Præcurſor Chriſti quò quilibet noſtrum eſſe debeat. Luc. i.

Stadium proximorum ædificandi uti habeat ſemper meritum ſuum.

Matt. ii. Rigoroſam Ioannis vitam uti nos pro modulo noſtro imitari debeamus.

ritur nobiscum Christianorum ac pauperum in sudore vultus sui se suosq; labores educantium, & crudo interdum pane duntaxat inter labores immanitate sese refocillantium meditaremur, edendi penuriam vilitatemq; quancumque nostram tenuitatem, delicias putaremus. Porro si acediam nostram in ingratitudinem, si negligentiam, si denique vilitatem nostram agnosceremus, omni prorsus beneficio indignos non inueniremus. Miraremur proterea formidantes, quomodo fieret vt præ cæteris hominibus Deus nobis nihilo tamen plus cæteris sese amantibus abundantius delicatiusq; promississet. Sanctus Ioannes, pro iustitia mortem suscepit, quia legem Domini constanter docuit, & præuaricationem Herodis arguens, pro lege Domini immensus est. Nobis fratres gloriosum sit, nobis opratum sit, quicquid pro iustitia, quicquid pro Dei legibus, quicquid pro Dei amore, quicquid pro ordinis & sanctitatis obseruantia, quicquid denique, ne in Deum peccetur, subnendum est: quia totum in martyrij nobis coronam computabitur, si quid horum occasione & Christi amore tulerimus. Et tunc demum probabimur discipuli sancti Ioannis Baptistæ, si eius inueniamur imitatores vite, præsertim Domino Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

Martyrium  
Ioannis  
quò nobis  
imitandum  
sit.  
Marc. 6.

### IN EADEM SOLENNITATE.

*De sancti Ioannis ortu vitæq; ordine planè mirabili. Quo patto suam vitam  
aspicari debeat is, qui monastica vita instituto sese dedit, de  
de verecundia, discretionis, hilarisq; obedientia  
laude. Sermo VI.*

**Q**uis putas puer iste erit? Lucæ 1. Festum diem agimus hodie charissimi fratres natiuitatis præcursoris & Baptistæ Domini nostri Iesu Christi. Cuius ortum, dum insolita quædam ac mira illustrarent, ij quibus oculi dati erant spirituales, futurum aliquid è puero in signe atque magnificentia suspiciunt, dicentes: *Quis putas puer iste erit?* Nam sterilium parentum vercunditas prænunciata per angelum, natiuitas infantis, vitæ eiusdem ac officij prophetica descriptio, denique patri dubitanti cœlitus impositum silentium, atque rursus eiusdem in filij natiuitate linguæ referatio, item infantis ætate in vtero exultantis, ad Christi necdum nati, præsentiam deuotio, nomen quoque cœlitus impositum & parenti mirabiliter vtrique reuelatum, ac tandem immaturæ ætatis rigorosa castigatio, abstinendi studium, mundi reprobæ eremi incolatus, quid aliud quæso sunt, quam magnæ & auspiciatissimæ iustitiae præfagium? Cæterum, quia nostrum nemo hic dubitat, & laudes beatissimi viri scriptura nulla tacet, aded vt lectore magis, quam doctorem opus sit, ijs tanquam manifestissimis prætergressis, thematis verba ad puerum quemlibet in religione, hoc est, nouitium, seu nouiter Christo penatum vertamus, dicentes: *Quis putas puer iste erit?* Nulla est ars, nullum studium, nulla disciplina, cui quis vt primo se cœperit mancipare, non præbeat mox certum indicia, quantum in ea professione futurum discipulum reddat. Sic in religionis schola non desunt nouiter conuersis, præsertim iuuenibus signa, quibus & de præsentibus, & futuro animæ statu non nihil conijci queat.

Sunt

Sunt autem tria, quæ illos commendant maximè. Primum est, casta quædam ac humilis verecundia. Secundum, feruor, discretione temperatus. Tertium, obedientia hilaris. Primum igitur dixi pueros, id est, nouitios in religione vehementer ornari casta quadam & humili verecundia. Hæc ubique affuerit, bonæ est indolis specimen, honestatis indicium, simulq; vitæ indies melioris promittit vbertatem. Hanc deuotissimus Bernardus excellenter commendat adolescentibus, nõ quia non sit & in prouectiori ætate omnium studio retinenda (quæ est certè omnium ornatus ætatum) sed quod teneræ gratia verecundiæ, in teneriori ætate amplius pulchriusq; eniteat. Quid (inquit) amabilius verecundo adolescente? quam pulchra hæc, & quam splendida gemma morum in vita & vultu adolescentis, quam vera & minimè dubia bonæ nuncia spei, bonæ indolis index? Virga disciplinæ est illi, quæ pudendis affectibus imminens, lubrica ætatis motus actusq; leues coerceat, comprimat insolentes. Quid ita turpilocij & omnis deinceps turpitudinis fugitans? Solor continentiæ. Nullum æquè manifestum indicium columbinæ simplicitatis: & idè etiã testis innocentiæ. Lâpas est pudicæ mentis, iugiter lucès, vt nil in ea turpe vel indecorũ atteret, q; nõ illa ilico prodat. Ita expũctrix malorũ, & propugnatrix puritatis innata specialis gloria cõscientiæ est, famæ custos, vitæ decus, virtutis sedes, virtutũ primitiæ, naturæ laus, & insigne totius honestatis. Rubor ipse genarum, quem fortè inuenerit pudor, quantum gratiæ & decoris suffuso offerre vultui solet? Quid denique tam proprium verecundiæ, quam proprias vitare laudes, vitare iactantiam? Hæc Bernardus. Nos verò, si quis speciatim verecundiæ cupiat nosse quæ sunt argumenta, mittimus eum ad frontostatis, seu impudentiæ vitium, vt illius videat signa, & contrarijs sibi eduersò locatis, discat quid honestum, quid sit viciosum. Porrò, inuerecundiæ signa hæc sunt: morum dissolutio, membrorum incompositio, garrulitas, alieni sermonis interruptio, proprii consilij iactatio, arrogantiæ verborum, libido disputandi seu contendendi, nouitarum inuentio, præsumptio singularitatis, & cætera id genus: quæ omnia si in adolescentiore notantur, verecundiam procul abesse non dubites. Considerandum tamen, quibusdam vitia hæc naturaliter inesse, vnde vehementer sibi displiceant. Quippe qui aduersus illa nunquam non configant, nec tamen valeant eradicare: ijs profectò & si non absit verecundia illa naturalis, haudquaquam idè semper moralis abesse dicenda est. Quinimò plerunq; fit, vt per humiliations, per confusions, per labores denique & iuges conflictus veniant perfectius ad virtutem quam illi, qui suis contenti naturalibus, conquiescunt. Hoc idè dixerim, quod sicut nemo, quamlibet bona habeat naturalia, ignauus & deses laudandus, ita nemo bonæ voluntatis, nemo perfectioris vitæ studiosus, quantumlibet infirma aut etiam praua habeat, est damnandus: quia vt illi naturæ bonitas nihil confert, quem negligentia facit inerrem, ita huic infirmitas non obest, quem tam labendi pronitas, quam emendandi studiositas reddit feruentiorem. Porrò optimus quisque est, quem verecundum atque bonum facit, & naturæ generositas, & virtutis studiosa exercitatio; voluntas. Accedat nunc igitur verecundo & bono adolescenti, quod secundo loco posueram, feruor scilicet deuotionis discretione temperatus, quo socordiam

Quantã tria commendat quæuis nouiter conuersum. Verecundia humilis in iuuenibus quã sit laudabilis. Bernardus.

Simplicitatis columbinæ indicium quodnã sit. Verecundiæ humilis effectus qui.

Impudentiæ iudicia quænam sint.

Vitia naturalia quò emendanda sint.

Optimus quisquam dicendus sit.

Feruoꝝ deuotionis qualis iuuenibus inesse debeat.

Tyronis desidiosi qualis finis commendus.

Bernardus. Seniores vt nouitij censendi.

Deuotio rationalis que sit.

Bernardus.

Discretio vt feruorem mentis temperet.

Discretio vt sit antiga virtutum. Ioan. Caf.

Discretio vera humilitate obtinendam. Moses abbas

Discretio vera que probetur.

omnem, pigritiam, carnalitem & proflus quicquid diuina aduersatur voluntati, exeretur & fugiat: quicquid placere Deo cognoscitur, amet & querat. Leue sit ei quicquid Dei contemplatione ferendum est, quicquid ueritate more agendum. In hoc feruore alacriter currit: felix tamen, si discretione habena cursum suum moderetur. Ceterum, quid putamus de illo sperandum, qui initio torpet, qui nihil nisi carnem sapit, nihil præter humana solatia querit? Cui laboriosus nihil, quam quod pro Deo agitur, nihil molestem quam ubi propter Deum sudatur. Cui tempus non videtur aliud longius, quam ad Dei laudes canendas, aut alia quæuis veræ pietatis officia quod expenditur? Quis, inquam, ex illo sperandus finis, cuius adeo desidiosum est initium, vt incipiens quasi non incipiat? Hoc non tantum de pueris dixerim, quæ probationis annus facit nouitios, sed eos etiam nouitios volo, qui facta professione, cum feruorem non tam polliceri, quam præstare deberent, manus nouitij: Scilicet quales Diuus Bernardus taxasse fertur, dum cuidam illi diceret: Si quadraginta annis in ordine steteristi & non profecisti, nouitium me reputo. Aduertendum autem, cum hic aut feruorem commendamus, auerfidiam carpimus, vt nemo de hac sola, quæ sensibilis est passione, pura molitie quadam, aut e contra duritia cordis existimet nos loqui: quippe cum hanc deuotio sensibilis non in hominis potestate sita sit, & tentationibus, aut probationibus diuinis, item occupationibus interdum pernecessarijs, aut etiam naturalibus alijs intercepta, desideretur: sed de ea deuotione, de illo feruore qui rationalis est, quo animus voluntasq; ipsa rationalis prompta feruore ad omnia, quæcunq; respiciunt Deum. Porro circa feruorem præsertim insensibilem haudquaquam est negligendum, quod addidi, discretione temperatum. Siquidem perinde nocet aut sine feruore, aut sine discretione agere. De quo & scitum est illud Diui Bernardi: Virtus discretionis absque chaustitate feruore iacet, & feruor vehemens absque discretionis temperamento, præcipitat. Ideoq; laudabilis, cui neutrum deest, quatenus & feruor discretio erigat, & discretio feruorem regat. Discretio namq; omni virtuti modum ponit, ordo modum tribuit, & decorem etiam, & perpetuitatem. Est ergo discretio non tam virtus, quam quædam moderatrix & auriga virtutum, ordinatrixq; affectuum, & morum doctrix. Tolle hanc, & virtus vitium eripit, & affectio naturalis, in perturbationem magis conuerteretur exterminatq; naturæ. Semper autem (vt verbis utar Diui Ioannis Cassiani) æquanimis qualibet fatigatio sustinetur, si interiecta ei necessitudo quædam, vel operta immutatio qualiscunq; succedat. Sed quo potissimum studio, dicit aliquis, hæc discretio comparabitur, vt nulla ex parte, hoc est, neque nimium, neque minus agendo peccetur? Profecto nulla re alia citius, si primorum patrum definitionibus fuerit credendum, atque humilitate. Testatur hoc abbas Moses secunda Collatione, dicens: Vera discretio, non nisi vera humilitate conquiritur. Cuius hæc erit prima probatio, si vniuersa non solum quæ agenda sunt, sed etiam quæ cogitantur, referuentur seniorum examini. Nullatenus enim decipi poterit quisque, si non suo iudicio, sed maiorum viuæ exemplis. Et serpens teterrimus, velut è tenebroso ac subterraneo specu, virtute confessionis protractus ad lucem, & traductus quodammodo ac de honestate abscedit. Et iterum post sanctorum enumerata exempla. Inde, inquit, probetur

batur nulli à Domino viam perfectionis ostendi, qui habens vnde valeat erudiri, doctrinam seniorum vel instituta contempserit, paruipendens verba illa. *Interroga patrem tuum & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi.*

Deut 31.

Itaque hac humilitate discretio, & non solum discretio, sed etiam quam tertio loco posueram, obedientia hilaris generatur: vnde scilicet puer in religione ceu futuri profectus quodam praelagio ornatur. Siquidem hæc modo nouitium omnibus reddit amabilem atque commendabilem, nec quisquam facile potest non optima sperare de illo, quem viderit ad contemnendas proprias voluntates, & superiorum exequenda iussa, non vultu in rugas contracta, aut lento & difficili gradu, sed alacriter hilariterque propere. Possent quidem multa in huius laudem virtutis dici, sed quia sapius de ea dixisse me memini, hoc loco supersedeo. Tamen hortor, nedum nouitios sed & vos omnes alios fratres charissimi, vt nihil obedientiæ præponatis. Quicquid contra obedientiam Deo obtulerimus, non habebit laudem vel meritum, sed supplicium. *Multa sile,* id est, virtutes congregauerunt diuitias meritorium, sed obedientia supergressa est vniuersas: quia si vera sit, nunquam suo caret etiam ingenti præmio: cum tamen multa fiant bona, quæ quia ex propria voluntate profecta sunt, parum aut nihil meriti comparant ob vitia illis admixta. Præstet nobis Dominus Iesus per merita sanctissimi Præcursoris sui, vt quæ hæctenus dicta sunt reipsa exequamur ad laudem & gloriam ipsius, Amen.

Obedientiæ  
quenam po-  
tissimum  
nouellas  
plantas de-  
ceat.

Prou 31.

## IN SOLENNITATE BEATISSIMÆ MARIÆ Magdalena.

*Quibus admiranda, quibus sue imitanda sit B. Maria Magdalena.*

Sermo I.

**V**IDES hanc mulierem? Luc. 7. In cæteris festis sanctorum fratres charissimi, tamen si celebritas ipsa diei nobis pariat gaudium, & sacra gestorū lectio ad emendationis vitæ nos inuitet exemplum: est tamen quorumlibet ferme sanctorum solennitas eatenus nobis aliena, quatenus de illorum innocentia, & sanctitate duntaxat agitur, quæ à nobis peccato obnoxiijs, vt imitari possit, penè desperatur. Porro hodie sanctissima Magdalena, haud aliter ac proprio sancto ex ordine nostro, hoc est, ex ordine peccatorum festū agentes, gratulamur: & quod peccatrix conuersa ad summum sanctitatis gradum euecta sit, consolamur. Idcirco sacra Euangelicæ historiæ lectio ante mentis oculos hodie nobis spectaculum proponit, quod si accurata cōsideratione intro recipiatur, non potest cordis nostri duritiam non compungere, scindere, vulnerare. Introducitur namque mulier peccatrix, nō minus vanitate, quam nobilitate insignis, peccati laqueus, diaboli rete, seductrix animarum, ex prædicatione Domini atque occulta eiusdem inspiratione in vas electionis gratissimum conuersa, veniens ad Iesum & suæ turpitudinis conscia, non in faciem, non ante oculos creatoris sui audens comparare: sed præ verecundia stans retro, ex humilitate secus pedes Domini Iesu, propter dolorem, & contritionis abundā-

Luc. 7.

PPP 3

uam

Rom 6.

Magdalena  
quò se totà  
Christi ob-  
sequio man-  
ciparit.  
Cōuersionis  
perfectio  
quanta.

Charitas o-  
pera nostra  
Deo accepta  
reddat.

Quantæ sit  
temeritatis  
peccatorem  
aliquem  
spernere,  
aut se illi  
anteferre.

Gala 1.  
Gregor.

Familiaritas  
Christi erga  
Magdalena  
quanta.

tiam lachrimis domini pedes rigans, ex feruenti deuotione lanans, & capillis tergens, præ amore denique inimitabili eisdem domini sui pedes inuoluntate nenter osculans & vngens, vt obseruaret illud, quod postea docendum erit ab Apostolo, hoc est: Quemadmodum exhibuerat membra sua feruire in mundicia & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibebat membra sua feruire iustitiæ in sanctificationem. Si quidem corpus totum ad Christi obsequium conuersioni & penitentiæ dedit. Animam totam pietatis affectibus liquefecit, spiritum denique totum diuinæ dilectioni atque dulcedini immergit. Hoc primum eius holocaustum. Hæc prima conuersionis perfectio. Hæc subito nascentis penitentiæ eius exordium. Quid de eius progressu sperandum est, quæ iam iamque conuersa, multis, qui in lethale peccatum nunquam sunt prolapsi, inuenitur præstantior? Non ieiunia, non preces numerosæ, non alia penitentiæ opera (quibus fortasse Simo ille leprosus diuitem se peccabat) habebat, sed tamen magnam habebat: charitatem: qua sola sit vniuersa, orationes, & cætera id genus penitentiæ opera externa, ex charitate tanquam germina ex radice enata, Deo sint accepta. Proinde cum à peccato surrexerit altiori gradu charitatis perfectior etiam necesse est fuerit merito essentiali, omnibus, qui inferiori gradu stabant charitatis, quantislibet, alioqui bonorum numero antecederent. Quippe cum essentialiter meritum (quæ & præmium beatæ fruitionis essentialiter redditur) non ex operibus, sed ex charitate, qua opera fiunt, sit metiendum. Vnde liquet etiam quæ sit temeritatis, quanti periculi, homini etiam peccatori se anteferre, aut illum despiciere, tamen in illo non videantur opera bona aut exercitia bonis acutili alijs paria, quandoquidem fieri potest, vt subito conuersus maiore surrexit charitate, maiori ducatur deuotione ad ea, quæ facere iam incipit aut fecit, quam is, qui multo tempore, & multis sudauit operibus, & minori tempore steterit charitate. Neque enim necessarium est, vt conuersus à peccato ad Deum à primo seu infimo charitatis gradu incipiat, sed fieri potest, vt resurgendo subita mutatione à Deo in altiore gradum statuatur, quam alius est, qui multis annis Deo seruiuit. Donum Dei est hoc: & cui licebit inde murmurare aut querere, cur ille plus, alter minus accipiat? Nolo tamen qui blandiatur sibi de sola magna charitate, quæ nulla est si manet ociosa. Operatur enim magna, si est. Si verò operari renuit, charitas non est. Quæ proprio beata Magdalena charitate ardens lumino opere curauit in virtutibus sese exercere. Quippe quæ totam se (vt dixi) Christo in obsequium mancipauit, totam se sacrificauit, totaque eidem semper deinceps adhæsit, ideo peccatorum suorum remissionem, obsequij laudem, tantamque à Domino saluatore suo gratiam obtinuit, vt non solum à peccatis munda prædicaretur, verum etiam per omne tempus vitæ suæ familiarissima discipula, filia dilectissima, de tanquam sponsa castissima eius haberetur. Nusquam (quod puto) ex canonicis scripturis liquet, quod post beatissimam matrem suam Dominus Iesus, cuius sanctorum maiorem aut tantam familiaritatis dignatus sit gratiam impartiri, quantam vel Ioanni suo consobrino, vel Mariæ exhibuit Magdalene. Quis enim ita suauiter legitur ad penitentiam attractus? Cum quo sic amicabiliter est dominus conuersatus? Cum quo tam libenter hospitatus? Cum sic ad pedes sedenti prædicauit? Quem ita sollicitus excusauit? Quem præsentem



tem atque audientem adeo laudauit? Cuius orationem tam cito exaudiuit? Cui lacrimanti sic collachrimatus est? Quem ex peccatorum fordibus conuersum ad contemplationis apicem, ad omnis sanctitatis perfectionem subito sic euexit? Præterea quod mundo dederit illam in conuersionis speculum, pœnitentiæ exemplum, virtutis simulachrum, & stupendum etiam summis anachoretis contemplationis miraculum. Quam tamen non tantum admirandam quantum præposuit & voluit nobis imitandam, dicēs vnicuique nostrum: *Vides hanc mulierem? Vides? Mirare & imitare.* Mirare eius excellentiam in perfecta conuersione. Mirare eius vehementiam in lacrimosa compunctione. Mirare eius verecundiam in pœnitentissima sui cognitione. Mirare eius humilitatem in sui detestatione. Mirare eius sinceritatem in ardentissima delectatione. Mirare eius fidelitatem in castissima adhesionem. Mirare eius constantiam in feruente deuotione. Mirare illius præminentiam in amorosa contemplatione. Mirare & imitare. Non tibi virum propono, non immaculatam innocentiam tibi exemplar præfigo: sed mulierem & hanc peccatricem, hoc est, non tam sexu, quam peccati corruptione fragilem.

Frates, hanc cum omnibus tum præcipue nobis Carthusiensibus & pœnitentibus conuenit amare, venerari, imitari, ceu cuiuslibet propriam, vel saltem communem ordinis patronam. Patronam dico, non ob hoc tantum, quod eius exemplo statuerit ordo eremiticum seruare rigorem, se cretamque æmulari solitudinem, sed quod pene omnes quotquot ad ordinem venimus, ex magnis peccatis, ex innumeris periculis, non secus ad monasterium, quam ad Christi pedes confugientes cum Magdalena saluati sumus.

Cæterum, quid prodest ad pedes Domini confugisse, quid iuuat multa peccatorum & vincula & retia euasisse, quid denique confert ad pœnitentiæ locum venisse, si pœnitentiæ opera & veræ conuersionis argumenta nos Deo non commendent? Inaniter gloriabimur Magdalene nos esse discipulos, Magdalene exemplo conuersos, si operum Magdalene non fuerimus sectatores. *Sifili,* inquit Dominus, *Abraham estis, opera Abraham facite.* Si sub Magdalene patrocinio sumus, si eius ad eremum exemplo confugimus, opera Magdalene faciamus. Ipsa feruentissimis lacrymarum imbribus peccata sua abluit, ipsa Deo semel reconciliata omnem deinceps noxam cauit, ipsa ardentissimo denique amore copulata Christo inseparabiliter adhæsit. Siquidem tantam absorbit vis amoris, vt Christum nec relinqueret prædicantem, nec desereret manducantem, sed comitaretur patientem, morienti adstaret, sepultum curaret, nunciaret resurgentem, videret (vt piè credi potest) ascendentem. Quanta dilectionis signum est, quod, moriente Domino in cruce, massam terræ cruore Domini madefactam collegit (vt hodie adhuc ostenditur) & in prædilecti memoriam sibi seruauit? Postremo, cum in celos assumptum corporeis non posset oculis cõtemplari dilectum, perinde ac si nihil in terris amodo sibi haberet relictum, è seculo cum non omnino posset corpore recessit mente. Nam ad vastissimam eremum fugiens, etsi hominum aspectus latuit, Deo tamen & angelis sanctis non incognita mansit. Quibus super quouis etiam alio pœnitente exultantibus, quantum ipsa gaudij illic fecerit, vel inde potest aduerti, quod septenis horis quolibet die angelorum manibus subleuata, æthereos iubilantium admittit sit audire concentus. Tanta namque

Luc. 10.  
Luc. 7.  
Matt. 26.  
Ioan. 11.

Luc. 7.  
Quibus admiranda quibusue imitanda sit B. Magdalena.

Quibus specialiter conueniat venerari ac imitari Magdalenam.

Luc. 10.

Ioan. 8.  
Opera Magdalene nobis imitanda que sint.

Ioan. 19. 20.  
Marc. 16.

Eremitica vita Magdalene qualis fuerit.

que angelorum reuerentia honorabatur mulier illa adhuc in terra coelestis, vt quocunq; voluisset progredi, non pedum obsequio, sed ductu veheretur angelico.

Exorandi  
pro nobis  
privilegium  
singulare.  
Ioan. II.

Matt. 21.

Luc. 10.

Phil. 3.  
Bernardus.

Labores ma-  
nuum cur in  
monasterijs  
institui sint

Ad extremum, in gloriam Domini sui recepta gaudet nunc gaudio innarrabili. Vbi, sicut olim in terris nobis profuit exemplo, ita nunc succurret & fouet nos intercessione, merito ac patrocinio. Singulare namq; creditur habere exorandi pro nobis privilegium, cui singularem familiaritatis gratiam donatum est habere ad Christum. Nam si adhuc in mortali corpore constitutam adeo dilexit Dominus, vt videns eam contristatam tristaretur, videns lachrymantem lachrymaretur, Lazari namq; ob gratiam eius, qua necdum verbo, sed affectu duntaxat orauerat, mortuum suscitaret, quanto magis diuinis amplexibus iam praeuenta, ac super omnia bona Domini sui constituta, maiorem quoque impetrandi gratiam creditur consecuta, vt sicut eius conuersione Domini immensam benignitatem cognouimus, ita et eius intercessione Domini misericordiam etiam sentiamus. Astipulatur huic sententiae, quod beata quoque ipsa Magdalena per reuelationem cuiusdam Sophiano ordinis nostri olim sibi deuote significauit, post beatissimam Dei matrem in coelis non esse ad obtinendam veniam poenitentibus se congruentiorem atq; potentio-rem. Sed iam ad nos redeamus. Ecce, inquam omnes ex exemplo Magdalena sumus conuersi, omnes e seculo ad poenitentiam vocati. Ecce omnes non aliter atq; preciosae essemus gemmae, a Deo sumus selecti, & in monasterium reconditi. Aspiciamus interiora nostra quantum poeniteamus, quantum & quid diligamus, quid nos moueat, quid afficiat, quid alliciat, hinc pensemus quantum sumus bonis secularibus meliores. Nunquid non meliorem partem elegisse dicimur? Nonne speciosa Ecclesiae columna predicamur? Et quis exemplo nostro conuertitur? quis aspectu nostri compungitur? Contemplatiui vocamur, & penè quid contemplatio sit, ignoramus. Spirituales dicimur, & tamen (si alia non sunt) phantasijs, immortificata desiderijs, & vaniloquijs praepediti, interna negligimus. Congemiscamus, simul emendemus, simul proficiamus, simul alter pro altero oremus, vt sicut modo in praesentis vitae miseria iungimur, ita in futura beatitudinis gloria non separemur. Videamus vocationem nostram. Ad hoc desertum venimus, vt ab omnibus mundanis liberi, vni Deo placere curemus. Igitur qui retro sunt obliti, ad anteriora nos extendamus. In via Dei, inquit Bernardus, non progredi, est retrogredi. Et alius quidam: In ascensu montis contemplationis quiescere, est descendere. Cauendum tamen ne vt quidam, ex his verbis Bernardi non satis sobrie intellectis sumat occasionem a quibus indiscretionis & sui destructionis: quasi in solis spiritualibus Deo oporteat semper vacare. Quod cum pleriq; ita putant, volunt propterea adeo cibo abstinere, vt naturae vim inferant, & digestionem non sentiant, hoc est, adeo tenui volunt vt alimonia, vt facta etiam prandio, cum vis digestiua suam actionem habeat, ipsi eandem ingenij perspicacitatem, eandem spiritus libertatem atq; agilitatem sentiant, quam sentiebant in aurora. Hoc quid aliud est, quam naturae vim inferre? aut naturam non naturam facere. Non sine causa viri sanctissimi, Antonius, Basilius, Benedictus, ceteriq; patres in Aegypto omnes, nullum

nillum posse sine opere monachum perseverare: propterea quod aut spiritu, aut corpore aut utroque deficiat. Et certe aliter invenire rarissimum est. Accedit quod ordo quoque noster tempora distinxit, instituentisque externis, quæ item internis seu spiritualibus locanda sint. Siquidem neque corpore solo, neque spiritu solo, sed utroque constamus, & utriusque morè gerere necesse est. Huic aut illi soli indulgere, est seipsum destruere. Adde quod anima finitæ est virtutis, & varias habet potentias, quarum si quando una viget magis in actu suo, interim lentescunt aliæ. Aliter ieiuni, aliter post cibum excluso etiam omni peccato & crapulæ vicio, sumus dispositi. Quapropter (iunioribus loquor) vivite secundum ordinis institutionem. Reddite quæ sunt spiritus, spiritui, & quæ sunt corporis, corpori. Quando dormiendum est, dormiatis: si vigilandum, vigiletis: si operandum, operemini: si vacandum, vacetis. Interpolationem exercitiorumque mutationem facere, item spiritus exercitia interrumpere, ut confortatus spiritus in vigore perseveret, denuoque ad sua redeat, non est deficere, non est retrogredi, non est descendere, sed progredi & proficere: quia hæc non agit dissolutio sed discretio. Admittatur ergo manualia exercitia, sed honesta & utilia: & quoad fieri potest in solitudine moderatè ac tempore statuto, atque ut dixi, propter spiritualia. Et rursus exerceantur spiritualia, idque ferventer ac acriterque tempore suo. Vbi etiam observandum est, ut quæ ex debito tenemur, omnino anteferenda sciamus cæteris quæ propria voluntas aut devotio suggerit. Si ita fecerimus, & corpore & spiritu sani integrique manebimus, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

Ordinatè  
quam in  
monasteriis  
vivendum  
fit.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Amoris erga Deum quinque conditiones quæ sint.*

*Sermo II.*

**R**emittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. Lucæ 7. Speculum hodie charissimi fratres oculis nostris obijcit Evangelica lectio, veræ poenitentiaræ in se continens imaginem, Mariam scilicet Magdalenam, ex Aethiopiâ in candidissimam, ex cornice in columbam, ex procaci in verecundam, ex superba in humilem, ex lubrica in castissimam, ex filia diaboli, in Dei filiam, in Dei amicam, in Dei sponsam electissimam subito conuersam: & (ut simul omnia dicam) ex luto & carcere mortalis vitæ, ad celestis regni solium translata. Huius autem tam celeris tamque felicitis mutationis causa, fuit conuersio amorosa ad Christum, non quasi ad pium hominem tantum, sed etiam clementissimum Deum. Vnde factum est, ut dolore confestim vehementissimo cor eius scinderetur, quo simul omnia quæ antegesserat mala, lugens detestabatur: Accederet etiam studium infatigabile placandi (quantopere possit) quem contempserat optimum: denique & devotione vberissima tota liquefieret, satagens illi quem offenderat, commendare sese atque acceptam reddere, flendo, obsequendo, osculis demulcendo, & cætera id genus exhibendo, quibus pectoris sui fervorem ardentius excitaret, & futurae probitatis ac fidelitatis erga Christum indicia clariora ostenderet.

Speculivere  
poenitentiaræ.

Qqq

Nec

Nec id frustra: quandoquidem effecit, vt ex peccatrice despicibili, familiarissima Christi discipula fieret, omnifariaq; sanctitatis gratia tam excellenter quam singulariter ornata, in exemplum non solum penitentibus, verum etiam iustissimis quibusq; velut sydus antelucanum constitueretur.

Nos igitur quoniam omnes ad hanc scholam conuoluimus, omnesq; penitentiam accincti sumus, conuenit secundum hoc exemplar quantumcunq; imitatione transformari. Quia verò non modo in penitentia, sed in omni etiam eius vita Dei amor singulariter emicat, cætera nihilominus uotum ac meritorum genera in se colligens, non abs re videretur, si penitentibus nonnullas dicere amoris condiciones, quas in beata Magdalena in promptu sit inueniri, & nos non dedecet imitari. Prima itaque conditio amoris teneritudo, quæ nihil aliud est, quam mollities quædam animi & affectus dulcior atque profusior, quo cito cor amantis beneuolentia soluitur in lectum. Inde teneri dicuntur amatores qui omnia eius quem diligunt, sua compatiendo, siue gratulando, & aduersa & prospera perinde ac propria sentiunt. Hæc amoris teneritudo ne Christo quidem defuit, cum semper, tamen præcipuè in vltima cœna, quando lotis discipulorum pedibus, ipsiq; corpore & sanguine suo cibatis, præ nimia amoris teneritudine se continere non valens, longissimum pariter ac dulcissimum sermone, quo suos quos in mundo habebat charissimos nunc quidem amicos, nunc verò filiolos appellabat, nunc ne orphanos timerent se futuros, sed ad illos reditum, nunc verò ipsorum ab hoc mundo gaudio plenum abolitum, aliaq; multa consolatione plena promittebat. Taceo autem aliorum sanctorum teneritudinem amoris, qui in irrationabilibus quoque creaturis Deum contemplantibus, tanto liquefebant amore, vt absque molestia amari ferre non possent, si vel vni, puta ouicula aut vermiculo, aut alteri cuius creaturæ triste aliquid occurrisset. De beata Magdalena nobis in præsentia duntaxat sit sermo, quæ non tantum muliebrem aut naturalem, sed etiam virtuosam, amorosam, ac cordis liquefactiuam habuit teneritudinem, compuncta lachrymis, delectata pedum Christi osculis, assistens cruci, vna apostolicis fugientibus, rediens ad eundem sepultum, manè cæteris dormientibus, perseverans ibidem, alijs mulieribus recedentibus, semper seruida, nequam non deuota. Commendatur itaque hic amorosa pietas, & tener affectus, vt est quorundam qui facile omnibus non rogati charitatis affectum expandunt, benefaciendi impendunt studium, & quasi omnium essent debitores, alienis oneribus ( quantum licet ) humeros supponunt. Laudabilia planè affectus misericordiæ compatientis, si tamen hic discretè, prudenter, simplicitq; intentione in Deum directus fuerit: Sola namque naturalis misericordia facit sanctum. Reprehenditur etiam aliorum duritia, qui alienæ calamitatis ( nisi fortasse peculiariter familiarum ) increduli, non miserentur super contritione Ioseph. Verù ijs relictis secundâ amoris conditione attingã, quæ est latitudo. Neq; enim absq; ratione Deo dicitur per Prophetam de præcepto dilectionis: *Latum mandatum tuum nimis.* Latitudo dilectionis est, si non solum ad amicos verum ad inimicos etiam, imò ad vniuersas creaturas, beneuolentiæ sinum extendas. Considerandum tamen, amorem ad creaturas quendam esse viciosum, à Deo retrahentem, quando creaturas propter se

Amoris erga Deum conditiones quinque. Teneritudo amoris quæ sit. Amoris Christi erga suos electos teneritudo quanta. Ioan. 13. Ioan. 15. Ioan. 13. Ioan. 14. Ioan. 19.

Ioan. 19. Marc. 16. Ioan. 20.

Psal. 118. Latitudo dilectionis habenda quæ sit. Amor ad creaturas quando sit viciosus.

duntaxat, hoc est, propter aliquid, quod secum adfert commodi, solarijve temporalis diligitur. Verum de hoc amore modo non loquor. Nihil enim diuino opitulatur amori, quin magis aduersatur. Est alius amor purus, sanctus, quo creatura diligitur non impediens, sed dilatans Dei amorem, dum in creatura aliquid inuenitur, cuius cōtemplatione proficit mens hominis in cognitionem seu dilectionem Dei. Hoc amore dilatati sancti Dei omnes, in omni homine Christum, in omni creatura venerantur creatorem. Hoc modo, quia non propter se creatura diligitur, sit, vt non aliud in ea quam Deus ametur. Quod idem testatur beatus Bernardus: Quicquid, inquit, propter aliud amare videaris, id planè amas, quo amoris finis protenditur, non per quod tendit. Cum itaque B. Maria Magdalena licet molestata sapius nusquã audiatur hominibus indignari, quid aliud quam dilectionis eius affectum dilatatum ad omnes intelligimus. Iudicatur à Pharisæo, accusatur à sorore, arguitur à discipulis, atque horum nihil iuste. Maria tamen semper tacet nec responderet exprobrantibus sibi verbum. Quare? Quia *charitas patiens est, benigna est, charitas omnia suffert. Charitas omnia sustinet.* Certè si nos pro tam sanctis operibus quispiam fortè argueret, num taceremus? Nota est vnicuiq; infirmitas sua. Ad Magdalenam redeo. Nonne ipsa est, quæ palam infidelibus, quamuis mulier, legitur prædicasse? Quid superauit in ea verecundiam huic sexui cognatam, vt quasi foeminam se nesciens, virum Apostolicum exhiberet? Profectò charitatis latitudo.

Progrediamur hinc ad tertiam (qua fouetur amor) conditionem. Hæc si vultis vt vno explicem verbo, vocatur charitas: Si multis, est magni æstimationis rei dilectæ, pro qua adipiscenda, obtinendave, vt pote chara atq; preciosa, nihil laboriosum, nil æstimatur durum: cætera omnia vilia dicuntur, cuncta libenter deferuntur, ne hoc vnum desit, quod solum est necessarium, quo dilecto fruatur, vtque dilecto placeat amans. Quod autem nihil propterea sit in amore difficile, diuus Bernardus testatur, dicens: Fateor, non sustinui pondus diei & æstus, sed iugum suauis, & onus leue pro beneplacito patris familias porto. Opus meum vix vnus horæ, & si plus, præ amore non sentio. Augustinus quoque amore plenus: In eo, inquit, quod amatur, aut non laboratur, aut etiam labor amatur. Arguitur hic multorum tepidus amor erga Deum, aut nullus aut exiguus, vt vix modico velint ipsum comparare, haud secus Deum ac mancipium vile taxantes. Atq; licet & modico & nihilo ematur Deus à bona voluntate, ipsi tamen precium (quocunq; illis offeratur Deus) minuere conantur, causantes quæ petuntur omnia grauiora, importabilia, nimia. Eiusmodi, vt Guilielmus Parisiensis dicit, si promitteretur Deus cum regno suo pro obseruatione ordinis Carthusiensis, ac si nimis carè exponeretur, aut precij nimium exigeretur, responderent se non tanti, sed minoris velle comparare. Vix certè vnus è multis reperitur qui nõ precio viliori, quam exigitur, Deum velit emere, hoc est, qui non minus velit pati, minus semetipsum abnegare, quam iubetur, plus carni indulgere, quam à Deo admittitur, tanquam precio quocunq; minor sit Deus, aut periculum sit ne tanti fortasse nõ valeat. Atq; vnde hoc, nisi quia vilem æstimant, cuius digna satis nunquam est æstimatio? Et hoc quidem illi, qui non gustauerunt, quam bonus & suavis est Dominus, quando interim nobis itidem

Amor ad creaturas quando sit purus & sanctus.

Bernardus.

Luc. 7. 10.  
Matt. 26.  
Psal. 118.  
1. Cor. 13.

Charitas diuini amoris qua sit. Luc. 10.

Bernardus.  
Matt. 10.  
Matt. 11.  
Augustin.  
Amor multorum erga Deum qua sit tepidus.

Guilielm. Parisiensis.

Psal. 33.

Quam cha-  
rum precio-  
samque ha-  
buerit Chri-  
stum B. Ma-  
gdalena.

Immensitas  
amoris quā-  
ta sit.  
Psal. 118.

Matt. 22.  
Marc. 12.  
Luc. 10.

Amoris ut  
sit terminus  
nullus.

Bernardus.  
Ioan. 13.

Psal. 111.

Stultitia se-  
culi quæ sit.  
1. Cor. 3.

laboriosum est, ac difficile censetur, pro Deo habendo relinquere creaturam. Relinquere dico, non ut nullius rei habeamus usum, sed ut nulli hæreamus per affectum. Sentiant hoc, qui illuc conatum suum transferunt, quam facile sit, quamque mallent (si liceret) creaturarum usum in cōpluribus pro-  
sus omnem sibi interdicerere, quam temperantiæ scopum attingere, aut ven-  
tendo creaturis nihil hære. Animaduerte hic quantum dilexerit, quam  
charum, quamque preciosum habuerit, quāti denique æstimauerit Dominum  
suum beata Maria Magdalena, pro cuius amore relictiis omnibus non dico  
tantum amatoribus, illecebris, amoribusque mundanis, non tantum salu-  
bus, vanitatibus, pompis, gloriaque seculi, nec solum diuitijs & ceteris que  
superfluunt, sed cibo etiam ac potu, consuetudine quoque humana natura de-  
sideratissima, vastam solitudinem, arctum specum eidem soli vacans incolle-  
it. Sequitur quarta amoris conditio, quæ dicitur immensitas (intellige  
affectus ad anteriora semper se extendentis. Hæc facit, ne quis mensuram  
terminumve statuat proficiendi, quo velit quiescere, quandoquidem pro-  
pterea mandata sua iussit Deus custodiri nimis, ut quantumlibet profice-  
mus, scopum non attingamus præfixum, spatiumque semper super sit in an-  
teriora nos extendendi. Quod cum in omnibus, tamen præcipue in charitate  
locum habet: de qua præceptum habemus omnem nostram facultatem ex-  
cedens, nec vnquam in hac vita (si verborum vim pensare voluerimus, ut  
scilicet ex toto corde, ex tota anima, ex tota virtute, ex tota mente, ex totis  
viribus diligamus Deum) impletu possibile. Atque hoc idem vult Dominus, ut  
ad præcepti huius, licet semper distantes, apprehendendum scopum, firmos  
feruentes: quem dum nunquam attingimus. (Semper enim nobis restat locus  
ad anteriora nos extendendi) simus humiles: neque tamen propter præcepti  
implendi impossibilitatem (quamdiu proficiendi conatus non abijcitur, in-  
dicabimur transgressores. Est ergo immensitas, hoc est, terminus nullus amo-  
ris, propterea in infinitum possit excrecere (intellige quantum est ex  
parte sui, id est, amoris vel charitatis, quæ nunquam tanta est, quin possit  
esse maior, non ex parte amantis, cuius omnis actio finem & limitem habet.)  
Testatur hoc idem beatus Bernardus, dicens: In dilectione Dei non alia ratio  
non alia discretio est, nisi ut sicut ille cum dilexisset nos, in finem dilexit, sic  
posse fieri potest, nos in infinitum diligamus eum, sicut scriptum est: Beatus vir  
in mandatis eius cupit nimis. Sed cum nullum finem vel terminum habere de-  
beat deuotio amantis, tamen terminos suos & fines vel regulas habere debeat  
actio operantis. Hæc ille. Quocirca considerandum, operationes & exercitia  
amoris non solum non esse infinita, sed etiam posse fieri nimia, & propterea  
vitiosa. Veruntamen affectum & desideria amandi in infinitum & sine men-  
sura possumus & debemus habere. Et hoc est quod Dominus ad S. Cathari-  
nam dicit Senensem: Desiderium vestrum extenditur in infinitum, quoniam  
alias minimè valeret aliqua virtus mihi seruiens, solummodo cum aliquo  
re finita. Nam ego qui sum Deus vester infinitus, à vobis volo mihi serui-  
cum re infinita. Vos verò nihil habetis infinitum nisi desiderium & affectum  
animarum vestrarum. Quinta conditio amoris est stultitia seu dementia se-  
culi. Sapientia mundi seu prudentia carnis quid sit, norunt qui ea que mundi  
sunt, ambiunt. Ipsa est de qua Apostolus dicit: Sapientia mundi stultitia est apud  
Deum

Deum: quemadmodum econtrariò, sapientia quæ desursum est (qua fulgent ante Deum qui eius flagrant amore) stultitia iudicatur à mundo. Quis non videat his præfertim temporibus, quomodo apud eos qui mundana sapiunt, stulti & insani iudicentur, qui voluptatibus renunciant, qui carnem macerant, qui honores fastidiunt, qui pro maledicto maledictum non referunt, qui de iniurijs lætantur, qui proprijs facultatibus se nudant, & cætera eiusmodi agentes (quæ sapientissimus Dei amor docet) laudem quidem habentia apud Deum, apud filios verò seculi ignominiam? Veruntamen non debent huiusmodi prudentissimi stulti mundanorum iudicia advertere, aut suam deserere sapientiam: quandoquidem Christus quoque, vel prædicationi & doctrinæ ad eò intentus erat, ut cibum negligeret, vel quia sublimia loquebatur, quæ sui non capiebant: quippe cum amoris lingua, teste beato Bernardo, non amantibus sit barbara, insanus putabatur. Exierunt, inquit Marcus, *sui tenere illum, dicebant enim: Quoniam in furor em versus est.* Adde quod Petrus humanam tantum adhuc prudentiam edoctus, cum audisset Domini excessum, quod gentibus paulo pòst idem esset tradendus, flagellandus atque crucifigendus, quali Domino sapienterem se constituens, consilium eius arguit, dicens: *Absit à te Domine, non erit tibi hoc.* Beata insuper Catharina Senensis amorem Dei erga humanum genus contemplata, pio quodam ausu familiaritatis alloquens, eundem dixit philocaptum & præ amore quasi infatuatum. Atque reuera consideranti quanta humano generi contulerit Deus, quanta pro eo fecerit, quam multa sustinuerit, quanta ignouerit, quanta tandem quotidie dissimulet, pro malis bona rependens, non mirum videbitur, si humano more loquendo, philocaptus aut fatuus (quippe qui vilissimos ac purridos sacculos gratis amans tanti fecerit) dicatur. Certè si Deus, ut dictis Guilielmi Parisiensis alludam, in conuètu propofuisset omnium angelorum dicens: In terris fornicariam quandam amo omni libidini prostitutam, nulla turpitudine non inquinatam, cui nulla meretrix alia, tum fœditate, tum vilitate potest æquari: hanc ducturus vxorem, statui reginam & parem mihi efficere, ipsam vsq; ad eò amans, ut pro latrocinijs & impudicitijs eius eluendis, mihi cordi sit crucis affigi patibulo. Si, inquam, angelis hæc proponeret, nec salutiferæ huius stultitiæ sapientiam profundissimã ac inuestigabilem eisdem reuelaret, non stultissimum atque insanum reputarent? Nonne Petro similia responderent? *Absit à te Domine, non erit tibi hoc.* Est ergo in amore (ut dixi) diuino sancta stultitia, quæ priuata commoda, quæ carnis voluptates, quæ reliqua id genus quoque alia, quæ mundus laboriosissime ac periculosissime quærit, propter Deum contemnat, ac proorsus nihili faciat: ærumnis ac calamitatibus se pro dilecto exponens gaudeat, ac solo tandem amore ebria, nil discutiens, crebro impossibilia præsumat. Testatur hoc B. Hieronimus dicens: Amor ignorat iudicium, ratione multoties caret, nescit modum, nec aliud cogitare potest quam quod diligit. Amor non accipit de impossibilitate solatium, neque ex difficultate remedium. Volebam hic dixisse, quomodo non modo secundum seculi, sed etiam Apostolorum iudiciũ stulta fuerit beata Maria Magdalena vnguenta & aromata perdens: quomodo etiam circa sepultum, & ut putabat, ablatum Dominum impossibilia, utpote fragilis, delicata, moerore denique & inedia confecta mulier præ-

1. Pet. 3.  
Bernardus.  
Marci 3.  
Luc. 9.  
Matt. 16.  
Catharina Senens.

Philocaptus quò dicitur Deus.

Guil. Par.

Matt. 16.  
Stultitia sancta in amore diuina quæ sit.

Hieron.



sumpserit, nisi vereretur ne longius forsan, quam placuit vobis, cucurrerit oratio. Proinde sermone finem imponentes optemus omnes, ut quem commendamus amorem, faciat nos Deus magis experiri quam loqui, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in secula, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Duodecim in beata Maria Magdalena reperiuntur cuius feliciter penitenti imitanda. Sermo III.*

**F**ecit Deus duo luminaria magna. Luminare maius ut praeesset diei, & luminare minus ut praeesset nocti. Genesis 1. Duas charissimi fratres constat (vita dicam) esse Marias: quibus, siue ad nominis interpretationem, siue ad vitae seriem spectemus, non absurdum videbitur, haec thematis verba tribuisse. Ipsas namque Deus in sexu foemineo nobis constituit, haud aliter atque duo luminaria, aut duas bene viuendi normas: videlicet Mariam Iesu matrem, & Mariam Magdalenam. Innocentem vnam, penitentem alteram, quarum illa exemplo suo praestitit diei, hoc est, iustis: haec nocti, id est, penitentibus seu peccatoribus conuersis. Siquidem purissima illa virgo ut omnibus est innocentiae speculum, ita haec Maria Magdalena nobis data est penitentiae in exemplum. Cuius hodie quoniam festiua non minus penitentiae quam gloriae recolitur memoria, & nos quoque veluti eiusdem imitatores, quia Penitentium sumus in ordine constituti, nouis penitentibus, id est, nouitijs, sermonem facturus, operae precium duxi nonnulla recensere, quae verò penitenti, hoc est, bono conueniant monacho, eadem omnia in sancta hac penitente nobis pariter ex Euangelio commendata. Primum itaque omnium est, congruum penitentiae locum deligere. Quod quam necessarium sit, vel inde liquet, quod loci opportunitas perinde ut fuit ruina, ita plerumque etiam sit occasio correctioris vitae. Accedit quod hac tempestate centum ante vltro se offerant qui abducere, quam vnus reperiat qui Christo lucrari animam velit. Ad tutiora igitur loca confugiendum est. Hoc fecit beatissima Magdalena, domum Simonis, quae tum intra se Christum continebat, expectans. Credebat enim, nec sua eam fefellit opinio, hunc omnium, vbi peccata sua plangeret, locum maximè sibi conuenire. Ibi ad Christum accedens ab illo separari noluit: ipsum secuta est, & quantisper potuit, eius consuetudine vivebatur. Quo caelos petente, ipsa quoque non diu morata, mundum deseruit, & sine Christo mundum nihil ducens, hominumque frequentia perturbata, vastam se in eremum abdidit, vbi soli viueret Deo. Nihil hic opus est fratres charissimi, ut moneam vos penitentiae locum querere, quem fortiter estis, quo non possitis accepisse meliorem. At vnum hoc horret, sicut corpore, ita mente huic loco finis addicti. Semel seculi contemptores effecti, non iterum illius experiamus ambitum. Deserti squalore semel electo, non deuenimus ad Aegypti suspiremus delicias. Quod quaesiuimus, quod elegimus, propter quod venimus, & ut simul omnia dicam, quod iam cepimus, non sequitur sed feruenter perficiamus. Secundum, quod in ordine iam sequitur, ut mala admittenda deseamus: cuius B. Magdalena exemplum nobis praebuit, quae sua pro

Penitenti  
cuiuslibet  
duodecim  
habenda  
quae sint.  
Locum peni-  
tentiae co-  
gruum eli-  
gere quam  
sit necessa-  
rium.  
Luc 7.

Numer. 12.  
Mala ad-  
mittenda des-  
te ut debeat  
deserui.



pro delictis tanto cordis scindebatur dolore, ut lachrymarum immodicam  
imbrem Domini pedibus infunderet. Quos dum lachrymis lauit, prioris  
vitæ suæ vniuersas eluit sordes. Sic nos quoque domum penitentiæ ingressi  
lugere debemus peccata & propria & aliena, quod licet omnibus & omni  
tempore, præcipuè tamen nouitijs, & primo conuersionis tem-  
pore est agendum, ut iuxta Hieremiæ prophetæ monita, luctum vnigeniti  
sibi faciant, planctum amarum. Quæ vnigenitum luget mater, dolore maiori  
cruciat: quippe cum non habeat superstitem alium in quo consoletur.

Maximus igitur qui penitenti inducitur luctus esse debet, dum luctui ma-  
tris vnigenitum plangentis similis imperatur. Atqui penitenti maior hic  
causa est lugendi quam matri, quandoquidem ille animam, hæc corpus plân-  
git emortuum. Adde, quod ille mortem propriam, hæc alienam. Sed dicit  
fortasse quis: Nullis obnoxius sum sceleribus, grauioribus delictis nõ offen-  
di Deum. quid igitur plangam? Profectò haudquaquam lachrymis abstinē-  
dum reor, tametsi peccata non habeas graua. Quid si propterea sint graua,  
quod tu putes leuiora? Certè nunquam non grauius delinquitur, quoties in  
Deum peccatur. Non inficior, peccata inter se vel maximo distare gradu. Sed  
illud magis cauendum, ne peccatum quoduis ceu leue contemnendo, dum nõ  
plangitur, non remittatur. Atqui per paucis donatum est, lethalia non com-  
mississe. Porro, si cui hoc datum est, sic gaudeat, ut nihilo secius lugeat, quod  
itidem is est, qui commisisset, nisi diuina fuisset gratia aut præseruatus, aut  
remotus. Quotidie, nisi omnino talpeus sis, huius rei intra temetipsum peri-  
culum facere potes, si rimari velis internos animi tui motus & affectus. In-  
uenies profectò quæ ad casum præcipitem te dedissent, aut olim data sint,  
si immensa te Dei misericordia non continuerit. Nequaquam igitur tibi de-  
sunt peccata, tum præterita, tum hoc penè ipso momento nascentia. Ad sunt  
vitia. Adest denique velut languor quidam & interioris hominis desituta  
nimium habitudo. Et quis singula recenseat, quæ cumulatim præbent flendi  
materiam? Itaq; cum id genus multa nobis insint ploranda, tertium necessa-  
rium est penitenti, seu monacho bono, verecundia. De qua Bernardus: Nef-  
cio, inquit, si quicquam gratius verecundia in moribus depræhendi queat.  
Verecundia est omnium ornatus ætatum: sed in tenera ætate àplius pulchri-  
usque enitescit. Et iterum: Quantum displicet Deo impudentia peccatoris,  
tantum penitentis verecundia placet. Huius legimus exemplum in beata  
Magdalena, quæ retro post Dominum stetit. Neque enim oculis eius audebat  
se ingerere, adeò erat vilis in oculis proprijs. Considerandum verò verecun-  
diam quandam esse superbiam filiam, hic nequaquam laudatam, qua erubescit  
quis de paupertate, de ignobilitate, de cæteris naturalibus (quæ sine peccato  
sineq; scandalo eueniunt) defectibus, atque adeò de ipsis plerunq; virtutum  
exercitijs. Hanc verecundiam vera non habet penitentia. At fortasse dicit  
quispiam: De quibus ergo est erubescendum? Vereor, si dicam, ne cui stoma-  
chus moueatur, & me pungere velle existimet: eam ob rem verbis vtar non  
proprijs, sed diui Bonauenturæ, qui ea de re scribens complura enumerando,  
de quibus erubescere intra nos debemus: Signum, inquit, superbiæ videtur  
esse, nimis erubescere de illis defectibus, quos natura indidit, ut de deformi-  
tate corporis, vel ruditate vocis, & similibus. De vilitate autem vestis, vel

Luc. 5.

Hierem. 10.  
Luctu vnigeniti quò  
sibi facere  
debeat penitens.Peccata  
grauiora non  
habenti v-  
trum etiam  
plangendū  
lit.Bernardus.  
Verecundia  
penitenti  
necessaria  
quæ sit.  
Luc. 7.Verecundia  
superbiæ fi-  
lia, quæ sit.Bonauent.  
Erubescere  
superba quæ  
sit.

humi-

De quibus  
fit merito e-  
rubescendū.

Desidia in  
resistendis  
vicijs quāta  
nobis infit.

Ingratitudo  
erga Deum  
quanta.  
2. Cor. 6.

Negligens  
debitorum  
perfolutio.

Negligētijs  
nostras di-  
numerat  
Deus.

humilibus obsequijs erubescere, in paupere religioso grauis superbia est. Ver-  
tium vel scandalum erubescere, vnde vel Deus offenditur, vel aliquis scandali-  
zatur. Apud teipsum erubescere de peccatis tuis, de corpore in seruitio Dei, de  
negligentia bonorum, quæ posses facere & deberes. Quod tempus desit, &  
profectus virtutum non crescit: de hypocrisi, quod foris vis putari melior,  
quam intus te inuenias. Quod vitia tua occultas, non timore nocementi alio-  
rius sed timore displicendi, & ne vilipendaris. Quod per bona quæ ostē-  
dis, vis videri & placere hominibus, vt ex his suspicientur te multo plura de  
maiora in occulto habere, ex quo talia foris prodeunt quasi te dolente. Quod  
vix aliquem ad eō familiarem habeas vnanimem, quem velles te in omnibus  
agnoscere sicut teipsum agnoscis: quod etiam fit in confessione quandoque  
etsi non audes peccata tua suppressere quin ipsa accuses, tamē in illis, in quibus  
te magis disciplicere times, ita ordinas verba præmittendo, subiungendo,  
colorando, vt minus appareant verecunda: vel si forte plus nude proferas,  
gloriaris & vis apud confessorum inde sanctus notari, qui tam humilis sis, vt  
te magis quam necesse sit studeas confundere confitendo. Quod cum tentatio-  
nibus vitiorum, maximè carnalium ita desidiose pugnas, vt solo timore pe-  
riculi vel confessionis pudore eas repellas, & quantum audes in affectu car-  
nis arrideas, solo consensu operis & morosa delectationis excluso. Et in hoc  
apparet maior peruersitas, quod cum facili quandoque posses huiusmodi  
tentationes quasi muscas immundas abigere, ex negligentia eas permittas  
crescere, & callescere, & conalescere, & donec confortata iam periculosa sunt,  
& difficilius vincuntur, & conscientiam sæpius pulsando, confundit. Quod ita  
desidiosus ad ea quæ Dei sunt, & ad virtutes vel quæ ad deuotionis studium  
pertinent, vt pudor humanus plura ex his magis à te extorqueat, quam amor  
diuinus. Quod ita es ingratus Dei beneficijs, vt non solum debitas non  
agas gratias pro perceptis, sed etiam gratiam oblatam & paratam in vacuum  
recipias, & negligas vtiliora ad quæ runc sentis tibi arridere gratiam, & oc-  
cupes te vanioribus studijs, quasi qui texit aranearum telas, quæ non prode-  
runt ad vestimenta salutis. Quod illa ad quæ teneris facienda, sicut sunt  
horæ canonicæ, & similia, ita negligenter & desidiosè perfoluis, vt  
non tam meritum inde speres, quam supplicium inde expectes: quia  
etsi verba ore vtunque proferas, corde tamen tam vagus es & affectu  
frigidus, quod nec sensum orationis percipis, & deuotionis affectum, &  
de ipsis verbis plurima defluunt accelerando: & vtinam non multa trans-  
filias omittendo, dum non attendas, si dixeris vel non dixeris, nisi forte ex  
coniectura alicuius verbi, quasi ex caudæ apprehensione reputes te dixisse.  
Deus autem etsi patienter dissimulat intendere nostras negligentias, tamen  
non minus odit eas, sed integrè dinumerat, districtè dijudicat, seuerè puniet  
nisi nos præueniamus faciem eius in humili confessione, in forti satisfactione  
& in seriosa emendatione. Quod ad omnia quæ ad corporis curam vel com-  
modum spectant, studiosissimus es: quæ vero ad spiritus profectum, vel ad  
supernæ charitatis exhibitionem, vel ad prælati obedientiam, vel ad carnis  
castigationem spectant, deses es. Quod etiā hos & similes plures in te aduer-  
tens defectus non terreris, non compungeris, non discitis, non corrigis,  
quasi Deus aliter tecum acturus sit, quam cum omnibus alijs, vt mala tua in-  
corre-

correcta non puniat, & bona neglecta remuneret. Pro his & similibus erubescere apud te, & ab alijs ea in te dijudicari & reprehendi non mireris, nec indigneris, sed verecunderis semper. Haftenus deuotissimus pater ille Bonaventura. Quibus apposite quartum, quod poenitentem exornet, nunc iungitur humilitas. Quæ enim poenitentia sine humilitate? Humilis quippe (vt verbis vtar Bernardi) & verecunda debet esse satisfactio, qua emendatur superbia transgressio. Est humilitas quædam in cognitione, qua quis verissimam sui cognitione sibi ipsi vilescit. Hæc etsi poenitentem non mediocriter exornet, longè tamen nobilissima inter omnes virtutes iustos atq; ipsos perfectos venustat. Siquidem teste Bernardo: Magna & rara virtus est, vt magna licet operantem magnum te nescias, & manifestam omnibus tuam te solum late-re sanctitatem. Mirabilem te apparere & contemptibilem reputare, hoc ego ipsis virtutibus mirabilius iudico. Est verò altera humilitas in affectione, de qua Bernardus loquens: Verus, inquit, humilis vilis vult reputari, non humilis prædicari: gaudet contemptu sui, hoc solo planè superbus, quia laudes contemnit. Humilitatis exemplum præbuit Maria Magdalena, quæ Christi neque commendatione, neque familiaritate elata, ad Domini se pedes semper continuit. Quintum, quod congruit poenitenti, est patientia. Abstinentiam, disciplinam, & quæuis alia castigationum genera suo prope consilio assumpta per peti, haud est difficile. At ab alijs irrogatam sibi contumeliam æquanimitè ferre, aliena quam nolis molestia onerari, hoc patientiæ & virtutis opus est, tanto plus habens meriti, quanto laboris. Huius habemus exemplum in beatissima Magdalena, quæ Pharisæi indignationem, sororis accusationem, atque ad eò Apostolorum murmurationem (vt cæteras interim quibus hæc vita plena est, molestias taceam) patientissimè tulit. Sexto, verum poenitentem decet colere quietem. Quietem dico nõ quædam, ad quam peruenire, non exigui est negocij. Est quies cordis, videlicet ab occupationibus circa creaturas animo feriatum esse, à distractionibus mentis Deo vacare, imperturbatum Deo sabbatum agere. Hoc quieti per multum confert negocijs similiter exterioribus, quatenus cum obedientia, tum charitas admittit sese abdicare, nulli rei nisi spiritualis, profectus non nihil adferat animum dare. Siquidem qui rei cui libet animum vult suum implicare, tumultus etiam varios, perturbationes atque distractiones cordis ferat, necesse est. Primum, inquit, Seneca, argumentum mentis compositæ est, posse & consistere & morari secum. Maria Magdalena hic quoque suo non deest nobis. Sedisse enim ad pedes Domini, & contemplationi ad eò perhibetur vacasse, vt à sorore quoque accusaretur.

Septimum, est silentium amare. Nam si lingua, teste Apostolo Iacobo, ignis est, & vniuersas inquinat, quæ maculat totum corpus, & inflamat rotam nativitas nostræ inflammata à gehenna, inquietum malum, plena veneno in seculo. Est si quis qui linguam non refrænât, vana est religio. Quod frenum, quæso, vt ilius possit poenitens, præsertim nouus, suæ inferre linguæ atque silentium; Beatâ Magdalenam cum Dominus silentij cerberet cultricem, ad eò vt ne accusatoribus quidem responderet, non passus est istam silendo famæ iacturam facere, sed respondit ipse pro ea exprobrantibus illi verbum, & probro exemit

R r r omni

Humilitas  
quantum  
exornet poe-  
nitentem.  
Bernardus.  
Humilitas  
cognitionis  
quæ sit.  
Bernardus.

Idem.  
Humilitas  
affectionis  
quæ sit.  
Luc. 10.  
Patientia  
quanta poe-  
nitenti ne-  
cessaria.  
Luc. 7.  
Luc. 10.  
Matt. 26.  
Marc. 14.

Quies sancta  
poenitenti  
colenda  
quæ sit.

Seneca.  
Luc. 10.

Iacob. 3.  
Silentium  
amare vt  
debeat poe-  
nitens.  
Iacob. 11.

Psal. 118.

omni. Silentij tum latidem, tum vtilitatem non minus experientia quam lectione norunt, qui huius sunt obseruatores.

Loquendū  
vbi sit pœni  
tenti.

Octauum, si loquendum fuerit, vtilitatem sermonis breuitate exornare. Mariam Magdalenam vbiunque in Euangelio legimus locutam, aut cum Christo, aut de Christo sermonem, & hunc breuem habuit. Nonum, est obedientiæ promptitudo. Magdalena etiam inde commendatur, vbi vocat per sororem dicentem: *Magister adest & vocat te*, confestim vt audiuit, surrexit & occurrit. In quo vno ostendit, quam in cæteris ad obedientiam deuota fuerit.

Obedientiæ  
promptitudo.  
Ioan. 11.

Vtinam sic nostra foret obedientia & integra & velox. Hodie per multum commendatur, qui vel longa persuasione inductus, tandem acquiescit. Natorum est omnino damnabilis abiectio, qui nunquam nisi quod pro eorum arbitratu iubetur, libenter parent, dicentium: Non idem ad ordinem veni vt hæc aut illa facerem. Quasi lege præscripta ante cauissem quam preberentur vbi vellent, vbi non vellent obedire: cum potius si recto & simplici sunt animo professi, obedientiam promissere licitam, rationabilem, sineceptione omnem. Quam tamen etsi nemo fuisset professus, virtus ipsa serui commendaret, & imitandi Christum propositum abnegationem propriam nemini non indiceret. Decimum, quod pœnitentem cum primis iuuat, est Dei amor feruens. Hic omnem pœnitentiæ laborem, vniuersum pondus carnis & æstus ad eum leuia facit spiritui, vt propemodum carni etiam ipsi fiant seruicia. Quare domandæ carni cum semper magnopere sit insistendum, cellatissimum est cunctis alijs pœnitentiæ exercitijs amorem præferre. Nihil enim ad eum carnis domat, nihil sic eius æstum extinguit, nihil æquæ concupiscentias illius cohibet, ac Dei amor: vt pote qui vnus plus potest in carnem vno die, quam exercitia castigationum alia sexcentis. Nam carnis castigatōnes vitia debilitant, ac amor consumit penitus. Exemplum habemus in beata Magdalena. Hanc namque tam feliciter quam subito, quid mutauit? Quam tam perfecte purgauit? Quid contemptum & mundi & sui tam repente contulit? Quid cor eius tam profundè vulnerauit? Quid pristinas in ea carnis lecebras refecauit ad eum? Quid denique Christo per omnem vitam tam familiarē reddidit? Profecto ardentissimus amor. Sed de hoc satis.

Matt. 20.

Amor Dei  
quam sit ef  
ficax ad do  
mandam  
carnem.

Vndecimum, est compassio ad proximum. Hæc ex misericordia oritur, quæ ad eum pœnitenti est necessaria, vt frustra suis delictis flagitet misericordiam, nisi delinquenti misereatur & ipse. Madauit aut nobis Deus talē amorē habere erga proximum, qualē ipse habet erga nos. Vnde cū redamare Deū nō possumus, eo quo ipse nos diligit amore: quippe qui prior, q nō accepto merito, qui indignos, qui deniq; gratis, hoc est, cōmodi nihil à nobis expectas nos diligit, qui denique ignoscit nobis atque adeo benefacit: Nos verò nequaquam illius amorem præuenire possumus, vt amando simus priores: Sed neque gratis, neque sine merito illum amamus, nec velut indignum, qui amari dignissimus: item neque benefacere illi possumus, neque ignoscere. Constituit nobis proximum, in quem hæc omnia exercendo vicem suo rependimus amori. Quem pietatis seu compassionis affectum habuerit beata Magdalena, primum ad Christum, tanquam ad caput, deinde etiam ad eius membra, id est, ad proximum, significatur per effusionem vnguenti, quo caput Christi unxit & pedes. Palam est etiam partim ex Euangelio, partim ex descriptione

Compassio  
ad proximum  
quam sit pœ  
nitenti nec  
cessaria.  
Matt. 7.  
Marc. 4.  
1. Ioan. 4.

quæ ad eum pœnitenti est necessaria, vt frustra suis delictis flagitet misericordiam, nisi delinquenti misereatur & ipse. Madauit aut nobis Deus talē amorē habere erga proximum, qualē ipse habet erga nos. Vnde cū redamare Deū nō possumus, eo quo ipse nos diligit amore: quippe qui prior, q nō accepto merito, qui indignos, qui deniq; gratis, hoc est, cōmodi nihil à nobis expectas nos diligit, qui denique ignoscit nobis atque adeo benefacit: Nos verò nequaquam illius amorem præuenire possumus, vt amando simus priores: Sed neque gratis, neque sine merito illum amamus, nec velut indignum, qui amari dignissimus: item neque benefacere illi possumus, neque ignoscere. Constituit nobis proximum, in quem hæc omnia exercendo vicem suo rependimus amori. Quem pietatis seu compassionis affectum habuerit beata Magdalena, primum ad Christum, tanquam ad caput, deinde etiam ad eius membra, id est, ad proximum, significatur per effusionem vnguenti, quo caput Christi unxit & pedes. Palam est etiam partim ex Euangelio, partim ex descriptione

scriptione vitæ eius, circa crucem, circa sepulturam, circa conuersionem icē  
 proximorum ad fidem, quam sollicita, quamq; sedula fuerit. Duodecimum,  
 est deuotio ad Deum, qua mens prompta fit ad omnia, quæ Deo nouerit pla-  
 cere: Nunquam laude fatietur diuina: nihil quod diuinum spirat cultum, fa-  
 stidiat: nihil quod mortificationem postulat sensualis hominis, refugiat: quæ sit  
 detraxerit nihil, quod infert pro Christo laborem: non recuset quod tollit  
 quietem: nullis impensis, nullis tandem viribus pro honore Dei parcat. Ta-  
 lis fuit beata Magdalena, propterea acceptissima Deo, qui est benedictus in  
 secula, Amen.

IN EADEM SOLENNITATE.

*Præminentia decem beate Mariæ Magdalene qua sint.*

*Sermo IV.*

**V**bi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Romanorum 5. Ad com-  
 probandam huius verbi veritatem, fratres charissimi, nō aliunde no-  
 bis testimonium petendum est, quam ab ea cuius hodie agimus me-  
 moriam, æque nobis dulcem & festiuam. Siquidem ipsius vitam contem-  
 plantibus (si pensamus cuiusmodi ante, cuiusmodi post conuersionem  
 fuerit) liquido constabit non minus gratiam in ea atque delictum abunda-  
 se. Tanta enim gratia, tanta in ea charitas abundauit, vt pleriq; nec immerito  
 quidem post Ioannem Baptistam excellentiorem ei tribuant gradum sancti-  
 tatis. Porro præter gratiam illam gratum facientem seu sanctificantem, qua  
 multis illustrium fuit superior, alia decem à Christo meruit insignia, quæ  
 præiulia seu præminentias atque prærogatiuas vocamus: vt pote quæ in  
 cæteris sanctis aut non aded perfectè, aut omninō non reperiuntur. Princi-  
 pio igitur, eius conuersionem plenam contritione locamus, & pœnitentiam  
 non vulgarem. Siquidem paucis admodum sanctis donatum est, qui graui &  
 multorum criminum sarcina abiecta, pœnitentiam perfectissimam sint as-  
 secuti. Nam si (vt diuus Augustinus refert) paucissimi sunt tantæ felicitatis, vt  
 ab ineunte adolescentia nulla damnabilia peccata commiserint. Et beatus  
 Ambrosius dicat facilius se inuenisse, qui rectè seruauerit innocentiam, quā  
 qui congruè egerit pœnitentiam ( quod tamen de perfectissima pœnitentia,  
 quæ non solum errata castigat, sed etiam vnde delicta oriuntur, peccandi af-  
 fectiones extinguit, intelligendum est ) conficitur pro singulari munere,  
 beate Magdalene præstitum vt tam grandi vitiorum colluue erepta, pœni-  
 tentiam faceret dignissimam, peccata simul ac vitia rescindens, mundanasq;  
 affectiones diuinis amoribus commutans. Hæc autem eius pœnitentia quam  
 grata fuerit Christo, quam execrabilis mundo, pœnitendi initia eius in Euā-  
 gelio laudatissima testantur, quibus elucet conuersionem eius ( quippe quæ  
 exuberantissimo seruore, singulariq; perfectione fuit inchoata ) excellentissi-  
 ma charitate consummatam. Siquidem primo accessu mox illud perfectè cō-  
 pleuit, quod Apostolus monet: *Sicut exhibuistis membra vestra seruire immundi-*  
*tie & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in*  
*sanctificationem.*

Conuersio  
 B. Mariæ  
 Magdalene  
 quam fuerit  
 perfecta.  
 Augustin.

Ambros.

Rom. 6.

Pœnitenti-  
bus in ex-  
plum vt sic  
B. Magdale-  
na  
Gen. 11.

Altera eius gratia seu prerogatiua est, quod sicut beatissima virgo Maria facta est innocentie speculum, ita hæc altera Maria pœnitens (puta Magdalenena) constituta est pœnitentibus in exemplum. Quare non incongrue potest utrique tribui, quod in Genesi legitur: *Fecit Deus duo magna luminaria, ut illuminare matutinus ut præfesset diem, luminare minus, ut præfesset noctem.* Duo magna luminaria sunt Mater Domini & soror Lazari. Illa præfesset diem, hæc noctem. Dum enim iustis ac sanctis quibusque vitæ suæ splendorem obtendit, Virgo immaculata, atque ad sanctitatis itinera capienda per sui imitationem illis, quasi perfectum lumen diei lucet. At peccatrix sancta velut luminare minus præfesset noctem, dum peccatoribus ac pœnitentibus conuersionis formam & correctionis vitæ præfert exemplum.

Dignatio  
Christi pec-  
catoris erga  
B. Magdale-  
nam quata.  
Luc 7.  
Act. 10.  
Matt. 21.

Tertia, quod dignatione peculiari hanc Christus suscepit. Neque enim pharisæus ille, de propria iustitia tumidus, ipsam Christus auersus est, sed benignè suscepit, quam misericorditer vocauit, pedes suos eidem rigando, tangendos, abluendos, tergendos, osculandos, vngendosque obtulit: pharisæus denique hanc despicientem arguit, Mariam verò non solum excusauit, verum etiam laudauit, in hoc cunctis pœnitentibus fiduciam præbens, certissimumque signum, quam non sit personarum acceptor, quippe qui cum in toto vbiq; alibi iustitiæ Pharisæorum præferat gemitum publicanorum & meretricum, eosque in regno cœlorum præcedere doceat. Superbis enim iustus sitamen superbus dici potest iustus) refutatis, humilium, id est, pœnitentium peccatorum consortia non spernit, familiaritatem conciliat, pharisæicam iudicantium temeritatem vbiq; reprimens, vercundos potenter defendit. Non est ergo pius Dominus acceptor personarum, quocumque qualis quisque fuerit, non admodum pensat, sed qualis iam sit. Vitæ peccatricis huius humilitas ei placebat: Dum interim Pharisæus iustitiam certis eo fœgeret. Quarta, quod de salute sua certior facta est atque secura. Ceterum tria sine homini ad salutem necessaria, quorum incertitudo inter spem & timorem cunctos iactat, sæpe numeroque affligit (videlicet peccatorum remissio, caritas & perseuerantia) de omnibus ijs beata Magdalena promissionem certam accepit. Nam de duobus prioribus certior eam fecit Christus, et pharisæum dicens: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Quod ne formidaret pro illo duntaxat tempore, hoc est, præterito dictum, perseuerantiam quoque eidem promisit, alio loco eius sorori loquens: *Optimum inquit, partem elegit Maria, que non auferetur ab ea.* Quinta, eius est gratia seu præeminetia, quod familiarissima atque adeo singularissima a dilectione illa filii Christi coniuxit. Nã sui amore vulnerauit, atque (vt ita dicam) igniuit cor eius feruētissimo, vt extra se, id est, Christum, nihil amaret: præter se, nihil saperet, nihil sciret, nihil cogitaret. Porro, sic amantem & ipse amauit, eius comitum sociatus, eius ministerio recreatus, eius deuotione oblectatus. Pascebat vacillantem, exaudiebat orantem, amabat, excusabat, nec aliter atque domesticam discipulam habebat. Vnde videns plorantem, collachrymatus est: audientem precantem, miracula operatus est.

Tria ad sal-  
lutem ho-  
mini neces-  
saria que  
sunt.  
Magdalena  
vni de salute  
sua facta  
fuerit secu-  
ra.  
Luc. 10.  
Familiaritas  
Christi erga  
B. Magdale-  
nam quata.

Sexta, quod multis hanc insignibus & honoribus Christus illustrem fecit. Siquidem moriturus sub cruce sibi assistere eam fecit, mortuus memoriam sui fidelissimo eius cordi viuam ac indelebilem inscripsit, amicam indefectam

Ioan. 11.  
Ioan. 19.  
Ioan. 20.

entem vel sepultus habuit, resurgens post matrem suam primo eidem apparuit, Apostolis denique hanc Apostolam, postremo genibus (puta Marfilienibus) dedit Euangelistam. Septima, quod hanc non modo supra sexus, verum etiam supra naturam facultatem extulit. Nam triginta annis in vasta eremo, non solum penitentiam, sed anachoresis etiam speculum, ac prope initium, vixit mundo incognita: utpote magis angelicam quam humanam vitam ducens, ubi (quod nulli sanctorum legitur donatum) septenis horis quotidie in archera, manibus angelicis leuata, miris celestibusque recreabatur consolationibus. Octava, est placidus, tranquillus, felicissimus, atque mirum in modum illustre transitus eius de hac vita misera ad brauium eternitatis. Nam dormitionis sue die statuto (quem praesens atque praedixit) in oratorium beati Maximini angelorum manibus ducta, atque in aere ante altare subleuata, ut Eucharistiae sacramentum, radiosa facie, deuotioneque magna sumpsit, inter angelorum manus, velut obdormiens dulci somno, odore fragrantissimo corporis sui, non minus septem diebus accedentes refecit. Nona, quod inter Seraphim, supremo videlicet choro angelorum (ut pie creditur) non inferior Apostolis est coronata. Decet enim, ut quae in terris olim charitate perfectior, gratia plenior, meritisque fuit ditior, misericordia in caelis ac gloria sit sublimior. Decima, quod ab Ecclesia vniuersa, generatim solenni honore, celebrique memoria honoratur, idque tanto deuotius, quo generalius nos omnes sumus peccatores, omnes nos oportet fore penitentes. Omnes igitur decet tam commendatam eius in Euangelio memoriam venerari, quos delectat tam felicitas mutationis, puta ex peccatrice, & diaboli alumna subito filiam Dei fieri, discipulamque ac spousam amicissimam Iesu Christi. Omnes, inquam, delectat, tam perfectae conuersionis, tam feruidae delectationis, tamque perseverantis fidelitatis memoriam festiuo cultu venerari, quibus cordi & desiderio est imitari, miserante atque iuuante nos Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

Marc. 16.

Vita eremitica B. Magdalene quam fuerit perfecta.

Mors B.

Magdalene quam fuerit felix.

Beatitudo B.

Mariae Magdalene quanta sit. Solemnitas festi B. Magdalene quae celebris.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*De triplici osculo, B. Mariae Magdalene conuersio ut fuerit plane mirabilis, de ipsius penitentia triplici, & in quibus eam imitari debeamus. Sermo V.*

**H**aec postquam intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Lucæ VII. Charissimi fratres, tria osculorum nouimus esse genera, quibus accedenti quidem ad Dominum seu principem, gratia aut quaeritur, aut inuenta augendaque familiariter exercetur. Est enim osculum humilitatis seu ad pedes cuius obtinere gratiam quaerit, reconciliationis, aut gratiae petendae signum. Est aliud ad manus, quasi certioris iam fiducia de gratia praesumentis indicium. Est tertium ad os amicitiae maioris, haud dubium fruendae exercitium. Per haec tria osculorum genera quibus B. Maria Magdalene siue corporaliter, siue spiritualiter Christum osculata est, tres status siue tres viuendi ordines intelligimus, in eadem sancta muliere repertos, extra quos nullus inuenitur alius Deo dicatus, aut saluti congruus, & ad hos omnes professio nostra nos instituit (tamen non ab omnibus attingantur) quare, & forsitan

Osculum triplicem quod sit.

Osculum  
triplex quid  
signet.

Pœnitentiã  
B. Mariæ  
Magdalene  
vt fuerit ve-  
hemens.

Pœnitentiã  
B. Mariæ  
Magdalene  
vt fuerit inte-  
gra.

Pœnitentiã  
B. Mariæ  
Magdalene  
vt fuerit vere-  
cunda &  
humilis.  
Luc. 18.

Pœnitentiã  
B. Mariæ  
Magdalene  
vt imitemur

Vitæ B. Ma-  
gdalene  
perfectio  
quanta fue-  
rit.

non incongruè beata Maria Magdalena ordinis nostri patrona & habetur, & est, quod suo exemplo veluti dux præcedens, nos instruat, suo merito ducat & iuret. Sunt autem status isti, pœnitentiũ, actiuorum & contemplatiuorum: qui alias incipientium proficientium & perfectorum dicuntur: Vita pœnitentiæ quomodo in ea reperiatur, hodiernum Euangelium luce clarius manifestat: quod conuersionem eius vehementem ac integram, verecundam & lachrymosam, humilem deniq; effert ac deuotam. Vehemens quippe fuit eius pœnitentiã, quæ neque conuiuantium multitudine, neq; pharisei cumida uilitia, neq; Christi vel maiestate licet admodum humili, vel innocentia arcebatur, super conuiuas ingressa, ægra Dominum inter epulas animæ suæ medicinam quæsiuit, lachrymarum aquam obtulit, sanitatem vt expetijt, consecuta est. Non poterat se diutius continere, quandoquidem præteritæ vitæ tam magno tenebatur odio, ad eò mortem detestata, vitæ fontem sitiijt, tanta flagrauit ad Christum charitate vt vel minima morula nimis ei protelata videretur, si Dominum, donec à mensa surgeret, vel solus inueniretur quantalūcunq; præstolari iussa fuisset. Integra, quia nō modo peccata, sed etiam peccatorum occasiones, renunciando abdicauit, nec solum abdicauit, verū etiam nihil sibi reseruans, cuncta, quibus ante ad iniuriam creatoris seruauerat mundo, nunc mundo subtraxit, & Christo in holocaustum obtulit. Genas, oculos, labia, crines, manus, vnguenta, facultates, & quicquid euulmodi fuit, quo iam pridem lasciuire consueuerat, ad Christi pedes exiit, Christi ministerio subiecit. Verecunda fuit etiam eius pœnitentiã & humilis, quoniam quidem non audebat in faciem Domini accedere, vt pote quam ante longo tempore impiè viuendo cōtempserat, veluti alter publicanus, qui ad celos ne oculos quidem audebat leuare, retro accessit, secus pedes domini stetit, procidit, illos lachrymis vbertim rigātibus lauit, capillis, quibus preciosissus aut charius olim non habuerat extersit, indignam se sentiens, cuius lachrymæ (quas tamen continere neque poterat neque volebat) sanctissimos Domini pedes diu tangerent: rorate præterea in se Spiritu sancto, ceu tota liquefacta, oscula imprimendo, gratiam exhauriendo non potuit satiari. In quo pariter quam lachrymosa, quamq; deuota eius fuerit pœnitentiã liquet. Hoc primum fuit osculum, quo mulier amorosa non minus corporaliter, quam spiritualiter ad pedes Iesu gratiam eius sibi conciliauit, hic status pœnitentiũ hoc exemplar incipientium. Hæc summopere imitari deberemus, quia reuera ad pœnitentiã vocati sumus, pœnitendo incipimus, pœnitendo proficimus, pœnitendo consummamus, quia tota vita nostra pœnitentiã est, licet pro dolor, quasi magnorum iustorum opera haberemus, de peccatis nostris parum anxij, parum solliciti sumus: ne dicam quod forsitan ea quandoque magis in oblectatione, quam amaritudine recolimus. Sed de hoc satis.

Secundum & tertium statum, actiuorum scilicet, seu proficientium, & contemplatiuorum, seu perfectiorum propter diuinæ gratiæ exuberantiam simul habuit, quia à perfectione inchoauit beata Maria Magdalena: virique tamen (quod facile ex Euangelio constat) pro tempore operam dans, vsque ad Christi ascensionem, post quam contemptis omnibus terrenis, post habitam etiam quantumlibet sanctis in publico actibus, contemplatiuæ vitæ, spiritalibus theorijs, mentalibus excessibus vifa est potius vacare. Deo quippe soli inhaerens.



inhærens, angelicam magis, quam humanam ducebat vitam in terra. Et hic duo fuerunt oscula alia: alterum quidem, quod in ordine esset secundum, ad manus, quasi per gradus ab imis ad summa se leuando, quod (vt dixi) proficientem, seu actiuam vitam significat, in qua beata Magdalena postquam ad pedes Domini peccata deposuerat, sanctitatē induerat, & (vt verbis vtar diuini Bernardi) Aethyopissa pellem mutauerat, in nouum restituta candorem, fiducialiter ad manus Dñi se erigebat, siue spiritali dūtaxat, siue etiā corporali osculo, pro recepta gratia gratias agens. Cognoscebat. n. q̄ & q̄lis ante fuerat qualis modo, & per quem facta esset. Sciebat quoque, q̄ qui dederat ei pœnitendi voluntatem ac resurgendi facultatem, adderet etiam necesse foret continendi virtutem, quandoquidem nihil ei prodesset tunicam suam, si iterum indueret illam: aut postquam lauisset pedes suos, rursus inquinaret illos: quin potius opus fore vt sibi decorem adderet continentia, dignos pœnitentia fructus, opera iustitia, indumenta pietatis: quæ quidem à Christo accipiendo, & in illis se exercēdo, ad manus eius osculum secundum dedit (siquidem ita fieri cernimus, vt recipiendo munus dantis osculemur manus) quod quid aliud fuit (vt bis dicam) quam vt post singularissimæ conuersionis & familiarissimæ conuersationis gratiam ad Christum inter excellentissimas virtutes, inter præcipua gratiarum munera sibi collata, nihil sibi ascriberet, sed eius nomini (à quo habebat omnia) daret gloriam. Sic nobis quoque ornatum vitæ eius actiuæ, hoc est virtutes, videlicet humilitatem, mansuetudinem, continentiam, compassionem, pietatis amore imitari satagentibus, sicut absque industrijs nostris & laboribus nihil est sperandum, ita de eisdem non est præsumendum, sed de manu gratia eius cuncta expectare, & pro receptis osculum gratitudinis decet nos non omittere, ne & quæ recepimus, & quæ recipere poteramus, vtraque nobis subtrahantur. Porro, de tertio oris osculo quod beata Magdalena non tam dedit, quam accepit, quod verè contemplationis, mundi cordibus, perfectis tantum & Dei amore flagrantibus datur gustandum ego vt huius inexpertus, vobis tractādum, quærendum & experiendum (quandoquidem nemo scit, nisi qui accepit) relinquo. Quod vobis beata Mariae Magdalene meritis concedat Iesus Christus eiusdem sanator & sponsus, qui sine fine viuunt & regnat in secula benedictus Amen.

Bernardus.

Cant. 3.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Vt beata Maria Magdalena bifariam optimam elegerit partem, & cuiusmodi fuerit eius post conuersionem vitæ institutum.*

*Sermo VI.*

**M**aria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Meministis fratres charissimi isthæc verba tum locutum esse Dominum, quando Martha sororem suam B. Mariam Magdalenam, cuius hodie solennitate lætamur, tanquam ociosam, accusauit, quibus eam non solum contra foris accusationem defendit, sed ipsum etiam illius tràquillum ocium in quieto Martha negotio antepofuit. Non timemus ne fortè errauerit Dominus, quia sapientia est. Error enim in Deum cadere non potest. *Maria, inquit,*

*opt.*

Partem optimam vt elegit B. Maria Magdalena in conuersione

Maria Magdalena qualis fuerit ante conuersionem.

Martha uanopere sororis lenocinia doluit.

Magdalena vt Christus induent sibi attrahere.

Conuersionem vt Magdalena incepit.

*optimam partem elegit.* Vbi nos conuenit paulò diligentius inuestigare atque perspicere, vt ipsa partem optimam elegerit. Et primo quidem eam elegit sui conuersione: quia uiam salutis uix perditionis, honestatem uitijs, amicitiam & gratiam Christi iugo & seruitio diaboli, regnum caelorum in terrore praenlit. Præterea non segniter, non repide, non dimidio, sed toto corde ad Deum conuersa, ad eò doluit, quod Deum offendisset, vt non solum lachrymas aut gemitus, sed profluuium etiam lachrymarum emitteret, quo Christi rigaret, lauaretq; pedes. Euangelica hoc ipsum nos docet historia, quæ hodie in Ecclesia solenniter recitatur, quæ abiecto diaboli lenocinio, facta est fidelis sponsa Christi. Erat enim mulier nobilis, opulenta, nihilominus uenustate, quam diuitijs præstans. Erat etiam iuuenula, atque profusus ad uoluptatum illecebras accommoda, profusus ad capiendas animas non aliter atque rete diaboli idonea. Vnebat suo arbitrio & quicquid amatoribus suis iucundum gratumq; didicit, amplectebatur, gloriabatur (vt fœminarum mos est, se amari, appeti atque cæteris præferri. Corde obscena cogitabat, & oculis perulandibus, morum uerborumq; lasciuia, atque ad eò uestibus cæteri q; quibus poterat, ornamentorum lenocinjs ac fucis, adolescentes in sui aspectum, admirationem, in amorem pelliciebat. Non fuit (vt piè credi potest) palam prostituta meretrix: ita tamen uiuebat, quod pudicitiam illius omnes mortuam iudicabant, omnes eam peccatricem, quæ obscenos amores in delitijs haberet, clamabant. Erat castis oculis illam videre fastidium, impudicis uenenum. Dum sic perditionis iter diabolo, mundo & carni seruans, ambularet, uehementer soror huius Martha lasciuia ipsius atque impudentiam gemit, atque ad uitam correctiorem illam reducere frustra tentauit. Cogitate nunc quomodo Martha Domini Iesu prædicationem frequentans, eius uerbis, moribus, aspectu atque miraculis uidebatur: quomodo Magdalenam sororem suam his quoque oblectari uidebatur, atque ut se comitaretur, Dominum Iesum uisura, audituraq; imitabat. Contemplemini quomodo misericors Dominus huius, id est, Marthae piuum studium attendens, super sorore quoque eius misericordiaz oculos non diu continuit. Loquebatur foris prædicando, & inspirabat intus cor Marthe Magdalene molliendo: terrebat & quassabat cor eius adhuc superbum, & rursus iaciebat sagittas potentes, quibus amore illam (quæ tamen ad amandum tota prona erat) uulnerabat. Quid multa? Non destitit pius Dominus sermonem eiusmodi ad turbam uniuersam huic negotio congruum facere, ut frigidum cor Marthe, mundi amore uidelicet congelatum, amore diuino solueretur ad huius solis splendorem calefactum. Non destitit etiam in cor Magdalene scintillas doloris & amoris immittere, donec corde eius mutato, tota perturbata, anxia, hæsitabunda, gemens atque sibi displicens, domum rediret.

Itaq; dum cordis tam ostium pulsanti inuitantiq; Iesu aperiret, totus ipse Dominus in cor eius ingressus est, adeoq; in odium uitorum & in amorem uirtutum, mutatione felici succendit, ut ne momento quidem carnalis suæ conuersationi in hærens uellet. Verum cum statueret altera die sequenti Dominum prædicantem accedere, tam diu se continere non potuit, sed crumpe

reliquit

relicta domo, quærebat quem in corde suo iam habitantem & operantem gestabat. Quem inuitatum discens in domo leprosi pharisæi, non potuit expectare donec ex prandio surgeret Dominus Iesus, sed ad conuiuus flens & gemens domum intrauit: quia odiebat peccata sua, detestabatur vitam suam malam, ex qua sanari oprabat & liberari. Iesus autem dissimulabat, foris, & intus in corde illius ipsam trahebat. Maria accedebat tota verecunda, non audens in Christi faciem stare, sed retro ad pedes eius accedens, erumpente fluuio lachrymarum, pedes eius lauit, capillis terfit, & osculis linxit. O quid tunc sensit in corde suo? Certè elegit optimam partem in sua conuersione, humilitatem, verecundiam, confessionem, quia et si ore tacebat, opere tamen & lachrymis clamabat se peccatricem. Secundo, elegit optimam partem, quia elegit Christum, elegit vitæ sanctitatem, dilectionis, contemplationis, & virtutum perfectionem. Quis ita conuersus post peccatum ad Deum, tanta integritatis perfectione perseveranter Deo adhæsit, ut Maria Magdalena? Quis tam feruenter Christum dilexit, ut Maria Magdalena? Quis tam fideliter constanterque inter omnia aduersa eidem assistit, ut Maria Magdalena? Quis post ejus mortem ita fidelitatem & dilectionem seruauit, ut Maria Magdalena?

Ipsa postquam semel in gratia suscitata fuit à peccato, non est lapsa, non est auersa à Deo. Ipsa Christum ut indiuidua comes & discipula ubique secuta est. Ipsa omnibus curis & cogitationibus relictis, vni Christo vacauit, sedendo ad pedes eius, & auscultando prædicationes eius. Ipsa tempore passionis Apostolis fugientibus Christo morienti sub cruce assistit. Ipsa eum sepeliuit. Ipsa sepultum quæsiuit. Ipsa die Paschæ recedentibus alijs & desperantibus de Christo, apud sepulchrum etiam vacuum sola mansit: ut quia amiserat magistrum, saltem sepulchrum eius ex amore custodiret. Ipsa hortulano (ut purabat) loquens, dum illum Christum esse cognosceret, præ amore & gaudio oblita sexum femineum inter brachia rediuuium amplecti & osculari voluit. Quod Christus non admittens, benedicta manu sua frontem eius tetigit, & ne id faceret prohibuit, dicens: *Noli me tangere*. Eam ob causam illa, quæ in fronte mulieris sanctæ tunc à gloriosa manu Domini tacta est, incorrupta post mortem vsque hodie mansit. Ipsa post Pentecosten singulari autoritate Spiritus sancti, quo utebatur doctore & magistro, in Massiliæ partibus palam Christum euangelizauit. Ipsa tandem amatoris sui Christi desiderio flagrans, mundum pertæsa arctissimæ rupi se inclusit, in cuius specu XXX. annis mundo incognita Deo soli sola vacauit. Ipsa septenis horis in æra ab angelis eleuata cælestes concentus audiuit. Ipsa ad purgatorium ducta, ut patientium ibi miseretur atque reducta, oratione atque sui castigatione multas inde animas liberauit. Ipsa triginta annis absque humano cibo, cælesti tantum consolatione refecta, vixit. In omnibus igitur B. Maria Magdalena perfectissimam, excellentissimam, atque optimam partem elegit. O quantus, quam immensus Dei amor illius animum occuparat: Viuebat quidem in illa vasta eremo cunctis inaccessa mortalibus, & omni humano solatio destituta, sed ardentissimus Christi amor ineffabiles spiritus consolationes illi pariebat. Sæpius diuinis recreata esse visitationibus quis ambigat? Sed quia rursus sese dilectus abscondebatur ad tempus, ut audius desideraretur, miro cruciabatur pij amoris ardore B. Magdalena, nec sibi à lachry-

Partem optimam, hoc est, Christum ut elegerit Magdalena.

Magdalena post conuersionem studia & exercitia qualia fuerint. Luc. 10. Mar. 26. & 27. Ioan. 19. 20. Matt. 15. 16. Luc. 23. 24. Ioan. 20.

Ibidem: Magdalena post Pentecosten quid egerit.

Cantic 2.  
Languor a-  
monis quid  
fit.

Fames ani-  
mæ quid fit.

mis temperabat, donec optato sui sponsi, quem sibi ceu partem optimam legerat, aspectu rursus frueretur. Interim necesse erat præ amore languere. Nunciat dilectio, quia amore languet. Hic autem amoris languor nihil erat aliud, ut antea dicitur, nisi tædium impatientis desiderij sui, quo necesse erat affici mentem illius vehementer amantem absente dilecto. O præsens absentia, & absens præsentia dilecti tui anima benedicta, qui simul perdebat & habebatur. Non enim poterat satiari desiderio, quæ non nisi desiderare concupiscit. Fames enim animæ desiderium est. Et licet ardentissimo illius desiderio crebrè satisfaceret ille quem vnicè suspirabat Dominus Iesus, non tamen erat illa perfecta satietas: siquidem rursus subtrahebat sese, donec tandem opportuno tempore ruptis corpore vinculis, iussit eam ad suos venire amplexus, & sua præsentia longe optatissima absque vlla interruptione perficitur cælis. Vbi nunc secunda gaudet & regnat cum eodem dulcissimo sponso suo, parata omnibus ipsam sedulo implorantibus veniam & gratiam à Deo impetrare, cui est omnis honor & gloria in secula seculorum, Amen.

IN FESTIVITATE BEATISSIMÆ ANNÆ MATRIS gloriosæ semperque Virginis Mariæ.

*Quod religiosè Anna pluribus sit nupta viris.*

*Sermo I.*

B. Anna cur  
rectè com-  
paretur viti

Judic 9.

Apoc 1.  
Ioan. 6.

**E**GO quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis. Ecclesiastici XXIV. Non ociosum putemus fratres carissimi, quod Anna Beatissima comparetur viti: quandoquidem non modicam habet Anna vitis similitudinem, præsertim in Ecclesia, cui ipsa fructificavit, id est, cui post flores fructus produxit in odorem suavitatis. Sint eius flores tres ipsius filia, sint fructus è floribus prodeuntes eiusdem nepotes, puta Iesus Christus Dominus noster cum quinque Apostolis, & Ioseph iusto. Non absurdè igitur viti comparatur Anna, quandoquidem sicut vitis dilatans ramos ac palmites suos dum floret, dulci rebus odore, fructumque tandem producit suavissimum, quo Deum hominesque sanctificat, ita Anna beatissima, palmites suos, hoc est, sobolem, stirpem, ac posteritatem suam in vniuersum propagavit orbem, vnde suavissimos Ecclesia collegit fructus. Nam Dominus noster Iesus Christus botrus nobilissimus, suavissimusque, qui in crucis torculari expressus, suo nos lauat & inebriat sanguine, suo corpore cibatur, vnde prodijt nisi ex palmite seu flore huius odoriferæ vitis, hoc est, ex pudicissima Maria virgine filia Annæ? Deinde Iacobus minor, Ioseph iustus, Simon Zelotes, Iudas Thadæus, vnde orti sunt, nisi è flore huius amplissimæ vitis, hoc est, ex Maria Cleopha, quæ Annæ fuit filia? Postremo neque Ioannes Euangelista idemque Apostolus, neque eius frater Iacobus maior nobis essent, nisi pulcherrimæ huius vitis, puta Annæ flos (Mariam Salomæ loquor) eos nobis germinasset. Videtis nunc quomodo vitis hæc speciosa propaginibus, floribus atque fructibus suis mundum repleverit, vnde Ecclesia hausit odorem suavitatis, fructumque honoris & honestatis. Dum

Dum enim odore bonæ vitæ & prædicatione Iacobus maior replet Hispaniam, Iohannes Euangelista Asiam, Iacobus minor Iudæam, Simon & eius frater Iudas Thadæus Aethiopiam, Mesopotamiam, ac Persidem, nonne Christus vel solus mundum possidet vniuersum? Hi ergo sunt propagines, ex vite pulcherrima, Anna videlicet prodeuntes. Cæterum, quod ex eadem quoque vite prodierit vinum germinans virgines, hominesq; Deumq; lætificans, facile reperiemus, si Christum cogitemus, eiusq; pudicissimam Virginem matrem. Quod enim in ipsis commendata consecrataq; sit virginitas, infra audietur. Interim ne hoc quidem tacendum est, vasa munda, vasa sancta quis replet Spiritus sancti gustu, quis Dei amore illa inebriat, nisi Christus floribus candidissimi filius? Quis enim aded est suavis se amantibus? Quis ita iustum reficit esurientium, quis corda exhilarat gementium, vt Christus? Nec mater eius Maria hic transeunda est. Num ipsa insuavis est pœnitentibus? Nonne ex peccatis ad Deum redire cupientibus, ipsa est prima quæ occurrit? Nunquid non huiusmodi peccatores sua dulcedine allicit, sua miseratione capit, sua benignitate fouet, fructu sui ventris reficit? Nonne peccatores post infelicem huius mundi navigationem, imò triste post naufragium hunc portum placidissimum quærunt, ad hunc portum securi applicant? Nescit enim pijsima indignari, nescit exprobrare, nescit repellere, nequit fatigari, quia tota est clementissima, tota misericors. Verum de hoc satis. Est aliud quod tractandum superest de S. Anna, quomodo post primum maritum ex quo fructum valde nobilem susceperat, non vidua remanserit. Quibusdam enim magno videtur probro fuisse S. Annæ, quod pluribus subinde sit nupta viris, nec in excusationem admittunt opprobrium vitandum sterilitatis, quæ sub veteri lege erat maledicta, quandoquidem ex primo viro, puta Ioachim, iam fructum receperat nobilissimum, beatissimam virginem Mariam, qua posteritatem sibi comparauerat nonquam interituram. Suffecisset igitur, inquit, eidem, quo non esset sterilis, imò quo foret etiam inter gentes benedicta, ex primo marito receptus hic fructus. Respondendū, verè sterilitatem in testamento veteri fuisse maledictam, maledictione licet etiam sterili: vt pote qua apud homines inglorij essent ij coniuges, & potissime mulier, quæ censebatur maledicta à Domino, vt pote cuius vuluam conclusisset Dominus, & quæ prole coniugalis vinculi honestationem non haberet, nec populi Deum verum colentis, auxisset numerum. Verùm ad animam hæc maledictio non pertinebat. Nihilominus tamen triste odiosumq; erat mulieribus infecunditatis nomen, quandoquidem quemadmodum arbor sterilis & sine fructu, contenebantur. Itaque dum sterilitas sic foret contempta ab omnibus, nec aliter atque maledictio, à mulieribus fugiebatur, timebatur, plangebaturq; (cuius habemus exemplum in alia Anna, vxore Helchanæ, alijsq; multis) fecunditas quanto mulieris erat maior, tanto ipsa mater æstimabatur feliciores ac gloriosior. Vnde consolatur Dauid beatos eos qui timent Dominum, dicens: *Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tue, sicutq; filij tui sicut nouelle oliuarum in circuitu mensæ tue: ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.* Sanctissima igitur Anna cum timeret Deum, eiq; summo opere placere desideraret, nec continentia illo tempore haberet aut laudem, aut præceptum, quomodo fecunditas, didicissetq; iam cum primo marito per reuelationem gratam Deo esse

Zachar. 9.

Christus  
quàm sit su-  
auis se amā-  
ribus  
Maria quam  
sit dulcis pœ-  
nitentibus.

Exod. 13.

Steriles qua-  
li maledicto  
fuerit in ve-  
teri testa-  
mento plexi.  
Gen. 20.

1. Reg. 1.

Psal. 127.

vt pareret, solius Dei contemplatione ac eiusdem beneplaciti intuitu imitata est, motusq; haud dubium accedente etiam Spiritu sancti infinctu, quod diu foret generationi apta, in coniugio viuere: quippe quæ paratior fuisset manere in cœlibatu si Deus id gratum sibi foret (quomodo vt pareret, morerat) ei ostendisset Eam ob rem mortuo semper priore marito non diu post alteri nupsit. Porro, quod illaudata manebat virginitas in veteri lege, fecunditas verò prædicabatur, tres sunt causæ, è quibus sanctissima Anna vehementer erat ab initio commendanda. Prima, quia præceptum erat ab initio mundi de hominum multiplicatione (*Crescite, inquit, & multiplicamini, & replete terram*) cui præcepto vt obediretur, solum coniugium præbere debuit suffragium: quare de virginitate alioqui Deo semper accepta, eiusq; præconio, tū nihil manifestabatur, quia fuisset id ociosum. Neq; enim per hanc nascens adhuc mundo, atque sui augmentū cupienti succursum fuisset. Tacebaturq; interea virginitas, fecunditas laudabatur. Habitura certè erat virginitas suo tempore, hoc est, mundo decrescente, ingens præconium, habiturusque cœlibatus religiosè obseruatus, grande satis & meritum & laudem Veri priuilegium hoc, quo mundus angelicum disceret viuendi modum, solius beatissimæ Mariæ Annæ filia Deiq; genitrici seruabatur: vt simul etiam mundus caperet, quāti foret meriti in nouo testamento virginitas, quandoquidē ea sola erat digna quæ gigneret Deum, sola idonea quæ Christum cuius gratia mulieres omnes veteris testamenti optauerant esse fecundæ, pareret. Expectabatur itaq; puella, cuius animus suo pte etiam amore & desiderio ad castitatem, munditiam puritatemq; flagraret, opprobriumq; sterilitatis atque legis maledictum (quandoquidem hoc non feriebat animam) aut nihil duceret, aut Dei & virginitatis amore subiret. Hæc fuit castissima illa puella beata Maria Annæ filia, quæ non solum ab infantia, sed nec in vtero tantum, verum etiam antequam conciperetur ab omni peccato præseruata, benedictionibus Domini præuenta, & Deo soli est consecrata. Hæc profectò frustra expectaretur, nisi Anna sanctissima nuberet, nisi Anna eam pareret. Tante igitur tacebatur virginitatis laus, tam diu fecunditas amabatur, quoad Christo ex virgine nato, didicit mundus precium virginitatis ac præmium, didicit præterire figuram huius mundi, didicit denique eos qui iuncti sunt matrimonio, doceri vt vxores habeant quasi non haberent. Ideò offeruntur nunc virgines post eam, id est, post virginē, Deiq; matrē Mariam, regi Christo Dño. Post, inq;, quia tempore posteriori ad hoc instituta, & Mariæ exemplo sumi inuitata. Vide nunc Anna beatissima, quomodo Deo maximè placuit, cui obedire maximopere in omnibus voluit, eligens id quod Deus imperauerat, hoc est, in coniugio esse atque filios ad ipsius solius gloriam procreare.

Altera causa est, quare coniugalitas fecunda expetebatur. Cum enim in solo populo Iudæorum (qui minima erat portio orbis) Dei viui & veri cultus exercebatur, reliquus vero populus mundi vniuersus, idolorum cultum deditus foret, magnæ erat laudis multaq; felicitatis aestimabatur, amplius relinquere sobolem, prolemq; numerosam habere: aded vt religionis cultu, & colentium Deum augendo numero, etiam patres sancti & patriarcha plures acceperint vxores, non lasciuiam, sed Dei cultum, aucto colentium numero dilatare, atq; maiorem facere meditantes. Quid ni cuperet etiam

Virginitas  
cur in veteri  
lege fuerit  
illaudata.  
Gen. 1.

Virginitas  
quanti sit  
meriti in  
nouo testamento.

Psalms 20.

1. Cor. 7.

1. Cor. 5.

Psal 44.

Qua ratione  
antiqui patres  
vxores plures  
acceperint.

hoc sanctissima Anna? utpote quæ tota erat dedita cultui diuino, hoc solum meditans, quomodo honorem eius dilatare potuisset. Eam ob rem tertiam partem bonorum suorum in Dei honorem templo, atq; templi ministris, alteram pauperibus contulit. Nec satis hoc ei videbatur, nisi etiam vterum suum in Dei ministerium, sanctissimo vtens coniugio, & diuino seruiens præcepto locaret. Tertia causa deuotio fuit mulierum, virorumq; ad Christum: optabant enim omnes, optabant singuli, vt de suo semine suaq; familia nasceretur Christus: optabant item, vt si hoc honore ac gratia indigni forent (quandoquidem doctiores nouerant ex qua tribu Christus nasciturus esset) saltem de semine suo quispiam superesset, qui Christum videret, Christo seruiret. Ea de re quia cunctis odiosa virandaq; videbatur sterilitas, votis omnibus cupiebant posteritatem, & (quod mulieribus vel naturaliter inditum est) prolium vberitatem. Quid faceret Anna beatissima? An ipsa cæteris minori prædita fuit erga Deum deuotione? Haudquaquam. Toto corde desiderabat videre Christum, toto corde æstuabat vt illum viueret diem, quo ex filia sua nasceretur Christus. Nunciatum namq; ei iam erat ab angelo, quod paritura esset filiam nomine Mariam, quæ virgo in templum Domino dedicata aliquando paritura esset Christum. Hæc audiens Anna beatissima adeo sibi propinquum fore & tempore & sanguine Christum, utpote ex filia filium, quanto putatis cruciabaturo desiderio, vt plures produceret in mundum proles, quo sancta soboles, copiosaq; tanto nepoti suo iungeretur? Quam optauit hæc sanctissima mulier, vt vel decem pareret filias è quibus omnibus haberet nepotes Christi consobrinos? Non gloriam quærebat ex societate & consanguinitate Christi, nec honorem nepotibus (quippe cum Christus in hoc mundo nihil eiusmodi quæsierit, nihil habuerit, nihil deniq; suis reliquerit) sed optauit sancta hæc mulier vt multi ex vtero suo producerentur (quod maxime sperabat de nepotibus terraneisq; Christi) qui Christo quanto forent viciniore carne & sanguine, tanto fideliores deuotioresq; eidem essent & fide. Hæc deuotio Annam quamdiu se fecundam sensit, vt pluribus nuberet viris, feliciter induxit. Et nos charissimi fratres inducat deuotio, vt totis viribus fugiamus sterilitatem bonorum operum, memores verbi benedicto ore Christi nobis prædicati: *Omnis arbor quæ nõ facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.* Hic namq; ocium omne malum excluditur. Nec solum ocium, verum etiam occupatio ociosa, vnde nullus fructus hauritur, & tempus adeo nobile vanè amittitur. Sumus nos præ cæteris hominibus vocati atq; de mundo electi à Deo, qui posuit nos in hoc monasterium, vt eamus & fructum adferamus, & fructus noster maneat. Eiusmodi igitur fructus operemur, qui permaneant in vitam æternam, quandoquidem occupationes & operationes aliæ omnes vanæ sunt. Quicquid agitur, siue dicendo, siue operando, edendo seu dormiendo, nisi Deus ibi quærat, & pro eius gloria & beneplacito fiat, ociosum, inane & perniciosum est. Videte nunc quæ vitanda sint nobis. Non opus est dicere, non opus prohibere. Ipsi attendamus quomodo ea, quæ in Dei non possunt gloriam referri. caueamus, & bonorum operum teneamus fecunditatem, præstante hoc Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

Deuotio B.  
Annæ ad  
Christum  
quanta.

Ioan. 5.

Sterilitas  
bonorum  
operum fu-  
gienda.  
Matt. 3.

Ioan. 15.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*D. Anna præstantia & sanctitas quanta, uita item eius & mores quam fuerint pietate pleni: quo item pacto sit à nobis honoranda.*

## Sermo II.

**G**ratia, super gratiã, mulier sancta & pudorata. Eccles. XXVI. Charissimi fratres, si vlla fuit mulier sancta, cui hæc verba potuerit tribui maxime id fieri debet matri genitricis Dei S. Annæ. Quis enim de sanctitate hæsitet Annæ, nisi qui dubitat quoq; de beatissimæ Mariæ sanctitate? Quis nõ credat Annam mulierem esse sanctam, nisi qui beatam Virginem negat sanctissimam? Aut quis derogabit matri, nisi qui filiam eius non venerat? Si filij dedecus ignominia est patris, & ediuerso, quomodo glorissimæ atque præ omnibus dignitate singularis beatæ Mariæ virginis prærogatiuæ non in suæ honorem redundant matris? Proinde si etiam omnia foret, quæ creduntur de sancta Anna, nobis obscura, si quæ leguntur, incerta omnia, quanta laus est, esse tantæ, virginis Dei genitricis matræ? Quomodo enim virginem Mariam tanta credemus gratia euectam, vt fieret Dei mater, si non credimus virginis huius matrem excellenti quoque fuisse sanctitate illustrem? Si enim sancta fuit in vtero matris beata Maria, quomodo non sanctum est vas illud, quod Mariam sanctitatis omnis decorem portauit? Beatissimæ eius filia Mariæ credimus conceptionem adeo sanctam vt tota fuerit pulchra, tota munda, tota absque peccato, & ab omni macula aliena: & eam quæ hanc concepit, non credemus sanctam? Aut quomodo (vt verbo vtar Ecclesiastici) sancta Anna non erit pudorata, hoc est, pudicissima atque castissima, quæ licet virili complexu filiam concepit, hanc tamen concepit totam immaculatam, atque ab originali peccato præseruatam? Si priuilegio singulari beatæ Mariæ cœlitus concessum est, vt illi dicere non liceat aut congruat illud Psalmi: *Ece enim in iniquitatibus concepta sum, & in peccatis concepit me mater mea:* quomodo Annam sanctam non dicemus, quomodo tacebimus pudicissimam, aut quomodo ei derogabimus tanquam carnali seu libidini deditæ? Absit hoc à piorum cordibus, mulierem non sentire castissimam, tamen tres subinde credatur habuisse maritos.

Prolem cur  
desiderarit  
B. Anna

Erat enim Anna sterilis, quæ sterilitas tanto animam eius cruciabat, quanto maiori prolis desiderio vrgebatur. Desiderabat autem prolem, non quam diuitiarum temporalium relinqueret hæredem, sed quam diuini nominis post se, hoc est, ex semine suo relinqueret cultricem, atq; auitæ fidei maternæq; deuotionis successorem. Itaq; benignissimus Deus castissimum eius videns desiderium, intentionemq; deuotissimam, fecunditate, hoc est, parienti spe nihilo minus eam frustra uit. Eam ob rem cum propterea malè audiret quasi quæ populum Dei non auget, & eam ob rem marito eius Ioachim sanctissimo ab ea separato, quem deuotionis atq; concipiendæ prolis gratia duntaxat acceperat, continentia vacabat, donec ab angelo præmonita maritum quoq; recepit redeuntem. Vtroque enim coniuge à Deo mandatum recipiente de conceptione sanctissimæ prolis sola obedientia causa, & nulla alia ratione



ratione inuitati conuenerunt. Hoc autem propterea dico, vt quam sancta, quam pudorata fuerit sancta Anna, quæ conugali operi haudquaquam inferuisset, postquam se infecundam existimabat, nisi à Domino per angelum id ei fuisset præceptum. Vides iam quod sancta Anna libidinis causa virum nunquam concupiuit. Vides quod propterea duntaxat, ne inobediens foret Deo, filiam concepit. Hæc itaque filia cum in ipso conceptu maneret pura ac sancta, cum à communi omnium infectione maneret sola immunis & intacta quanta eius parentes pudicitia, quanto Dei timore putabimus conuenisse? Ex sanctitate namque proles, quæ ante fuit sancta quam nata, imò quæ nunquam fuit quauis peccati labe infecta, colligitur quam castus fuerit matris uterus, in quo proles hæc benedicta requieuit. Est præterea & aliud sanctitatis indicium, quod haud parum sanctam prædicat Annam. Vbi enim vnam habuit prolem (quam vel propterea quia vnica fuit, vel quia ex Dei munere, vtpote sterilis, hanc genuit, vel quia Deo electissimam mundoque vtilissimam agnouit, tota virtute diligebat) hæc tamen se maluit abdicare propter Dei amorem quam consolatione materna, hoc est, iugi eius præsentia, ac intuitu potiri. Diligebat sane vehementer filiam suam beata mater Anna, sed eo tamen modo, vt in animo tota esset libera, tota exoccupata ob omni affectione inordinata, sensualis aut naturali. Idcirco Domino eam in templum obtulit, postquam annos hæc nata fuerat quinque, solatio quod in illa habere potuisset, seipsam priuans. Erat enim consuetudo (vt fertur Epiphanius episcopus scripsisse) in templum decem recipere virgines, quæ mundæ atque diuino cultui deditæ, linteamina, vasa reliquaque id genus templi utensilia lauabant, ac munda seruabant. Vestes quoque sacras pontificis, sacerdotum, ac leuitarum resarciebant. Inter has venerabilior fuit beatissima virgo Maria, vtpote nata de parentibus nobilissimis, diuitibus ac honestissimis, & puella venustissima, pudicissima, sanctissima ac virgo in omnium oculis gratiosa. Hæc non vilibus, vt vestium lotioni, aut huiusmodi operibus occupabatur, sed textrino operi ex auro serico, & lino seu lana nobili vacabat, ad reficienda parandaque ornamenta ministrorum templi, cuiusmodi nostri quoque Ecclesiæ paupertas pannum (vt fertur) à beatissima virgine Maria in templo textum possidere gloriatur. Videte hic beatissimæ Annæ deuotionem. Gaudium cordis sui à se abstraxit, Deoque illud obtulit, malens illam quatenus ad suam consolationem res spectabat, amittere, quam Deo non obedire. Charissimum igitur suauissimumque quod habuit, puta filiam suam, Deo obtulit sacrificium, quando eam in templo Deo cæli dedicauit. Intelligebat enim mulier sanctam, non sibi, sed Deo pariter & vniuerso mundo eam se genuisse. Propterea eidem, à quo per repromissionem eam acceperat, obtulit. Sciebat quid ab angelo sibi fuerat prædictum, atque tempus, quo illud impleretur, desiderabunda expectauit. Credendum namque est eam per reuelationem accepisse angelicam, vt non solum Dei genitricem foret paritura, sed etiam filiam Mesiam verum Christumque Domini oculis esset corporeis visura. Si enim Simeoni seni admodum in Spiritu sancto responsum est (quo intelligitur multis ipsi id precibus flagitasse) *non visuram illi mortem, nisi ante videret Christum Domini*, quid de beatissima putabimus Anna? Erat namque cælicus instructa, quod matrem esset paritura Domini. Putatis ne i-

Deuotio B. Annæ erga Deum quanta.

Consuetudo recipiendarum virginum olim quæ fuerit.

Operibus cuiusmodi B. Maria in templo mactata fuerit

Reuelatio de Christo nascituro B. Annæ facta quæ fuerit. Luc. 2.

Desiderijs  
quantis  
Christum  
videre desi-  
derauerit B.  
Anna.

Gen. 30.

Sollicitudo  
B. Annæ pro  
filia paritu-  
ra.

Luc. 1.  
Matt. 2.  
Luc. 2.

Vbi filiam  
post partum  
visitauerit  
B. Anna.

Deuotio B.  
Annæ erga  
puerul. m-  
reum ne-  
potem suū.  
Puerulus le-  
tus quo pa-  
cto auā tuā  
amplexatus  
fuit.

gitur fratres, quod non simul quoque ei fuerit promissum, vt non videret mortem, nisi ante videret Christum Domini, n. si videret Messiam futurum, nisi videret mundi saluatorem suum nepotem, suæ filia filium, suam carnem ex carne sua, hoc est, ex filia sua? Hinc cogitate, quantis cruciatur quotidie desiderijs, vt tempus illud adueniret, quo oculorum suorum desiderabile lumen, exuberantissimæq; cordis sui delicias videret. Quoties credenda est beatissima Anna in suis exclamasse orationibus: O si videre merear ex filia mea filium, mundi salutare, & decus gentis nostræ? O me felicem, si de vtero filiae meæ salus nata fuerit omnium. O si me hac gratia dignetur Deus, vt sui filij ego efficiar auia. Quam beatam me dicent omnes gentes, si ex me per filium natus fuerit Deus homo. Vtinam hunc viuam diem, quo in huius nepotis mei ruam oscula. Vtinam aliquando mihi liceat illum cordi meo infantem astringere. O quando erit, vt videam in carne mea, quem adoro Deum. Putasne videbo hunc oculis meis? O quam læta moriar, vbi hunc videro natum. O quanta mihi spes reposita est in hoc nepote meo venturo. O felicem diem, quo nata sum, vt tantam promissionem expectem, Vtinam tam diu maneam superstes, vt videam his oculis meis te fili dulcissime.

Itaque huiusmodi votis & desiderijs dum Anna sanctissima cōtinuis vrgeretur, postquam ex filia quam desponsatam, vt paulò post procul dubio impregnatam agnouit, hunc natum didicit, tamen fortasse non plene concepit partusque mysteria sciret, quibus putamus desiderijs vrgebat cito viuendi filia infantem? Quomodo enim pro sua filia paritura minori sollicitudine vrgeretur S. Anna, quam reliquæ omnium fœminarum pro suis filiabus matres, idque potissimum, quod Maria sanctissima omnino adhuc tenerima tunc erat iuencula, & quæ ante nunquam pepererat, quamque eius pijsima mater Anna (vt reor) sine dolore parituram nesciebat. Et vbi, inquit, beatissima Anna mater filiam post partum visitauit? Si quidem Maria in Bethleem vique ad tempus suæ purificationis mansit. Hinc cum puero à Ioseph virgineo, atque per omnia sanctissimo ipso suo in Aegyptum delata, septennio ibi mansit. Nunquid tanto potuit Anna expectare tempore, vt huius pueri nepotis sui differretur rueri in amplexus, dum ex Aegypto Ioseph mæluentissimus, atque totus pijsimus cum credito sibi thesauro rediret? Nō puto. Magis credenda est in Bethleem, quam primum filiam suam peperisse audiebat, aduolasse, quia non solum materna ad filiam peretas, sed etiam deuotio eam feruentissima ad nepotem vrgebat, vt quantocius atque sine dilatione tam filiam suam puerperam, quam suum mox natum nepotem videret intatulum. Cupiebat filia, quam credebat, puto, aliarum fœminarum more debilem puerperam, quod matres solent, obsequia atque officia materna impendere: festinabat infantem in vlnas accipere, ei colloqui, ei adiocari, ei (vt solent auæ) blandiri: O quibus oculis eam intuita est, o quid dulcedinis quid lætitia spiritualis, quid iuminis, quid amoris, quid inenarrabilis mox vbi illum contemplata est, sensit? O quam celeri fiducia, quam ardenti deuotione pignus illud in sua brachia accepit: O quam amantia eidem oscula impreflit? tam vide ediuersò quoque puerulum, vt solent infantes, brachiola sua extendentem, atque auæ nitidum collum circumplectentem, eandem osculantem, super eius pectus se reclinantem, & Annæ felicissimæ auæ suæ ardentem,

dentem. Quid inter hæc exultationis ac lætitiæ beatissimæ Annæ receperunt præcordia? Quantum exultauit eius tunc spiritus in Deo nepote salutari suo? Neque enim potuit non sentire, vt puto, hunc esse puerum, qui ante filiæ suæ conceptionem sibi fuerat olim promissus. Sensit ex admirabili cordis sui immutatione, sensit ex pinguedine ac dilatatione spiritus, sensit denique ex insolitis illuminationibus suæ mentis, hunc esse Deum & Dominum suum. Nolo autem in his, quæ dixi, obiciat mihi quispiam fortassis minus deuotus, hæc in nulla Canonicarum scripturarum haberi, atque ided non credenda. Nam si ided non credenda sunt, non est quoque credendum beatissimam Mariam filium suum vnquam osculatam fuisse, aut brachijs amplexatam, quia nusquam in veteri aut nouo testamento id legatur. Quod asserere quam ridiculum sit, quis ignoret? Dicendum potius Euangelistarum nulli id fuisse propositi, vt aliud vel de matre eius, vel de Ioseph, quanto minus de aui eiusdem, reliquisve historijs, quæ illo euenerant tempore (tamen in Christi laudem dici potuissent) enarrare, præterquam de Christi humanitate ac diuinitate, eiusdemq; operibus, idq; parcissimè ac breuissimè, aded vt à duodecimo anno Christi vsque ad tricesimum quoque ætatis eius, quid fecerit, quid dixerit Christus, tacuerint penitus. Propterea (quia nihil scriptum est de Iesu, quid his annis gesserit in intermedijs) Dominus interim aut paralyticus mutus tacuit, aut continuè interea dormiuit? Quomodo igitur tum pia de Iesu, ita etiam num de matre, de Ioseph, de Mariæ quoque parentibus licet opinari, ad laudem eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui est super omnia Deus benedictus in secula, Amen.

Scopus iactentioque Euangelistarum in scribendis Euangelijs quæ fuerit.

IN EADEM SOLENNITATE.

*Diua Anna vt laudetur à gratia, pulchritudine, Deiq; timore: & quam sit timor Domini bonus, utilis & necessarius.*

*Sermo III.*

**F**allax gratia, & vana est pulchritudo: Mulier timens Dominum, ipsa laudabitur. Proverb 31. Multa sunt fratres charissimi, à quibus sancta Anna Dei genitricis mater posset commendari, si commendanda foret mulier vel à pulchritudine, vel à nobilitate, vel à gratia hominum, puta quod est amabilis & gratiosa, vel ab alijs multis, quæ non solum bonis, verum etiam malis inesse possunt. Nam quod sancta Anna mediocriter fuit diues, non tam in ea laudandum est, quam quod diuicijs cum timore Dei optimè fuerit vsa, partem cultui diuino, templiq; ministris, partem pauperibus tribuens, seruitata nihilominus sibi pro sua domo parte aliqua, qua cum parsimonia summa necessario vteretur. Vnde non diuitias, sed temperantiam Annæ laudamus qua solis necessarijs vtens, reliqua quæ mundi sunt, in eius cultum, à quo recepit, reddidit. Hoc modo Annam quoque nobilissimam scimus. Nam si in Christi humanitatem quicquid humanæ fuit nobilitatis confluit, puta patriarchalis, ducalis, regalis, prophetalis, sacerdotalisq; dignitas, id nequaquam aliter, nisi per Mariam virginem, ex qua carnem assumpsit, Annæ filiã necesse est ex Anna & Ioachim omnem hanc nobilitatem ante in Mariam

Diuitijs cum timore Dei vsa fuit B. Anna.

Temperantia.

Nobilitas S. Annæ.

emanasse. Sunt autem nobilium vxores eiusdem dignitatis honorisque cuius fuit mariti. Quod eam ob rem dico, si quis fortasse contendere velit ex Iosephim potius stirpis nobilitatem in Christum per Mariam deriuatam. Quomodo autem supra dixi de diuitijs, sic modo nobilitatem non prædicamus, sed id vehementer ducimus commendandum, quod mulier hæc tam nobilis, fuerit humilis quoque & egenis supra modum misericors. Tertio commendari possit à pulchritudine. Certum namque est pulcherrimum fuisse (beatam Virginem stellam maris loquor) in sacra scriptura varijs rebus nominibus quàm figuris & comparationibus, tamen magnificè, nunquam tamen satis laudatum. Tanta eius erat venustas, decor & gratia. Vnde non merito conijcitur Mariæ matrem sanctam Annam mulierem fuisse speciosissimam, quæ pulcherrimam atque se formosiores gigneret filiam Mariam. Verum tamen ne id quidem prædicamus. Laudamus verò hoc, quod in tanta decore mulier fuit castissima, simulq; omni virtute decorata. Multo enim ornant virtus & pulchritudo, iuxta illud Poetæ:

Pulchritudo  
B. Annæ  
quanta.

Virtus &  
pulchritudo  
quantum se  
ornant.  
Proles B.  
Annæ.

*Gratior est pulchro veniens è corpore virtus.*

Hoc modo gratior fuit in sancta Anna & virtus ex pulchritudine, & pulchritudo ex virtute. Quarto, laudanda est Anna à prolibus. Ex ea enim demerita sunt mundi lumina. Genuit enim tres filias, quæ suprema Ecclesiæ cultum produxerunt, puta Christum totius sanctitatis verticem, Ioannem Evangelistam, Iacobum maiorem, Iacobum minorem, Simonem & Iudam, qui fuerunt omnes Apostoli, & Ioseph iustum Domini discipulum. Verum tamen proles sanctas generasse, non omnino certum est indicium sanctitatis perfectæ. Multos enim sanctos parentes reprobos habuisse filios, atque eductos nonnullos impios sanctas genuisse proles, compertum est. Quare non potest nec vsquequaque hac in re secuta esse laus potest, quamuis Christus dicat, non posse arborem bonam malos fructus facere. Idem tamen dixit illi quoque, dum ei nunciarentur mater eius, & fratres foris stare querentes eum. Et quæ est mater mea & fratres mei? & circumspiciens eos, qui in circuitu eius sedebant, ait: Ecce mater mea & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei, hic meus frater, & soror, & mater est: videtis ne quàm parum laus colligi voluit ex sola cognatione carnali, quando plus tribuit his, qui obediunt Deo.

Matt. 7.

Matt. 12.

Laudis B.  
Annæ testi-  
monium e-  
videntius

Quapropter sanctæ Annæ aliud evidentius est laudis testimonium, quod est vitæ sanctitas, quia perfectissimè fecit Dei voluntatem. Vnde non potest non sancta dici aut non laudari. Fuit enim ab æterno à Deo dilecta, dignè præparata, quæ gigneret vas admirabile, opusq; nobilissimum excelsæ virginem Mariam, quam prorsus mundissimam ab omni peccato indignum fuisse nasci ex peccatrice, aut nouem requiescere mensibus sub corde impio. Potius credendum est, ex filia adhuc in vtero constituta sanctificatam & matrem. Quomodo post aliquot annos cum Ioanne Elizabeth Spiritu sancto statim vbi vocem salutationis Mariæ ad aures recepit, legimus repletam. Neque enim Annam Mariæ matrem Elizabeth credimus fuisse inferiorem, quæ licet sancta, ex filia tamen sanctissimæ præsentia, assiduo colloquio, consuetudine, moribus, oratione, meritoq; non parùm in sanctitate profecit. Ecce quæ primæ, quis nesciet, quos radios, quos stimulos, quæ iacula illuminationis

Luc. 1.

deuotionis amorisq; in cor Annæ auæ suæ Iesus eiusdem nepotulus adiecit.  
 Non iniuria igitur credenda est sancta Anna post virginem benedictam filiã  
 suam omnium mulierum, quæ uiuebant, fuisse sanctissimam. Quapropter  
 quomodo Salomon dixit: *Fallax gratia & vana est pulchritudo, mulier timens*  
 Dominum ipsa laudabitur, ab hoc potissimum commendabilis est S. Anna quod  
 timuit Dominum ab infantia. Hæc laus ad multa se extendit. Timor enim  
 Domini non operatur malum: Timor quoque custodit se ab omni peccato:  
 Timor præterea Dei nihil negligit. Postremo, *beatus qui timet Dominum,*  
 quandoquidem in mandatis eius cupit nimis. Sit igitur nobis S. Anna charissimi  
 fratres commendata à timore Domini, quo se custodiuit, ne peccaret in Do-  
 minum: quo nihil eorum, quæ à se cognouit exoptulanda, neglexit: quo de-  
 nique mandata Domini custodire studuit nimis, per omnia placens Deo. Id e-  
 nim est vnum atque præcipuum, in quo S. Annam possumus, Dei adiuti gra-  
 tia, imitari. Id S. Annæ quoque acceptissimum est, & in hoc se æstimat maxi-  
 mè honoratam, si eius exemplo inducti timuerimus Deum, hoc est, si in om-  
 nibus solliciti, in omnibus vigiles, in omnibus strenui ac deuoti, nec eorum,  
 quæ benè placerent Deo, quicquam negligamus. Ad hæc enim timor Dei ubi-  
 cunque fuerit, hominem excitat. Timor Dei cauet omne delictum. Sciens e-  
 nim Domini voluntatem hanc non vult negligere. Timor Domini non præ-  
 terit statuta humana quia secundum Deum sunt facta. Perinde est enim illi,  
 siue Deus, siue homo Dei vice iubeat. Timor Dei vigilat, ne verba effundat  
 scienter noxia aut ociosa. Timor Dei proximo cauet excitare cum iram tum  
 tristitiam. Timor Dei proximo non appetit placere, nisi ne offendant Deum,  
 aut nisi ut placeat Deo. Timor Dei non querit quæ sua sunt, sed quæ Dei, cu-  
 ius in omnibus affectat habere gratiam. Timor Dei necessaria accipit corpo-  
 ris cum discretione, ne Dei seruum, id est, corpus suum in eiusdem impediatur  
 obsequio, neue illum destruat aut inutilem faciat. Timor Dei paucis est con-  
 tentus, curiosa atque superflua propter Deum fastidians. Timor Dei in ad-  
 uersis gratias agit Deo. Timor Dei magis vult pati, quàm inferre iniuriam.  
 Timor Dei iniuriarum non recordatur, sed prompta offensoribus voluntate  
 ignoscit. Timor Dei neminem supplantat. Timor Dei misericors est ad om-  
 nes, cupiens benefacere omnibus, quomodo sui Dominum optat misereri.  
 Timor Dei cauet ociose aut sine fructu transigere quodcumque tempus: quia  
 ubique metuit Dei in se gratiam aut minuere, aut impedire, aut negligere.  
 Hæc autem omnia facit Dei timor non æstimans Deum crudelem, aut durum,  
 aut malignum, sed pijsimum, optimum, fidelissimum, quem offendere, cu-  
 ius beneplacitum negligere, cui non gratum semper aliquid boni offerre æsti-  
 mat indecens, impium ac perniciosum. Hæc enim omnia in homine Dei ti-  
 mor castus & sanctus (cuiusmodi in sancta Anna fuit) operatur, quia pati nõ  
 potest animam minui, aut non crescere in gratia Dei. Atque ideo ubicunque  
 Dei est timor, absque negotio, sine labore, sineq; tristitia reguntur homines.  
 Intus enim regit & compellit eos Dei timor. Quam ob rem haud grauter cir-  
 ca illos laboratur à reitore foris. Quicumque igitur Deum timet, graditur felici-  
 ter, & benè ei erit in nouissimis. Quia enim in vita sua non rem leuem æsti-  
 mauit Dei præterire voluntatem aut negligere, sed eandem sibi omnibusq;  
 prætulit desideratis, ideo etiam gratiam & misericordiam inueniet apud  
 Deum

Deum, & omne bonum. Scimus ergo quæso fratres charissimi, plus solliciti ad habendum seruandumque timorem Dei. Timor enim Dei reuera res est, quæ eum, qui hunc habet, constituet in morte securum atque beatum. Quæ circa non ita faciles sumus ad effundendum verba ociosa, detractoria, aut pacis turbatiua, sed circumspecti, quid ad honorem Dei, quid ad proximi ædificationem dici congruat, ne offendatur Deus, neue lædatur proximus. Tæpora nostra ociosa non pereant, sed excitet, vrgeatque nos Dei timor semper sollicitos esse, quid interea negligimus, quo Deo non possemus interim commendare, aut quomodo spiritualis lucri nonnihil valeamus profectui nostro adijcere. Pari modo in alijs transgressionibus quibuscunque non sumus nobis propitij, sed vbiunque aliquid neglectum aut perperam actum reperimus, amaro illud luctu emendemus. Hoc nobis impetret S. Anna. Hoc donec nobis Dominus noster Iesus Christus in secula benedictus, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Ut ortus, vita, sanctitasque, probetur sanctissima Anna testimonijs scripturarum ac ratione, & quo sit modo, studioque honoranda.*

*Sermo IV.*

**O**ra pro nobis, quoniam mulier sancta es. Iudith 8. Mirum fortasse videbitur, charissimi fratres, nihil in canonicis scripturis inueniri de S. Anna Dei matris genitrice. Verum id imitandum non est. Nam si de Christi aut Mariæ gestis plene inuestigare cupiamus omnia, ad multa etiam nobis sacra scripturæ testimonium. Nam de beata Virginis conceptione, natiuitate, in templum oblatione, desponsatione, aut quauis illius operatione, de parentibus item eius nihil nobis refert canonica scriptura, nisi quod virginem nunciat desponsatam viro Ioseph eum, quæ salutata est ab angelo. Deinde de eius partu, aut partus conditione, quam parum refert? Tertio quoque quod eis in itinere proficiscentibus in Aegyptum, quid ibidem in exilio commorantibus, quid denique in Nazareth redeuntibus acciderit, tacet scriptura Evangelica, nisi quod paucissimis verbis refert ab angelo monitos in Aegyptum iuisse, indeque rediisse. Iam quid à puero Iesu gestum sit, vnde sentiebatur crescere ætate & sapientia, prorsus nihil dicitur. Quin etiam de eo in vniuersum, vsque ad duodecimum eius tacetur annum. Ibi narrata eius moera ac eruditione in templo, ac quod cum matre inuentus redierit eidem subditus, vsque ad annum eius tricesimum prorsus adeo de eodem benedictio Iesu, quasi non fuerit, tacetur. Postea licet eius prædicatio, miracula, ac passio scripta sint tanquam ea, quæ Christianis scitu necessaria erant, multa tamen versantur adhuc ambigua, propterea quod ab Euangelistis explanata sunt, quæ scilicet, vbi desideratur, vt nonnulli actus Christi, aut agendi modus exprimeretur clarius. Denique in passione eius multis in locis, præcipue autem in crucifixione, quamuis non possit dubitari, quin ea, quæ scripta sunt, etiam facta sint, non tamen expressum est nobis, quo modo facta sint. De modo enim rei opinamur magis, quam scimus, quia & aliorum est opinio. Hoc propterea dico, quod de Iesu, quod de beata Virgine quoque eius matre multa

Luc. 1.  
Luc. 2.

Matt. 2.

Luc. 2.

multa ex canonicis scripturis ignoramus, scimus pauca. Nam & de beata Virgine, quid circa filij resurrectionem, quid circa eiusdem ascensionem fecerit, & an eidem interfuerit, vbiue tunc fuerit, prorsus certi nihil nobis canonicè refertur. Postremo, si de Mariæ Virginis assumptione rogauerimus tacente sacra scriptura, putabimus eam adhuc supersitem alicubi esse, quia nihil de eius morte, nihil de eius assumptione nobis ex sacra scriptura profertur. Taceo quod quamuis credere cum Ecclesia oporteat eam in cœlum assumptam, & super omnes cœlos exaltatam, tamen quando huic mundo ablata sit, nisi ex apocryphis, quorum tamen diuersa est assertio, ignoramus.

Videtur quomodo multa ignoramus, in multis quoque dubitamus, quæ circa Christum & beatam Virginem facta sunt nulla hæc nobis referente scriptura, quamuis vt impietatem horrendam execremur de Evangeliorum veritate, aut de maiestate Christi, matris quoque eiusdem sanctitate dubitare. Quid igitur mirum, si de sancta Anna præterquam in apocryphis nihil scriptum sit? Nunquid propterea Anna non fuit, aut sancta non fuit, quia Evangelistæ eam tacuerunt? Iam dixi de Christo & eius matre multo grandiora, atque scitu optabiliora tacuerunt. Ea enim sola, quæ ad institutionem morum ac fidei eruditionem nobis sunt necessaria, quibus cognosceremus Iesum Dei filium propter nos hominem factum, natum, nostrum esse saluatorem, doctorem, redemptorem, qui verbo, opere ac passione nos redemerit, per paucis tradita sunt. Non fuit igitur Evangelistarum propositum, hæc, quæ ad salutem nobis non forent scitu necessaria, scribere. Quomodo ergo de Christo, & beatissima eius matre, vbi nihil rectè ex scripturis habemus, piè credere, & ea, quæ fauent pietati, quamuis apocrypha, id est, incerta aut incerto autore scripta, non aspernari debemus, ita multo magis id ipsum licet de sancta Anna, quam credimus utique fuisse non solum sanctam, sed etiam sanctissimam idque propterea, vt esset digna auia Christi, quæ ad hoc præparata à Deo fuerit, vel quod Dei matrem filiam suam primogenitam (cuius fuit concepto absque peccato & sancta) concepit, in utero portauerit, Christumque infantem suum nepotulum suavissimis atque amore feruentissimo ignitis osculis sæpenumero honorauerit.

Satis præterea eandem laudatam ex his, quæ in scriptura Christum & eius matrem figurasse leguntur, intelligimus. Nam si per virgam Aaron beatam Vt sanctitas B. Annæ probetur testimonij scripturæ. Num. 17. intelligimus filiam eius Mariam, quæ diuinitus per se floruit, cuius florem quoque non ambigimus significare Christum, nonne mox quoque vt Annam intelligamus oportet? Est Christus flos, virga Maria. Arbor igitur illa bona, de qua virga excisa est, mater est virgæ, id est, Mariæ sancta Anna. Legimus alibi rubum ardentem, quem viderat Moyses. Nec ibi beatam Virginem in rubo ignoramus intelligi. Si igitur rubus Maria, quid igitur Anna est sancta? Nonne terra sancta est, vt Moysi dictum est: *Solue calcamentum pedum tuorum. Ibidem.* quia terra sancta est, ea scilicet, quæ ubi ardentem germinat? *Egredietur, inquit Esai. Esaiæ 11.* virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Flos, inquit, de radice eius ascendet. Flos est Christus, quæ non aliter ascendet de radice, nisi per virgã. Neque enim immediate radici adhæret flos, sed virgæ. Virga autem, qua B. virginem intelligimus Mariam, germen est de radice surgens. Est igitur flos, vt dixi, Christus, virga Maria, radix S. Anna. Hic tamen negligenter prætereundem non est, quod:

Cant. 4

B. Anna quo  
fit modo ac  
studio ho-  
rorauda.Matt. 6.  
Luc. 2.

dicit: *Et flos de radice eius ascendet*, quo honorare voluit Annam Propheta, quæ dicit Christum non natum, sed ascendisse, vti que per virgam radicis, per filiam eius Mariam. Laudatur præterea beatissima virgo Maria in Canticis, admirabilisq; prædicatur, dicente Spiritu sancto: *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrha & thus & vniuersi pulueris pigmentarij?* Est Maria virgula fumi nimirum suauiter odoriferi. Sed quæ sunt, quæ suauem hunc, odoriferumq; fumum spirant aut generant, nisi myrrha & thus, hoc est, Ioachim & Anna, & vniuersitas pulueris pigmentarij. hoc est, vniuersa illa sanctitatis propago, quæ ad generationem pertinet Christi? Hæc aliq; multa sunt, quæ satis indicant scripturam sacram non omnino tacuisse Annam, tamen ex nomine eam non vocauerit. Nec etiam ingratitude Christus arguendus est, nec vilitatis est Anna accusanda, quod in scriptura sacra eius modica sit mentio, quandoquidem & Christo hoc in his, quæ ad fidem aut eruditionem non sunt necessaria, eiusq; pijsimæ matris id ipsum contigit. Credendum potius diuina id dispensatione actum, vt de illis excellentibus sanctis parum in canonicis scripturis inueniretur, quo crediturum fides fieret maior, quo non historię certitudo, sed deuotio ad amorem cultumq; sanctorum nos induceret. Rogemus igitur charissimi S. Annam, vt nepoti suo Christo supplicet pro nobis. Libenter. n. auia suam (quod multis est miraculis testatum) audit. Solent autem deuotorum multi ad beatæ Annæ honorem tres quotidie orationes legere dominicas, quibus patrocino se eiusdem commendant. Sed hoc multi sapientum huius mundi temere reddent, dicentes: *Quid oratio dominica congruit ad beatæ Annæ intercessionem?* Responderi potest non parum id conuenire. Principio quidem, quod orationem scimus dominicam à Christo nobis traditam, vt sic oremus. Quam quanto magis frequentauerimus, tanto maiorem & reuerentiam & obedientiam exhibemus Deo. Hoc enim illi cultus est & laus, quod eius orationem, quam nos docuit, iteramus ceu rem dignam sapius. Est præterea obedientia. Nam quia sic orare nos voluit, eius facimus voluntatem orando. Stat igitur rem nos gratam facere Deo, sic orantes. Itaque si iam Deo rem quamcunque gratam offeras in honorem sanctæ Annæ aut sanctæ Barbaræ, alteriusve sancti cuiuscunque, nihil aliud facis, quam vt optes huius orationis tuæ munus acceptum à Deo referri illi sancto, eiq; imputari, ac si ille hanc reuerentiam aut obedientiam fecisset Deo. Hoc est enim ad sancti cuiuspiam honorem aliquid offerre Deo, velle hunc sanctum magnificari, aut si fieri possit, coram Deo fieri honoratiorem: cui etiam hanc, siue orationem, siue laudem opulente bonum aliud cupis adscribendum atque eidem remunerandum, quod Deo tu in eius sancti honorem obtulisti. Sed inquis: *Quid mihi prodest orare, si quasi orationis aut operis mei merito me spolauero, atque id Deo in illius honorem sancti obtulerò, atque pro eodem perinde ac si ipse olim in terra viuens inter mortales id egisset, illum remunerandum desiderauerò?* Multum profectò. Intuetur enim Dominus pium cordis tui affectum, quo tam pie optas sancto seruo eius beato, & non egenti. Nec solam hanc cordis tui intuetur deuotionem, verum etiam tam charitati vnde moueris, quam operi tuo bono, seu orationi sanctæ retribuet abundantius. Deinde obligatur vt geturq; sanctus ille debito charitatis, qua nunc plenus & perfectus est, pro te



salutaria precari, vicem tibi redditurus. Neque enim minus, sed multo plus, quam tu ipsum te diligit. Verum obijcis: Si fortasse quis Psalmum dicat aut hymnum, pro deprecando morbo aut alio malo, cuius cum nulla sit in Psalmo mentio, putas orationem esse ridiculam? Respondendum: Si hominem rogares mortalem, necesse foret, ut verbis uteretur huiusmodi, quibus tuum desiderium mentisque conceptum intelligeret. At modo tu loqueris Deo, opus non est, ut illum instruas, narresque quid velis. Affectus tuus clamat, desiderium optet, mens tua oret. Nihil enim refert, quibus verbis utaris. Neque enim verba, sed mens tua loquitur Deo: nec verba, sed mentem tuam attendit Deus. Ut igitur quibusvis verbis, hisque potissimum, quæ cor tuum magis quietant, stabiliunt, eleuant, afficiunt, inflammantque ad Deum, siue ea sint ad tui humiliationem, siue ad Dei laudem. Haudquaquam enim verbis tuis, sed cordi tuo ac desiderio mentis tuæ respondet Deus, qui est benedictus in secula, Amen.

IN SOLENNITATE ASSUMPTIONIS GLORIOSISSIMÆ SEMPER VIRGINIS DEI GENITRICIS MARIE.

*Quid Angeli in beata Maria admirati sint excellentia singularis.*

*Sermo I.*

**Q**ua est ista, quæ ascendit de deserto, delitijs affluens, innixa super dilectum suum? Cant. VIII. Admirantium verba sunt hæc angelorum de Mariæ excellentijs & gloriæ nouitate in eius assumptione inter se seiscitantium. Porro nemo, quod antiquum aut multis commune est, miratur, permulta enim circa nos fieri conspiciamus, quorum nulla possent ingenia ratione perscrutari: verum quæ assidua sunt, nemo est qui miretur. At si nouum insolitumve quid euenerit, stupent & inquirent omnes. Cùm ergo gloriosa Mariæ assumptio non mortales, sed æthereos spiritus in sui exciter admirationem, liquet nouum quid & præeminens in illa fuisse conspectum, quod vel tantos moueret diuinorum secretorum contemplatores, ut inter se disquirentes, *Quæ est ista*, dicerent, quæ ascendit de deserto? &c. Mirabantur autem (ut ex multis pauca recensamus) pulchritudinem eius inæstimabilem dignitatem incomprehensibilem, & (quia de eius assumptione loquimur) incomparabilem sublimitatem. Mirabantur, inquã, pulchritudinem eius inæstimabilem. Quid ni mirentur? Quis non gratissimum eius miretur decorem, in qua à planta pedis vsque ad verticem capitis non erat macula? Quis non stupeat pulchritudinem eius nimiam, in qua nihil, quod reprehendi, nihil duod posset despici, nihil quod non beari, nihil conspicitur quod non certatim summis viribus debeat prædicari. Quis denique non laudet eius venustatem, quam in Canticis tam crebrò, tamque abundè Spiritus sanctus commendans, *Quam pulchra es* (inquit) *& decora charissima in delitijs. Pulchra es amica mea, suavis & decora. Item: Totā pulchra es amica mea & macula non est in te. Item: Veni columba mea, formosa mea*, & id genus cetera. Testantur autem pulchritudinem eius foeminae illæ singulares (Sara, Rebecca, Rachel, Abisac, Indith, Hester loquor) typum Mariæ gerentes, quas omnes

Quid Angeli in B. Mariæ assumptione admirati sint.

Pulchritudo Mariæ inæstimabilis.

Cant. 7.  
Cant. 6.  
Cant. 4.  
Cant. 2.  
Mulieres quænam gesserint typum B. Mariæ.

Decor Ma-  
riæ spiritua-  
lis quantus  
facit.

Anselmus.  
Augustin.

Puritas B.  
Mariæ per  
quasnam  
creaturas  
figurata sit.  
Cant. 6.

Hieron.

Ecc. 24.

Ecc. 35.

Tria vas cō-  
gruum effi-  
cientia vri  
fuerint in  
Mariæ.

Animæ iu-  
stæ pulchri-  
tudo quāta.

omnes eleganti forma, incredibili pulchritudine, & omnium oculis gratia-  
sas pagina vetus commemorat. Si igitur illæ cæteris mulieribus præstant,  
quæ typum gerunt Mariæ, & imaginem quantum ipsa, in quæ veritas luce,  
excellere & supergredi credenda est vniuersas? Cæterum non ambigimus cor-  
poralem eius pulchritudinem (tametsi eximia probetur) non tam in admi-  
rationem venisse angelis, quam decorem eius spiritalem, qui vel inde quam  
maximè creditur emuisse, quod Maria omni caruerit macula, plena omni  
fuerit virtute & gratia præfulgens, denique excellentissima gloria. Quia ve-  
rò vt singula perstringam, Maria immunis fuit ab omni macula, non habuit  
in se, quod mentis possit pulchritudinem puritatemque minuere, obfuscare  
aut præpedire, quin potius tota pulchra, tota candida, tota semper fuit imma-  
culata, quippe quam decuit, vt verbis vtat Anselmi, tanta puritate nitere,  
qua sub Deo non posset maior intelligi. Vnde Augustinus ait: Maria mater  
Iesu electa est super omnes creaturas, & prælecta, vt de mundissima matre  
mundissimus nasceretur filius: quia sicut Christus habuit in celo patrem  
immortalem & incorruptibilem, sic & in terra matrem habuit omni cor-  
ruptione carentem. Sicut igitur corporalis eius venustas veteri scripturarum  
serie per mulieres speciosissimas figurata est, ita mentis decor & puritas eius  
per creaturas mundissimas & apprimè decoras describitur, auroram, lunam,  
solem. Vnde in Canticis: *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens,  
pulchra vt luna, electa vt sol?*

Verùm quia ad perfectæ pulchritudinis rationem non hoc solum suffi-  
ceret, nulla deuenustari labe, ne videlicet aliquid eius desit decori, gratiarum  
idcirco etiam donis (vt secundò loco posueram) & virtutum munere  
excellentissimè fuit ornata. Si quidem, teste Hieronymo, nihil virtutis, ni-  
hil gratiæ, nihil est candoris, quod non resplendeat in Maria. Nam cætera  
quidem sanctis per partes datur gratia, Mariæ verò se simul infudit gratiæ  
plenitudo. Vnde de se ipsa dicit: *In me omnis gratia via & veritas, in me omnis  
spes vite & virtutis.* Cui & quod in eodem libro scriptum est, non incongrue  
tribuitur: *Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide præcioso.* Perpulchrè qui-  
dem Maria vas dicitur, quippe ad gratiarum suscipiendam plenitudinem  
maximè idoneum. Tria namque sunt, quæ vas (quo præciosus liquor inreget  
seruandos est) congruum efficiunt: profunditas qua multum recipiatur: pu-  
ritas, ne qui receptus est liquor corrumpatur: soliditas, ne perfluat, quod re-  
conditum est. Hæc electissimum vas, de quo loquimur, habet Maria, quando-  
quidem, profunda est humilitate, pura virginitate, solida integritate. Est  
verò & aureum quia claret puritate, rubet charitate, splendet nulla infecta  
rubigine. Et iterum: Solida est, & fidei & perseverantiæ stabilitate omni lapi-  
de, id est, omni virtutum & gratiarum munere præciosissimo adornata.  
Quid igitur mirum, si talis animæ tam pulchræ, tam speciosæ, tam candidæ  
cælestium agmina mirentur decorem. Nam si iustæ cuiuslibet animæ tanta  
vincat splendorem, quanta huius singularitatis animæ pulchritudo cre-  
denda est, quæ non communes, sed supremas omnium virtutum  
excellencias, omnium gratiarum extremas, quas potuit suscipere, in  
se collegit perfectiones. Accedit autem postremo ad decoris eius consumma-  
tio-

IN FESTO ASSVMPT. B. MARIÆ.

521

Fulgor gloriæ in Maria  
Mat. 13.  
Esaïæ 64.  
Matt. 18.

mationem splendidissimus fulgor gloriæ incomparabilis. De omnibus quidem sanctis scriptum legitur: *Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum.* Cui modo dubium, quin de cœli regina sanctorum sanctissima sublimius aliquid sentiendum sit? Si illi, quorum iustitia in hoc tempore panno comparatur menstruatæ, qui hic septies in die cadunt, in cœlo solis obscurant fulgorem, quomodo mater iustitiæ, in quam nihil inquinatum intrauit, sole amicta, induta stola gloriæ, fulgens ineffabili claritate, non exuperet omnia? Et tantum de primo. Secundum, quod Angelis Mariam fecit admirabilem, est incomprehensibilis eius dignitas, quæ tanta est, ut maior nec esse, nec posset intelligi. Siquidem extremam Deus potentiam suam in matrem volens ostendere, tantam eam fecit, quantam facere potuit. Inde enim quod maternitate Deo coniuncta est, tanta est effecta, tanto honore donata, ut nisi ipsa Deus esset, maior esse non posset. Summæ quippe dignitatis est, matrem esse Dei. Vnde deuotissimus virginis amator Anselmus. Mariam alloquens: Nihil, inquit, tibi domina est æquale, nil comparabile. Omne enim, quod est, aut supra te est, aut infra te est. Quod supra te est, solus Deus est, quod infra te, est omne quod Deus non est. Et Bernardus: Hæc est virginis nostræ gloria singularis, & excellentissima prærogatiua Mariæ, quod vnum eundemq; cum patre filium meruit habere communem. Accedit autem huic dignitati & alia tam excellens tamq; singularis, ut nulli vnquam mulierum concessa sit, nec vlli vnquam speranda. Ipsa est virginitatis integritas cum fecunditate. Siquidem cum in omni muliere honoranda sit virginitas, in matre est plus quam stupenda. Hoc considerans mellifluus commendator virginis Bernardus: Vnum est, inquit, in quo Maria nec similem visa est, nec habere sequentem, scilicet gaudium matris cum virginitatis honore. Quod si adicias, cuius mater est, quæ iam lingua etiam angelica poterit dignis extollere laudibus Virginem matrem, non cuiuscunque, sed Dei? Item multa magna fecit Deus in creaturis mundi, nil tamen tam excellens & tam magnificam fecit opus digitorum Dei, sicut virginem matrem Dei, quam sol & luna mirantur. Sunt quidem & alia multa, quæ non mediocriter virginis excellentiam prædicarent, si non vel temporis angustia, vel deuotionis inopia sermonem nobis succideret. Quis enim exprimet quam singulariter electa, quam studiosè præsignata, quam diligenter fuerit vaticinata? Quis enunciet conceptionis eius puritatem, generis regij videlicet & sacerdotalis nobilitatem, vitæ sanctitatem, gratiarum plenitudinem, excellentiam virtutum, exuberantiam meritorum? Omitto castitatis votum, coniugij celibatum: raceo quod sine viro impregnata, sine molestia grauida, absque dolore puerpera, ante & post partum virgo semper mansit inuiolata: hæc autem omnia quid nisi mirabilem, utpote dignissimam & vnicè singularem beatam Mariam prædicant? Et de hoc hæcenus.

Dignitas Mariæ quæta.

Anselm.

Bernard.

Idem.

Postremò ut tertium attingam, Maria fuit Angelis mirabilis propter suæ ascensionis incomparabilem sublimitatem. Hæc autem, qua præpollebat sublimitas ex tribus comparabatur. Primum est, quod Maria fuit super omnes choros angelorum exaltata. Et congruè quidem. Nam sicut post Christum omnibus in hac vita & dignitate prior & meritis fuerat ditior, ita æquum erat, ut coronanda & throno sederet sublimior, & gloria cunctis fulgeret

Sublimitas ascensionis Mariæ ex tribus comparata.

Vuu præ-

præstantior. Deinde secundum, quia in gloria fuit consummata, hoc est, anima & corpore fuit glorificata. Dignum quippe erat, ut quemadmodum mæ & carne virgo permaneret integra, ita & ex hoc mundo transiens ab omni corruptione seruetur aliena. Tertium, quia ex eius præsentia notis & perpetuis gaudijs curia cœlestis fuit inebriata. Noua quippe regina noui regni, noua mater, nouiter adueniens, noua contemplantibus se & mirantibus non potuit non exerere gaudia dulcissimæ consolationis. Testatur hoc deus Bernardus, dicens. Dum gloriosa virgo cœlos ascendit, etiam supernorum cœlium gaudia copiosis augmentis cumulauit. Et si paruuli nondum uari huiusmodi anima liquefacta est, ut Maria locuta est, quænam fuit illa exultatio cœlestium ciuium, cum & eius audire vocem & videre faciem, eiusque beatæ præsentia meruerunt? Tantæ igitur ac talis reginæ charissimi solenne saluum agentes, excitemus nos omni quo possumus studio ad amorosam cordis impunctionem, ut purificatis affectibus eius excellentiam dignè laudare, eius dulcedinem feruenter amare, eius sublimitatē humiliter venerari, eius diligenter quærere gratiam, eius deuotè imitari virtutem, eius misericordiam abundè consolari, & (ut semel in animam) eius meritis feliciter mereamur saluari, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto uiuit & regnat Deus in seculorum secula, Amen.

Bernard.

Luci.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Quomodo in Euangelij lectione beata Maria uita describitur.**Sermo II.*

**I**ntrauit Iesus in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam. Luc. 10. Cordi mihi esset charissimi fratres, ad Virginis dignissimæ honorem (si ingenij facultas suppeteret) in hac eius uiridissima festiuitate non nihil dicere, sed non præsumo: quia cum sanctissimi pariter & doctissimi uiri, post multa præclara, quæ ad Virginis huiusmodi præconium extulerant, omnes adhuc ingenij sui vires, tantæ Virginis laude minores confessi sunt, quid est quod ego adijcere non dico ausim, sed nec possum? Attamen quia sermonem fieri exigit ordinis consuetudo, est quod dicitur ad nouitios & simplices me conuertam. Vbi interim doctiores (quibus sermo noster indignus est) patientia sua & Virginem laudent, & me rogo vel tantillo tempore loquentem sustineant. Quo fiet ut ne ipsi quidem (tametsi nulla accedat eruditio) sine profectu virtutis, aut merito saltem obedientiæ auscultent. Soler, scio, mouere nonnullos uestrum charissimi, Ecclesiæ consuetudo, qua hodie de Martha & Maria Magdalena Euangelium legitur, quod nullam de matre Domini huic maximè eius festiuitati congruam uideretur habere mentionem: quamuis è regione constet Ecclesiam Spiritu sancto directam (cui obmurmurare non licet) nihil indecens, aut sine ratione instituisse, ijs puto ita responderi posse, Euangelium sanè hoc secundum literam, nihil de domina nostra prædicare, at secundum allegoriam haud uolum superesse, quod uitam nobis & merita Virginis tam plenè, tam graphice, tam denique integrè ante oculos depingat, quam hoc quod præfens habemus.

Quò in Euangelio uita B. Mariæ describitur

Quod

Quod ut verum probeatur, considerandum primo, prudenti cuilibet pugnatore, siue alienam terram inuadere, siue propriam recuperare molienti, necessarium esse, ut tutam sibi munitionem, securumq; provideat refugij locū quo se recipiat, vbi se munit, vnde in hostes armatus exeat. Sic in hunc modum, Dei filius ad debellandas aereas potestates dum se parat accingere, iturus ad expugnandum fortem, qui custodiebat atrium suum, hoc est, aduersus diabolū, & pro captiuitate suorum redimenda, arma capturus, castrum munitissimum sibi delegit, Virginem integerrimam Mariam, quæ diminutiue castellum, non propter imbecillitatem virum dicitur, sed ob eximiam humilitatem hostibus vehementer terribilem. Castellum autem (vt diuus Anselmus in eiusdem Euangelij explanatione testatur) dicitur quælibet turris, & murus in circuitu eius, quæ duo sese inuicem defendunt, ita vt hostes per murum ab arce, & à muro arceantur per arcem. Tale castellum fuit B. Virgo, quam corporis ac mentis virginitas non aliter vallauit ac murus, ad eò vt nullus ad eam libidini vsipiam esset accessus, nec sensus eius aliqua illecebra corrumperetur. Verum, quia virginitatem (cum libido non possit) solet impugnare superbia, fuit etiam in eadem Virgine turris humilitatis, quæ à virginitatis muro omnem repellat superbiam: ad hunc modum etiam econtrariò, deuicta superbia humilitatem si sola esset, posset impugnare libido, Maria circumamicta fuit muro virginitatis, quæ à turre humilitatis prohibuit omnem libidinem: Sicq; hæc duo in Maria, murus virginitatis, & turris humilitatis, ab alterutro muniuntur: vt nunquam in ea fuerit aut superba virginitas, aut inquinata humilitas: sed semper in ea permanerit & humilis virginitas, & virginea humilitas. Congruè ergò dicitur castellum Maria, quia sublimis est & munita, ad quam nullus impetus hostilis accederet, ex qua Deus amicis suis auxilium, protectionem & salutem ministraret, & in hostem eorum vindictâ exerceret, qui vniuerso generi humano tyrannicè incubabat, & bonam partem sanctorum captiuam tenebat. Cum hoc itaq; filius Dei congressurus, vt prædam sanctam de manu eius excuteret, ipsūq; fortem, id est, diabolū captiuū alligaret, in Maria posuit tabernaculum suum, quando ex substantia eius carnem assumens (vt verbis vtar Esaiæ) indutus est iusticia vt lorica, & galeam salutis in capite. Indutus est vestimentis vltionis, & opertus quasi pallio zeli, sicut ad vindictam, quasi ad retributionem indignationis hostibus suis & vicissitudinem inimicis suis. Hoc per allegoriam insinuat nobis, quando dicitur: *Intrauit Iesus in quoddam castellum*, non quodlibet, sed quoddam: hoc est, singulare à se præelectum, à Spiritu sancto præparatum, & per Angelum conductum, utpote nobiliss & melius hospitium, quod in toto posset mundo reperiri tanto principe dignum. In hoc castello duæ mulieres sorores, & vtriusque erga Dominum studia describuntur, Martha videlicet & Maria, per quas intelligendæ sunt duæ vitæ, quibus Deo seruitur, scilicet actiua quæ per Martham, & contemplatiua quæ per Mariam significatur fuisse in matre Domini. Quæ per actiuam vitam, Christo homini, vt Martha ministrabat, & per contemplatiuam eidem Deo, vt Magdalena vacabat. Porro Martha (quæ secundum Isidoram prouocans vt Magdalena vacabat, officia hic tria numerantur. Primum, quod hospitio Domini suscepit, deinde circa Domini ministerium sollicita fuerit: & postremo

Matt. 12.

Anselmus.  
Castellum  
quid sit.  
Castellum  
cuiusmodi  
fuerit B. Ma-  
ria.  
Murus vir-  
ginitatis.  
Turris hu-  
militatis.

Psal. 18.

Esaiæ 59.

Vitæ duæ  
per Marthā  
& Mariam  
significatæ,  
vt fuerint  
in matre  
Domini.  
Isidorus.  
Martha quid  
interprete-  
tur, eiusque  
officia tria  
quæ quò in  
matre Do-  
mini fuerint

Hospitio uti  
Dominum  
receperit  
Maria.

Sollicitudo  
Mariæ in mi-  
nisterio cir-  
ca filium  
suum.

Matth. 2.  
Turbata uti  
fuerit Maria  
pro filio.  
Ioann. 11.

Magdalena  
officia tria  
quæ quò  
fuerit in  
matre Do-  
mini.

Verbū Do-  
mini quam  
feruenter  
auscultauit  
uirgo Ma-  
ria  
Luc. 2.

Psal. 26.  
Quò vni in-  
haerit.  
Pars optima  
electa à Ma-  
ria quæ sit.

Ecl. 10.

Apoc. 6.

Apoc. 12.

quod pro Domino turbata fuerit. Hæc multo rectius, multoq; verius de matre Domini (quæ ut dixi per Martham significatur) prædicanda sunt. Ipsa namque virginitatis candore, & humilitatis suæ odore, altissimum proboscans, vsque in gremium suum inclinavit, adeo ut non modò cum ea, verum etiam in ea habitaret, & ex ea carnem assumeret. In quo primum obsequium multo excellentius, quam Martha impleuit, quandoquidem tam mentis quàm ventris hospitio Dominum ita suscepit, ut etiam propriè carne vestiret. Quæ deinde licet absque dolore esset enixa, non tamen sine sollicitudine & diligenti ministerio custodiuit, pavit, lactavit, baiulavit, cæteraq; matris officia exhibens, tum domi, tum foris & inter ignotos exul, ab infantia vsque ad ætatem adultam educavit. In quo quid aliud quam Marthæ, & plusquam Marthæ Christo ministerium exhibuit? Adde nunc, quod cum eodem infante, vel Herodem fugiens, vel Archelaum reditura metuens, cernens subinde contumni prædicantem, persecutionem ferre beneficia exhibentem, pro bonis recipientem, non ignorans denique in necem eius Iudeos conspirasse, postremo passionem eiusdem & mortem sub cruce maternis oculis aspiciens, quantum putatis turbata fuit? Omnibus ergo his vitæ actiue operibus studio beata Maria prædicatur, quando sub Marthæ nomine quomodo Christum suscepit, quomodo ministrando educaverit, quantum pro eo turbata in eius passione doluerit, nobis mysticè insinuat. Sequitur autem mox de illa sorore Maria haud dubium Magdalena Evangelica narratio (per quam mater Domini significatur, quatenus officia attrinet contemplatiue vitæ quomodo scilicet, contemplationi vacans erga Dominum se & ipsa habuerit, tria similiter eius studia commemorans, quod videlicet ad pedes Domini sedens, verba eius feruenter audierit, quod vni Deo adhærens sorore solam ministrantem reliquerit, & quod optimam partem nunquam amittendam elegerit. Hæc tria quam congruè tribuantur matri Domini, quam excellenter quoque sola, nemo est puto, qui ignoret. Quando enim ipsa Domini verba neglexit? aut quando alteri occupationi quamlibet sanctæ Domino prædicante animum dedit? Imò quis Domini Iesu sermones auscultauit feruentius, retinuit fidelius, quam ipsa de qua Lucas ait: *Maria autem conseruauit omnia verba hæc, conseruens ea in corde suo?* Vnum etiam quantum in omni vita sua à Domino petierit, quomodo accepit, vni qualiter inhaerit, non solam inseparabiliter, verum etiam inauertibiliter, non est mei ingenij posse explicare, sed ne intelligere quidem. Postremo optimam partem, gloriæ videlicet dona (quæ gratiæ & naturæ muneribus præferuntur) hodie non tam legit quam accepit. Accepit, inquam, gloriam, non corporis tantum, quæ bona pars esset, id est, non hanc solam, qua Deus corpora hic sanctorum gloriificat, de qua in Ecclesiastico scribitur: *Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, &c.* Nec animæ tantum, quæ melior est, de qua Ioannes ait: *Data sunt illi singula stola alba,* sed ut optimam haberet partem, vtriusque & corporis & animæ. Ipsa si quidem est illa *mulier amicta sole*, quæ volauit duabus alis, id est, duplici gloria, in desertum, id est, in cælum, quod desertum dicitur, vel ab angelis inde cadentibus, vel quia ante Christi ascensionem non habitabile fuit hominibus, quemadmodum exponitur in parabola Evangelica de centum o-

IN FESTO ASSVMPT. B. MARIÆ.

527

Matt. 18.  
Optima  
quæque uti  
in omnibus  
elegerit ac-  
ceperitque  
V. Maria.

Addendum verò quod non in hoc tantum, sed in cæteris omnibus cuncta supergrediens optima quæq; elegit, optima ubiq; accepit. Quicquid virtutū, quicquid est gratiarum, optima inde elegit Maria ex omnibus. Optima quæ-ritate, quia totum habuit, quicquid cæteris sanctis, teste Hieronymo, per partes datur. Optima qualitate, quia excellentiora, meliora ac puriora quæuis accepit. Optima dignitate: Nam quæ nulli alteri concessa sunt, Mariæ data sunt. Conuenientissimè igitur & soli Mariæ verè tribuitur quod optimam partem elegerit, quæ cunctis sub Deo præminens, qui sibi comparari possit, neminem habuit. Neque enim de Deo piè dicitur, quod optimam partem elegerit, qui totum semper habuit, neque de vllò sanctorum, quia omnibus Maria superior fuit.

Liquet ergo nunc tandem (vt credo) in Maria matre Domini, cum acti-ua, tum contemplatiuæ vitæ exercitia fuisse perfectius simul, quam in Mar-tha & Magdalena separatim, quæ simul iunctæ vitam illius enunciant. Hæc dixi, vt ostenderem, quam conueniat Euangelium hoc legi de Maria virgine, cuius hæc vita per allegoriã plenè describitur. Et ob hoc maximè quidè (quia fini & cõsummationi omnis laus debetur) in Assumptione eius potius quam in alio festo legitur, quando de præmio vitæ & corona eius agitur, & in Euã-gelio præfenti, quemadmodum coronam ipsa meruerit, narratur. Cæterum nunc propter solennitatem, ad eius honorem aliquid adijciendum fuisset, nisi defectus ingenij & deuotionis (vt ante dixi) inopia, meritum quoque eius magnitudo vetaret: Quibus fit vt nihil dignum, vel ab alijs non dictum possit dici. Non deest tamen etiam in hoc ipso vnde commendetur, quia tanta est, tam benigna, tam pia, tam potēs, tam misericors, tam digna, ad eò sublimis, ad eò gloriosa, tam pulchra, tam ornata, ita excellens, ita etiam ad nos humilis, vt ne ab vllò quidem humano ingenio dignè queat laudari. Be-nedictus ergo dominus Deus noster, qui eam hic talibus ornauit gratijs, & tot modo gloriæ coronauit triumphis, vt omnem exuperet intellectū. Vnda & victi, quia effari nequimus, quã libentissime filètio nostro eam laudemus, in Christo Iesu filio eius Domino nostro, Amen.

IN EADEM SOLENNITATE.

*Quam multiplici iure dici regina debeat beata Maria.*

*Sermo III.*

**A**ssistit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Psal- XLIII. Reginam non intelligimus aliam charissimi fratres, cui hæc verba magis appositè conueniant, atque ei quam quotidie cæli, atque (quod nos dulciss afficit) misericordiæ salutamus reginam, Dei matrem vir-ginem Mariam, super cælos hodie omnes exaltatam. Ipsa enim arca Dei, ipsa Gen. 6. 1. Paral. 15. arca fœderis, ipsa Dei mater cum gaudio & iubilo in clangore buccinæ cum tubis, & cymbalis & nabilis, & citharis introducta est hodie in locum suum ab æterno sibi preparatū, hoc est, ad dexterã, id est, ad potiora bona filij sui, cui nunc astat pro nobis aduocata ad contradicendum aduersarijs nostris (qui- Cant. 6. bus terribilis facta est, vt castrorum acies ordinata) & vt loquatur pro nobis bona

Vuu 3

Reginam  
dici Mariam  
multiplici  
iure.

Maria per  
quas san-  
ctas mulie-  
res reginas  
figurata fit.  
3. Reg. 2.  
Hester 2.  
Psal. 71.

Cant. 4.

Veni eut ter  
dicatur Ma-  
ria.

Sap. 1.

3. Reg. 10.  
Regina Saba  
vni Mariā fi-  
gurauit.

Comitatus  
Mariæ.

Diuitiæ eius  
quæ sint.  
Prou. 11.  
Cameli  
quæ ad mysti-  
cè.

bona, auertatque indignationem Dei à nobis. Dicitur autem B. Maria (vt est) regina, multiplici iure. Principio quidem quod regia est stirpe est genita. Quicquid enim generositatis apud Patres veteris testamenti fuit, in eam confluxit. Iterum ex partu quoque, vt pote summi celestisq; regis mater, dici potest regina. Tertio, propter eius gloriosissimam coronationem qua hodie ex ancilla humili in reginam cœli assumpta coronata est, tanto gloriosior, quanto seruierat ante humilior, vbi vniuersis nunc post Deum proxima imperat. Postremo (vt ceteras condiciones regias prætereamus) propter regiam significationem regina prædicatur. Siquidem per sanctas mulieres reginas figuratur. Ipsa enim mater vera est Salomonis, cui thronus hodie positus est regius, vbi ad filij dextram sedens audit ab illo, pro nobis orans: *Pater mater mea.* Neq; enim fas est vt auertā faciem meā. Ipsa est regina Hester quæ Assuerus rex potētissimus qui dominatur à mari vsq; ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum, accepit vxorem & voluit esse reginam, & posuit diadema regni in capite eius. Ad quam sanè coronam, ad cuius regni consortium, Trinitas eam beata elegit, & (vt in canticis exprimitur) inuitauit: *Tota inquit pulchra es amica mea, & macula non est in te. Veni de libano sponsa mea, veni de libano, veni coronaberis, Veni inquit de libano,* hoc est, de candore virginitatis, & innocentissimæ puritatis, sponfa mea: *Veni de libano,* id est, de monte, de sublimitate, atque perfectione virtutum ac meritum. *Veni, coronaberis.* Ter autem illi dicitur veni, propter mysterium Trinitatis exprimentum: quandoquidem Pater, filius, & Spiritus sanctus, eam inuitat ad coronam. Pater cui potentia tribuitur, eam vocat, vt pro eius humilitate potestatem & imperium ei retribuatur in cœlo & in terra. Filius qui est sapientia, non habitans in corpore subdito peccatis, vt ei coronam imponat innocentiæ & sanctitatis. Spiritus sanctus qui est benignitas, inuitat vt reis qui diuinam iustitiam ferre nequeunt, constituat eam ciuitatem refugij, quo attrahendis peccatoribus faciat eam eam suauitatis (& cui totum suæ miserationis thesaurum committat) vas clementiæ pietatis, matrem, misericordiæ reginam.

Hæc est illa regina Saba, quæ Hierusalem hodie ingressa est cum comitatu multo & diuitijs & camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis & gemmas præciosas. Et venit ad regem Salomonem. Cui rex Salomon dedit omnia quæ voluit & petijt ab eo, exceptis ijs quæ vltro obtulerat ei munere regio. Hierusalem quid significet non ignoratur. Comitatus nostræ reginæ est angelorum atque sanctorū cœtus cum Christo occurrens & exultabilis tantâ vt decuit reginâ veneratione deuotissima ad cœli palatia deducens. Diuitiæ eius sunt virginalis fecunditas, fecunda virginitas, humilicas, charitas, benignitas, misericordia, pietas, mansuetudo, & eiusmodi. Hæc sunt diuitiæ, à quibus in fine Prouerb. cōmendatur: *Milia sua congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas.* Cameli gibbosi ad onera suscipienda se inclinantes, peccatores sunt humiliâtes se ad poenitentiam. Hæc poenitentia & satisfactionis onera, puta ieiunia, vigilias, discipinas, castigationes carnis, lachrymas, & cetera id genus aromata poenitentia anima saluberrima, aurumq; infinitum nimis & gemmas præciosas, id est, fulgorem charitatis & ceteras virtutes, proficiendiq; in illis desiderium, citra mensuram ac numerum portantes



tantes per reginam Saba, hoc est, per Mariam conuertentem & incendientem (Saba namq; conuersio siue incensio dicitur) per misericordie reginam Salomoni Christo adducuntur. Hæc est itaq; regina quæ sub cruce vt olim afflicta Christo assistit patienti, ita nunc gloriosa assistat regnanti. *In vestitu deaurato*, id est, corpore glorificato, *circundata, gratiarum, virtutum, meritorum, dignitatum, præmiorumque varietate*. Iungamus igitur nos huic reginæ charissimi fratres, & simus cameli ad regem Salomonem aromata & gemmas præciosas portantes. Iungamus nos, inquam pia deuotione, humili supplicatiõe casta ueneratione, & feruenti imitatione. Nihil enim ita gratiam eius nobis conciliat, nihil nos magis illi commendat, quam si vitæ suæ non tam docendo quam imitando nos habeat commendatores. Ita enim verissimè eam honoramus, cum non modo prædicamus, verum (quod supremæ est laudis) etiam imitamur eius virtutes. Tunc eam reginam veneramus, cum de nobis ipsis diffidentes, omnes fortunas nostras, omnes euentus, totum denique animæ negocium, ac prorsus vniuersa studia nostra illi disponenda regendaq; committimus, plus in eius pietate quàm omni industria nostra, licet ne hec quidè sit negligenda, sperantes. Proinde si nos humilitatis suæ, si mansuetudinis, si patientiæ, si denique castitatis cæterarumque virtutum viderit imitatores, non solum benigno respectu, verum etiam gratia singulari, atque adeo familiari nos dignabitur, tuebitur, fouebitque. Neque enim alia requirit obsequia, neque Christo inueniuntur magis grata, quam vt vitam eius in nobis, exprimentes, studeamus placere, in quibus placuit ipsa Domino nostro Iesu, qui est benedictus in seculorum secula, Amen.

Saba quid.  
Ioan. 29.  
Psal. 44.

Obsequia  
Mariæ gra-  
tissima quæ  
sunt.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Quomodo in singulis optimam elegerit partem beata Maria, quamq; prona sit ad subueniendum se inuocantibus ex filij commissione.*

## Sermo IV.

**M**aria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Lucæ X. Sic beatissimæ virginis Mariæ matris Dei gloriam prædicare cupimus, fratres charissimi, vt quicquid in eius præconium dicatur, refluat in commendationem filij, qui eam sic fecit, sic exornauit, vt queat laudari, mereatur amari, digna sit honorari. Fuit enim plena gratia. Vnde quicquid in ea laudatur gratia laudatur, nõ tamen excludendo, sed maximè commendando in ea sanctæ electionis arbitrium, syncerum ac constans propositum, castissimum, feruens ac iuge Deo placendi desiderium, deuotum atque frequens benefacien di studium, & postremo amoris contemplationisque exercitium, tam sanctum, quam assiduum. Et ideo (contra hæreticos) quantum etiam attinet personam Virginis, fuit meritorum plenissima, quæ diuina gratia in ea ubertim, non tamen sine ea operata est, vnde non tantum sicut vna de reliquis feminibus, sed propter gratiæ excellentiam multo præstantior, propter officium multo dignior fuit, quæ ab omni peccato semper purissimam se continuit, ne displiceret Deo indefinenter sollicita, vt placeret desiderantissi-

Maria vti  
meritorum  
plenissima  
fuerit.

Optimam partem quò in singulis elegit Maria.

Bona triformia quæ sint. Natura bona. Nobilitas Mariae præcipua.

Catharina Senens.

Cur Maria non fuerit opulenta.

Bonis naturæ quam ornata fuerit Maria. Bonis gratiæ quantum abundauerit Maria. Hieron.

Eccles 24.

ma, eidem inhærendo deuotissima, postremo vigilatissima, prudentissima, feruentissima, vt nihil in ea vacaret, quod gratiæ Dei non cooperaretur, & responderet. *Optimam partem elegit.* Tres sunt status fœminarum. Esse matrem bonum est, esse virginem melius, esse matrem simul ac virginem, optimum, hunc elegit Maria. Tres sunt conditiones bene viuendi. Actiua vita bona est. Contemplatiua melior. Vtræque pariter optima. Circa quamlibet virtutem tres est inuenire gradus, quorum supremum, qui optimus est ubique obtinuit Maria. Triformia sunt bona, videlicet, Naturæ, Gratia, & Gloriæ. Ex his singulis optima quæque Maria habuit. Itaque si naturæ bona respicimus, optima habuit Maria, tunc enim nobilissima, puta regio, sacerdotali, patriarchali, æque ad eò prophetali stemmate edita. Et hoc quatenus manat ex parentum nobilitate. Si quidem alia est nobilitas quoque hac non inferior, quæ aut propter sponsum, aut propter proles nobilitatem cõtingit mulieri. Vtrique præcipua nobilitas accedit beatissima Virgini. Habuit enim sponsum illusterrimum, eundem pariter & filium Deum, cui nulla potest generositas æquari, fuit, estque Maria venustissima, tota amabilis, benigna, dulcis, gratiosa, & ab omnibus amari digna, quam nemo potest horrere, nemo fugere, nemo formidare, nemo fastidire, vtpote cunctis necessaria, & ad alliciendos, trahendos, capiendos, conuertendosque peccatores ad Deum (quod beate Catharinæ Senensi reuelatum est) veluti esca suauissima in hamo posita. Porro, quod fuit speciosissima, perinde ac nobilissima, nec tamen propterea elatus sed humilior, præstantiam indicat virtutis, quæ crescit ex abundantia donorum. Neque enim illi necessario fuerant, vel corporales defectus relinquendi, quomodo nobis ad supprimendam humiliandamque superbiam nostram, qui raro efficiamur humiles, nisi ante humiliati. Fuit tamen beata Virgo pauperrima, non opulenta. Amor autem paupertatis virtus est, quemadmodum cupiditas vitium. Diuitiæ etiam non ita sunt dona naturæ, vt est nobilitas generis atque corporis pulchritudo. Hæ enim citra delectum hominis contingunt atque conualescunt proli, ad eò vt parum, aut nihil ad hæc contenta humana industria. Istæ verò, id est, opes, atque diuitiæ, labore, astu, cura atque solertia etiam humana parantur. Vnde si Maria fuisset opulenta, scandalum fortasse fuisset eius imitatoribus relictum. Vnde auarus quilibet imitatorum se posset gloriari Mariæ, dum colligendis diuitijs inhiaret, fingens se non auaritiæ studio hoc agere, sed ne deesset sibi, quod adfuisset Dei matri. Finge nunc cætera naturæ bona, quæcunque pudicissimam ornant virginem quæcunque sanctam decent Dei matrem, vt sunt verecundia, morum honestas, decor, modestia, ingenij peripicacitas, cæteraque omnia, & crede summo in gradu cuncta esse collata Dei matri. Sunt autem post hæc alia bona meliora, videlicet gratiæ, vt sunt virtutes, dona, charismata, consolaciones spirituales, & quæcunque alia eiusmodi sũt. E quibus ad eò nihil deficit Dei matri, quod vel vili donatum est sanctorum, vt etiam teste diuo Hieronymo, quæ cæteris per partes donata est, Mariæ se tota infuderit gratiæ plenitudine, simulque habuerit sola, quicquid habuerunt singuli, idque in gradu perfectissimo, & quæ cæteris negata sunt, alia ipsa obtinuerit multa. Proinde non immerito tribuitur ei quod dicitur illud Ecclesiastici: *Ego in altissimis habitabo.* Id est, quicquid in gratijs, quicquid in virtutibus, quicquid in actionibus seu contem-

contemplationibus est altissimum, in his est conuersatio mea. Et iterum: *In me, inquit, omnis gratia vite & veritatis. in me omnis spes vite & virtutis* Propter ea vocatur etiam paradysus voluptatis, haud dubium, quia confita omni ligno pulchro germinantium virtutum, in cuius etiam medio, id est, in cuius vtero plantatum fuit lignum vite, id est, Christus, de quo qui manducauerit, viuet in aeternum. Hæc est illa paradysus cælo inferior, & terris superior, quia vt B. Anselmus: Nihil, inquit, in terris æquale Mariæ, nihil nisi Deus maior Maria. Hanc paradysum aquæ diluuij non contigerunt, quia sanctitas Mariæ altior est, quam peccati inundatio attingere posset. In hac paradiso, non est homo carnaliter editus, sed diuina virtute positus. Et Christus qui à Paulo secundus vocatur Adam de cælo celestis, non carnali generatione in Mariam sed solo opere Trinitatis venit. Ideo increata sapientia, id est, ipse Christus in Ecclesiastico Mariæ vterum paradysum vocans: *Ego, inquit, quasi sique dicens exiui de paradiso*. Est igitur Maria paradysus, quia ad eam plena delictijs, quæ sunt plenitudo gratiæ, exuberantia virtutum, & prerogatiua gloriæ singularis, vt angelis quoque videretur mirabile, quomodo huius mundi desertum, vbi est labor & afflictio spiritus, posset tantis delictijs præditam virginem mittere in cælum, dicentibus: *Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delictijs affluens?* &c. Quapropter in Proverbis quoque ei dicitur: *Multa filia congregauerunt diuitias, tu supergressas vniuersas*. Verùm non hoc tantum. Nam prerogatiua Mariæ est, vt non solum filias quaslibet, id est, nõ solum animas supergrederetur vniuersas (quæcunque spirituales congregassent diuitias) sed etiam puritate & gloria miteret super angelos & creaturas omnes. Multæ enim virgines, multæ animæ sanctæ domino obrulerant, sed omnes posteam, id est, inferiora munera quam Maria. Ipsa enim sola potissima obtulit Domino virtutum ac meritorum munera, quibus nihil poterat comparari. Siquidem à nullo, siue hominum, siue angelorum allata sunt aromata tam multa, tamque preciosa, qualia regina Saba, id est, qualia domina nostra Maria suo obtulit regi Salomoni. Quapropter etiam (si de bonis gloriæ dicendum est optimam pariter affecta est Virgo beatissima partem, quippe quæ est mater Dei, imperatrix cæli, regina cælorum, domina omnium. Cui polatus est hodie thronus, iuxta filium suum multo quam Bethsabee matri regis Salomonis gloriosior, vbi enim filio regnet, & pro nobis interpetret, imperetque in aeternum. Nam (vt verbis vtat Bernardi) persuadet, imò compellit nos celsitudo tua credere, vt regno filij tui beatissima Virgo Maria ita imperiosè principeris, quod per angelorum ministeria, tuis sapè deuotis subuenias. Si Zachar. 2. enim angelus angelum mittat, confidenter debet credere Christiana deuotio, quod imperatrix angelorum tanto magis habet angelos ad obsequium, quanto differentiùs præ illis nomen hereditauit. Si enim Iosue dux Israel iussit solem stare, quomodo non omnia sidera ad nutum imperatricis gloriôsæ distent? Si Cherubim & Seraphim de fonte bibentes, inferioribus angelis quædam arcana reuelant, quanto magis gloriosa Virgo de oculis filij sui ens amplexu degustato mysteria angelis suis copiosius effudit? Hæc ille. Vbi hoc addendum etiam in tanta autoritate, in tanta potestate residere beatam virginem, & imperare in cælo, vt in terris nulla alia sit potestas, nulla pressura, nullum grauamen à quo non liceat ad thronum huius Dei matris appellari.

Gen. 2.  
Paradysus  
quam con-  
gruè voce-  
tur Maria.  
Ioan. 6.

Anselm.

1 Cor. 15.

Eccles. 24.

Eccles. 11.

Cantic. 8.

Proverb. 31.

Psal. 44.

3 Reg. 10.

Bona glorie

Mariæ col-

lata quæ.

3 Reg. 2.

Bernardus.

Zachar. 2.

Hebr. 1.

Iosue 10.

Autoritas

Mariæ quæta

sit in cælo.

Clementia  
Marię quãt.

Fiduciam  
accedendi  
ad Mariam  
vnde accipi  
at peccator.  
Apoc. 12.

Bernardus.

Sinum mi-  
sericordiã  
aperit om-  
nibus Maria  
1 Cor 9.  
P Gal. 18.

Exempla mi-  
sericordiã  
Mariã defo-  
latis exhibi-  
ta.

Theophilus  
vbi per Ma-  
riam Chri-  
sto recon-  
ciliatus fue-  
rit  
Basilius per  
Mariam a  
tyrannide  
Iuliani libe-  
ratus.  
Maria Ae-  
gyptiaca vbi  
conuersa  
fuerit.

appellare: in tanta item clementia occurrere ad se confugiens, cum tanta miserationum exuberantia succurrere, cum tanta auctoritate iuxta ac pietate liberare, vt nemo vnquam accesserit illam tristis, qui non dulcedine viscerum misericordiã eius fuerit consolatus. Sed cogitat quis illam purissimam, cogitat sole amictam, cogitat Dei matrem ac cœli reginam, se verò immundum, pollutum peccatis, atque vitij, innumeris inquinatum, vnde veretur illam accedere. Quid trepidas humana fragilitas? Quid formidosis benignissima Virgine? Profectò Dei mater est, sed propter te, o peccator, Dei mater effecta est. Dei mater non esset, si peccatores non fuissent. Quapropter in quadam reuelatione ipsa cuidam dixit: Peccatores sunt gloria mea. Est cœli regina, fateor. At est etiam mater & regina misericordiã, est vita dulcedo & spes nostra. In qua (vt Bernardus ait) nihil austerum, nihil terribile, tota suavis est, omnibus offerens lac & lanam. Reuolue diligentius Euangelicã historiã seriem vniuersam. Et si quid fortè increpatorium, si quid durum, si quod denique signum, vel tenuis indignationis occurrit in Maria, de cetero suspectam habeas, & accedere verearis. Quod si, vt verè sunt, plena magis omnia pietatis & gratiã, plena mansuetudinis & misericordiã, quæ ad eam pertinent inueneris, age gratias ei, qui talem tibi mediatricem benignissima miseratione prouidit, in qua nihil possit esse suspectum. Denique omnibus omnia facta est, sapientibus & insipientibus copiosissima charitate debuit sese constituit, omnibus misericordiã sinum aperit: vt de plenitudine eius accipiant vniuersi, captius redemptionem, æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam, angelus latitiam, denique tota Trinitas gloriam, vt non sit qui se abscondat à calore eius. Hactenus Bernardus. Itaque omnibus quacunq; premanur molestia, ad thronum matris Dei, ad sinum misericordiã eius confugiendum est. Et vt de certissimis historijs aliquid dicamus. Nonne Theophilus (quod Bernardus & multi sanctorum testantur) Christum abnegauerat, & suã perfidiã chirographo penes diabolum deposito, dum ad huius misericordissimã matris thronum appellaret, ipsa confestim succurrit, perditum filio reconciliauit, & ablatum à diabolo chirographum Theophilo restituit, diabolicasq; fraudes & acta omnia irritauit: Nonne sancti Basilij Maria preces audiens, militem, vt aiunt, Mercurium misit, qui Iulianum apostatam Imperatorem tyrannum occideret, & Basilium cunctosq; mœstos ab eius tyrannide liberaret? Quis B. Mariã Aegyptiacã, immundã olim ac peccatorum sordibus plenã, cum à templo, vt erat indigna, ne posset ingredi, Dei virtute repelleretur, impetrauit animi reditum cognitionem, contritionem, salutare propositum, templi ingressum, dominicã crucis contuitum, amarissimã penitentia fletum, peccatorum veniam, Dei gratiam, & vt præ dolore pariter ac amore iam mutata, pauimentum templi osculis lamberet, penitentiam institueret, mundum desereret, eremumq; intraret? Nonne beatissima virgo Maria cui ante fores templi cor eius imagine ipsa tunc peccatrix omni spe alia destituta, sese deuouit? Nonne præterea quoties illa Maria Aegyptiaca in eremo, aut impia lege luxuriantis carnis grauaretur, aut prauã consuetudinis illecebra tentaretur, quoties ad pudicissimã Virginis memoriam se contulit, quoties misericordiã matrem inuocauit, tentatio cessit, luxuria succubuit, castitas floruit, Dei gra-

tia triumphauit? Desiceret me non modo dies, verum etiam annus, si enume-  
 rare velim tribulatum, merentium, desperantium, aut quouis modo de-  
 solatum gemitus, qui omni fiducia destituti, omni ex parte desolati, à pijs-  
 sima Maria non sunt derelicti. Eam ob rem charissimi, diuus admonet Ber-  
 nardus, dicens: Altius intuemini quanto deuotionis affectu à nobis eam vo-  
 luerit honorari, qui totius boni plenitudinē posuit in Maria, vt perinde si qd  
 spei in nobis est, si qd gratiæ, si qd salutis, ab ea nouerimus redūdare, quæ ascē-  
 dit delitijs affluens. Hortus planē deliciarum quem non modo afflauerit ve-  
 niens, sed & perflauerit superueniens auster ille diuinus, vt vndiq; fluant &  
 effluant aromata, charismata eius scilicet gratiarū. Tolle corpus hoc solare qd  
 illuminat mundum, vbi dies? Tolle Mariam hanc maris stellam, maris vtiq;  
 magni & spaciosi, quid nisi caligo inuoluens & umbra mortis, ac densissima  
 tenebræ relinquuntur? Totis ergo medullis cordium, totis præcordiorū affe-  
 ctibus & votis omnibus Mariam hanc veneremur, quia sic est voluntas eius,  
 qui totum nos habere voluit per Mariam. Hæc, inquam, voluntas eius est,  
 sed pro nobis. In omnibus siquidem, & per omnia prouidens miseris, trepi-  
 dationem nostram solatur, fidem excitat, spem roborat, diffidentiam abigit,  
 erigit pusillanimitatem, Filioi, hæc peccatorum scala, hæc mea maxima fi-  
 ducia est, hæc tota ratio spei mei. Hæc ille. Itaque veneremur Dei matrem,  
 interponamus eius preces & merita inter nos & filium, petamus per illam  
 quæ Deo placeant, gratiam Dei & virtutes, quandoquidē delectant & illam e-  
 iusmodi votis suffragari. Libenter nobis postulat quod nouit filium iubere  
 vt petamus. Legimus Hester reginam (quæ Mariæ typum gessit) ad Assuerum  
 regem iratum se contulisse placandum, audiuisseq; *Etiā si dimidium regni mei  
 petieris, dabo tibi.* Regnum Dei quid est, nisi iustitia & misericordia? Hoc Deus  
 dimisit cum Maria. Sibi enim retinens iustitiam, misericordiam delegauit  
 matri. Quid putatis, charissimi, nunquid non ei quæ dignissima, aptissima,  
 ac nobis desideratissima ad hanc prouinciam est? delegauit? Si nos peccato-  
 res, ad hoc misericordiae officium quemquam debuissimus eligere, nonno o-  
 mnium vota collata essent in Dei matrem? Gratias igitur agamus Deo, qui  
 dedit nobis quod volumus, quam desideramus, in qua gaudemus maximè. Quā-  
 doquidem & ipsa pro benignitate sua nos libenter vult & amplectitur: vt potē  
 sibi sub cruce in filios commendatos, officiumq; suum fidelissimè simul ac  
 liberalissimè exequetur, gaudens etiam hac in re, hoc est, in diuisione re-  
 gni Dei, dimidium hoc, quod ad erogationem misericordiae pertinet, id est,  
 optimam partem sibi commissam, quæ nunquam auferetur ab ea. Eia igitur  
 beatissima Maria, nunc salus nostra in manu tua est, respiciat super nos tantū  
 domina nostra, & læti seruiemus regi. Dic soror nostra sis, imo dic,  
 obsecro, mater nostra sis, vt benè sit nobis propter te &  
 viuant animæ nostræ ob gratiam tui,  
 Amen.

Bernardus.  
 Quanto de-  
 uotionis af-  
 fectu Maria  
 nobis ho-  
 noranda sit.  
 Cantic. 8.

Psalm. 109.

Hester 4.  
 Regnum  
 suum vt di-  
 uiserit Deus  
 cum Maria.

Ioan. 19.

Gen. 47.

Gen. 18.

## IN EADEM SOLENNITATE.

Quomodo peccatores quosque vel exemplo, vel oratione beata Maria  
reducit atque Deo reconciliat.

Sermo V.

**Q**ua est ista, quae ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrha, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentary? Canticorum 3. Verbaliter Salomonis in persona beatorum spirituum, gloriosum Virginalium ascensum admirantium. Legimus autem & alibi in Esaia, eosdem pro Christi ascensione vehementius admirantes, inter se dixisse: *Quis est iste qui reuertitur ad Edom?* &c. Qui ergo iam dudum Christi (nec id mirum) nunc matris quae ascensionem admirantur, vnde singularem quandam excellentiae nominis vtriusque ascenditis, licet impari, aduertere licet, quae spiritibus summa, quae intelligentijs angelicis stuporem pariat atque miraculum. *Quaestio* (inquiam) *quae ascendit per desertum sicut virgula fumi?* &c. Virgulam fumocum lineam gracilis fumi, inftar virgulae ascenditis ex speciebus odorifera. Huic beatam comparant Mariam, propterea quod recta, subtilis, gracilis & odorifera sit, quemadmodum virgula fumi. Quorum omnium rationem praeteriens, cur virgula diminutiuo nomine dictum sit, tantum miram. Virgulam paruum esse virgam ne grammaticus quidem ignorat. Ita autem beata Maria (quod ad veram humilitatem spectat) parua in oculis suis, quamuis reuera magna esset apud Deum. Verum, quo minor in sua aestimatione, tanto maior digniorque habeatur apud Deum. Haec parua maximam eam fecit, haec humilitas super omnia eam exaltauit. Mirabile tamen plane humilitas, qua inter immensa gratiarum charismata, inter virtutes excellentissimas, inter diuinorum munerum ineffabilem gloriam, sui aestimationem vilem non abiecit. Honorata, nihilo minus humiliter de se sensit. Electa in Dei matrem, ancilla nomen sibi retinuit. Deum gestans in vtero incarnatum, ancilla officium vsurpauit. Cumque benedictam se inter mulieres audisset, seruilem personam exhibuit. Magna profecto & rara virtus, o sancta Maria, ut magna licet operantem, ad magna electam, magnam te nescias, atque manifestam omnibus, tuam teolum latere sanctitatem; mirabilem te apparere, & contempibilem te reputare, hoc ipsis virtutibus mirabilius est. Porro multa sunt, quae possunt ad huius virgulae commendationem dici. Sed ad alia pergendum est.

Esaie 63.

Virgulae fumi cur comparetur Maria.  
Humilitas Mariae quam mirabilis.

Luc. 1.

Quam odorifera fuerit Maria.

Castitas vti per myrrham designatur.  
Psalm. 44.  
Iudic. 11.

Maria virgula fumi est & odorifera. Verè odorifera, quae humilitatis suae odore altissimi filium attraxit. Odor autem eius ex aromatibus myrrhae & thuris, & vniuersi pulueris pigmentary. Per myrrham intellige castitatem. Cogor loquendo esse breuis, ideo rationem huius significationis explicanda (quia tempus absumeret) trahere: hoc tamen vnum dico: Sicut myrrha electa dedisti suauitatem odoris, sancta Dei genitrix. iam castitatis tuae odore excitati, ubique offeruntur regi virgines post te. iam non cum filia septima danteiceps plangitur, sed praedicatur & coronatur virginitas, idque ad vniuersos mundum

mundum vniuersum quantam odor ille vim sexui vtrique intulerit. Nesciebant aliud iumenta, quam putrescere in stercore suo. Venit Maria exemplum virginittatis suæ odoriferum spargens in vniuersum mundum, docuit myrrha mortificationis conditi & castificari corpora, & ex iumentis angelos fieri. Nam & vos o fratres, quid ad hoc viuendi institutum attraxit? quis vt perpetuum bellum molestissimam sanè pugnam indiceretis carni vestræ persuasit, ac in mundo vitam æmulari cœlestem, nisi odor myrrhæ huius electæ, imò & probatissimæ?

Sequitur: & thuris. Per thus accipimus charitatē, propterea quod eidem Virgini dicitur in Canticis: *Odor vnguentorum tuorum, sicut odor thuris.* Quorum vestimentorum? Eorum profectò, sine quibus intrare ad cœnam nuptialem inuitatis non licet. Loquitur tamen hic non de veste, sed de vestimentis. Sunt namq; duo vestimenta, odor vnus: duo præcepta, charitas vna. O quam odoriferam charitatem habuit B. Maria, cuius ad Deum feruor dirigebatur, sicut incensum in conspectu eius. Quis illam exprimet? quis explicabit charitatem eius ad homines? Hanc tamen eo audimus libentius, quo vtilius sentimus. Vtq; ita nos diligit Maria, sicut mater vnicum filium: Quandoquidē & filij eius sumus omnes sub cruce eidem commendati, & spiritualiter ex ea (vtpote Christi membra) geniti. Huius autem matris duo sunt erga nos affectus charitatis, velut duo vbera quibus penitentes & nouiter conuersi (quippe cum sint teneri filij gratiæ, & quasi modo geniti infantes) lactentur, haud dubium meliora vino austeritatis, misericordiæ & pietas. Misericordiæ enim ad ignoscendum & recipiendum inclinât. Pietas verò ad subueniendū & benefaciendum extimulat. Vbi etiam considerandum, vix aliquem factorum ad robur excreuisse perfectionis, qui non primum huius Virginis vberibus lactatus sit, imò (vt addam) vix peccatorum quempiam conuersum nisi primo thuris huius odore delectatum, vix ad innocentiam, vix ad Christum peruenisse nisi calefactum ante & forum calore charitatis beatæ Mariæ. Siquidem potentissime ac dulcissime, sicut & desiderantissime peccatores trahit & recipit Maria. Vnde (vt dixi) fermè quotquot diaboli seruitutem abstant, in schola Mariæ primo erudiuntur, sub Mariæ cura, sub eiusdem custodia, tutela & educatione, conuersionem suam inchoant. Neque enim ad misericordiæ matrem accedere metuunt, vbi durum nihil inueniunt, vbi cum lacte opus sit, ad vbera pietatis eius libere se suspendunt. Accedit quod hoc illi sit officium, hæc ei obedientia commissâ, vt nouitiorum ad Deum se conuertentium sit magistra & mater: imò (vt plus dicâ) ad alliciendos, ad capiendos peccatores, laqueus sit & decipula saluberrima. Hoc enim ipsum Deus Pater testatur ad sanctam Catharinam Senensem in extasi de quodam quasi desperatæ salutis per Mariam saluato, loquens: Non enim (inquit) obliuioni tradideram, amorem atque reuerentiam eius ad Mariam vni geniti filij mei genitricem gloriosam. Cui concessum est à bonitate mea propter incarnati verbi reuerentiam, quod quicumq; iustus vel peccator recurrit ad eam cum deuota reuerentia, nullo modo diripietur vel deuorabitur ab infernali dæmonio. Nam ipsa est à me velut esca dulcissima collocata, & electa pro capiendis hominibus, & animabus præcipue peccatorum. Hæc ibi.

Trahit autem (sicut dixi) non minus libenter quam suauiter: quippe con-

Charitas per thus designata. Cant. 4. Matt. 22.

Psal. 140. Caritas B. Mariæ quæcunq; i. Pet. 2.

Peccatores quo modo trahit recipiatque B. Maria.

Nouitiorum magistrâ esse B. Mariâ



Peccatores  
quo pacto  
fiat gloria  
& corona  
B. Mariæ.

Libanus  
quid.  
Cant. 4.

Amana  
quid inter-  
pretetur.  
Sanyr quid.  
Iob 24.  
Hermon  
quid.

1. Pet. 5.  
Cubilia leo-  
num my-  
sticè quid.  
Pardus quid  
mysticè.  
Ecclef. 2.

Montes Par-  
dorum my-  
sticè quid.

Peccatores  
vt per Ma-  
riæ preces  
ac merita  
cōuertantur.

Pfal. 76.  
Matt 3.

Apoc. 12.

testata cuidam sibi deuoto, peccatores gloriam suam esse. Nam quicquid gra-  
tiae, quicquid dignitatis, quicquid habet præeminentiae (vt sit genitrix Dei) pro-  
pter saluandos habet peccatores. Qui si non essent, nec Deum utiq; incarnari,  
nec ipsam necesse fuisset matrem Dei fieri. Quid vltra dicam? Peccatores sunt  
etiam in celo corona eius. Siquidem loco quodam inuitans eam sponsus, e-  
dem & filius suus de Libano, id est, de monte candoris, hoc est, de perfectio-  
ne (vt summam perstringam) candidissimæ sanctitatis ad coronam percipi-  
endam. *Veni (inquit) de Libano soror mea sponsa, &c. Coronaberis de capite A-*  
*mana, de vertice Sanyr & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus Pardorum.*  
Audistis vnde corona promittatur Mariæ, videamus etiam quid hæc signifi-  
cent. Amana interpretatur, iniquus ei, vel coangustans eum, & significat op-  
pressores iustitiæ, & vim inferentes. Sanyr (vt dicunt) sonat idem quod dis-  
tor, seu auis nocturna, & significat luxuriosos, quorū studium & volatus est  
in tenebris iuxta illud Iob: *Oculus adulteri obseruat caliginem.* Hermon inter-  
pretatur anathema tristitiæ, & significat peccatores enormes à fidelium com-  
munionem excisos aut excommunicatos. Sequitur aut de cubilibus leonum.  
Leones quid significent, ex B. Petri epistola capitur, dicentis: *Aduersarius ves-*  
*ter diabolus tãquam leo rugiens creuit &c.* Est ergo diabolus leo, cubile leonis est  
anima vitij aded subdita, vt in ea diabolus non secus atque in hospicio pro-  
prio cubet. Cubilia ergo leonum, peccatores sunt impij, velut habitacula cri-  
monum. Porro pardus varicolor, eam significat animam quæ partim virtu-  
tibus, partim vitij seruit. Cum autem neq; virtus, neq; sanctitas sit sine in-  
tegritate, quin potius væ homini sit duas vias ingredienti, eo periculosus pec-  
cat is, qui vel vni peccato obnoxius simul aliquod de genere bonorum agit, de  
quo sibi blandiens inani præsumptione extollitur. Montes ergo Pardorum  
sunt iusti de nouitate doctrinæ aut singularitate vitæ glorientes: item hypo-  
critæ & hæretici bona malis commiscentes. De omnibus autem ijs peccato-  
rum generibus, & potissimè qui in sceleribus insignes ac excellentiores tan-  
quam capita, vertices & montes, sunt peccantium, promittitur corona bea-  
tæ Mariæ. Quandoquidem per eius pietatem studia, preces, merita, per eius at-  
tractionem, & dulcedinem, peccatores quamlibet magni conuertuntur, pri-  
mum quidem ad eius amorè & deuotionem, deinde vero etiam ad correcti-  
oris vitæ normam, hoc est, ad Christum. Montes igitur & colles per Mariam  
humiliantur, de feris fiunt homines, de tenebris lux, de peccatoribus iusti.  
(Hæc enim est mutatio dextræ excelsi) ex lapidibus suscitantur filij Abrahæ.  
Ex bestijs creantur stellæ, vt corona capiti tantæ reginæ digna imponatur, ipsi  
quidem in Canticis de feris, id est, impijs promissa, alibi verò in Apocalypsi  
ex stellis, id est, iustificatis exhibita. Sic enim legimus: *Signum magnum appa-*  
*rui in celo, mulier amictu sole & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stel-*  
*larum duodecim.* Multum quidem differrent cubilia leonum, & cetera eiuſmo-  
di à stellis, per Mariam tamen fit vt qui ante conuersionem erant montes, &  
cubilia ferarum, iidem post vt stellæ in ipsius fulgeant corona. Quotquot e-  
nim eius pietate conuertuntur, quotquot eius cura saluantur in corona eius,  
id est, ad gloriam eius tanquam stellæ fulgebunt. Credo fratres charissimi, ne  
inter vos quidem deesse, ex quibus corona velut ex stellis fiat Mariæ, puta qui  
ad Mariæ sicut ad thuris odorem excitati, qui eius tracti amore priuam ad  
ipſam



ipsam tanquam ad ciuitatem refugij ( vtpote scelerati, & iudicis sententia digni ) confugerunt. Deinde per eandem reconciliati sunt Christo. *Olim quidē* Ephe. 3. *tenebra, nunc autem lux in Domino.* Verūm de hoc satis, quare dicta sit virgula fumi ex thure. Concludunt summam angelī & vniuersi pulueris pigmentary, expressius non vnam vel alteram, sed omnes virtutes commendantes. Nam quicquid pigmentarius ille Spiritus sanctus cæteris per partes distribuit, Mariæ totum simul infudit. Vnde sicut non defuit ei virginum continentia, ita nec sobrietas confessorum, nec constantia martyrum, non Apostolorum zelus, non prophetarum scientia, non patriarcharum fides, non puritas angelorum: quin etiam sicut meritis omnes ordines non solum attingit, sed supergressa est, ita super cunctos hodie præmiorum quoq; gloria est exaltata, ad laudem filij eius Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Ut beatissima Virgo Maria per arcam veteris testamenti eaq; que in ipsa continebantur figurata sit: deq; modo dormitionis & assumptionis ipsius.*

## Sermo VI.

**A**bierunt Dauid, & omnes maiores natu Israel, ad deportandam arcam Deī de domo Obededom in ciuitatem Dauid, cum gaudio. Porro Dauid accinctus erat Ephoth lineo: ipseq; & omnis domus Israel deducebant arcam fœderis Domini in iubilo, & clāgore buccinæ & tubis, & cymbalis, & tymbanis & citharis cœcrepantes & construebant eam in medio tabernaculi, quod tēderat ei Dauid. II. libro Regum cap. 6. & 1. Paralipomenon capite 13. Si in cæteris sermonibus & pro quouis alio opere gratiam per Mariam quærimus, multo magis id fieri conuenit cum pro eiusdem laude contendimus, quam rogamus. Salutemus ergo ipsam cœli reginam: gloria & honore præ eminentissimam mente pia dicentes, *Aue Maria. Abierunt Dauid, &c.* vt supra. Charissimi fratres, quod olim figuratiter gestum legimus de arca veteris testamenti, intelligimus hodie in beatissima virgine Maria vera haud dubiè, & animata arca completū, quæ mundi huius calamitates corporaliter inhabitare desinens, de domo Obededom, id est, de domo terræ seruienti, hoc est, de hoc mundo ad supernā Hierusalem translata, lætabundo cœligenarum omnium occurso, iubilo, applausuq; in arcam Dauid, id est, in ciuitatem Dei, ad supernas cœli sedes à filio sibi præparatas introducta est. Siquidem per arcam Dei Mariam significari omnes, tum docti, tum deuoti consentiunt. Quod quamuis etiam nulli nostrum sit ambiguum, ne tamen desit nobis materia prædicandi, & vt gloriosissimæ reginæ nostræ in cœlum abeunti, vel quantulumcunque nostræ deuotionis accurrat obsequium, triplicem dicemus congruentiam, vnde clareat, quam non absurdè per arcam Dei Maria dicatur esse figurata. Prima congruentia est, à vi nominis. Arca quippe quasi ab arcendo dicitur, quod arcani non nihil in se arceat, siue custodiat. Quia & in figurali arca quæ seruabatur, ita erant arcana siue abscondita, vt ne arca ipsa quidem omnibus, sed

Arca Dei vt  
signet B.  
Mariam  
Virginem.

Arca vnde  
dicatur.

sed filijs Aaron tantum conspicua fuerit. Porro, spiritualis nostra arca ad secretissimum diuinæ incarnationis mysterium in se reponendum facta ad abscosum id tenuit, ut etiam is qui reponendum nunciabat archangelus, modum ignoraret. Propterea enim (secundum diuini Bernardi expositionem) Maria salutata, & de incarnationis modo percontanti respondisse putatur. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tui*: quod tantum mysterium ei soli esset per experientiam patefaciendum, cui mox erat credendum. Secunda congruentia est ab his, è quibus constructa fuit arca. Ex duobus compactam legimus arcam veteris testamenti, videlicet lignis setim & auro. Per ligna setim, tam spiritus quam caro Mariæ potest intelligi. Ligna namque setim, (præter alias proprietates, Mariæ aptissimè congruentes) sunt imputribilia. Et spiritus Mariæ quomodo incorruptibilis impetribilis, integerque non fuit, qui nulli vnquam vitio, nulli peccato subiacuit. Deinde etiam caro eius à communi infectione immunis, ab originalis peccati fomite intacta, non vidit corruptionem, non passa est consumptionem, nec in cineres resoluta, sed super choros angelorum, in decorem domus Dei est exaltata. Per aurum verò, quo exterius intusque arca vestiebatur, excellentissima eius intelligitur charitas, rutilas, indeficiēs, omnium virtutum in se colligēs venustatē interior quo ad Deū, & exterior ad homines. Tertia congruentia est, ex cōtentis in arca: in arca, n. fuerūt vna aurea, q̄ māna Israelitici seruaret, virga Aaron, tabulæ Moysi, & Deuter. liber. Si intelligere rectè volumus, omnia hæc simul Christum nobis, in vtero virginis clausum. Nam vna aurea in se habens manna, corpus Domini significat, in se habens manna diuinitatis: panem vtiq; viuum, qui de cælo descendit, & veros Israelitas ad terram promissionis anhelantes saginat. Quæ quidem vna idē fortasse aurata velut arca, dicitur, ut discrimen inæqualitatisq; inter Christum & Mariam non ignoremus. Iam quod additur virga Aaron, nihil video, nisi quod Christum licet de sacerdotali genere secundum carnem natusum, ipsum tamen & regem intelligeremus, qui *purgam virtute sua, sicut in ceteris deum in medio inimicorum suorum*. Postremo, per tabulas Moysi, & librum Deuteronomij Christum non solum scientiæ legis doctorem, verum etiam nouæ legis, scilicet, gratiæ promulgatorem, legisferumq; fore accipimus. Et ita tandem fit, ut hæc omnia sicut in arca typica Christum significabant, ita spiritualiter Christo adhærentia cum Christo in arca virginica reconditaauerint. Accedit ad prædicta omnia, quod arca veteris testamenti, propter eadem quæ seruabat, arca fœderis Domini dicebatur. Porro, Maria noui testamenti quam congruentissimè arca fœderis dicatur & sit, aduertit ex fœdere illo magno & indissolubili, quod in virginali eius vtero inter Deum genusq; humanum inicum est, atq; firmatum. Antequam enim Maria Deum arca fieret, Dei fuimus inimici, chaosq; magnum inter nos & Deum firmatum erat, ut qui hinc vellent transire ad Deum, non possent. Fabricata autem nostra, in ea se Deus recludens ad eodē reconciliamur naturam nostram, ut extraque, hoc est, diuina pariter ac humana ibi conueniente, vnus fieret Emmanuel, vnus Christus. Adde, quod quemadmodum inter homines ad firmitas robur perpetuæ pacis fœdus nonnunquam contrahitur per copulam nuptiarum, ita nobiscum fecit Deus: quamuis & hoc parum Deo videbatur, quod natu-

Bernardus.

Luc. 2.

Arca testamenti è quibus constabat rebus. Exod. 25. Setim ligna quid in Maria mysticè designent.

Aurum arce quid in Maria signet. Arca quæ in se continebat.

Vna aurea vt signet Christi corpus. Ioan. 6.

Virga Aaron quid mysticè designet. Psal. 109. Tabulæ testamenti quid signent mysticè.

Arca cui dicta sit arca fœderis Domini. Luc. 15.

Fœdus inter Deum & homines qui fuerit firmatum.

naturam nostram sibi copularet, nisi & in vnam personam inseparabiliter sibi vniret. Quod totum in arca fœderis, in mediatrice & domina nostra Maria factum, completumq; nouimus. Idq; idè, vt si post hac pater rursus cogitationes cogitaret contra nos, non pacis sed afflictionis, animaduertens nos filij sui fratres, contineat manum à genere suo. Liquet ergo quam non immerito arca fœderis dicatur Maria, ex qua mediator Dei & hominum prodijt, pacificans omnia, & quæ in cœlis, & quæ in terris sunt: vtpote pax nostra, Deo mundum reconcilians, & faciens vtrâq; vnum.

Addendum postremo, quod sicut illa, ita & hæc dicitur arca propiciationis, imò verius miserationis, & totius consolationis: quandoquidem quicquid gratiæ, quicquid virtutis, quicquid muneris Deus nos habere voluerit, teste Bernardo, per canale hoc gratiæ exuberantissimum, per manus dulcissimæ matris suæ transeat, necesse est. Et de hoc satis. Reliquum est nunc, vt quod equidem nulli dubium puto, paucis ostendamus, quomodo longo maiori honore, gloria, exultatione, iubilo, concentu cœlesti, arcam nostram in cœlum, quam illam in domum Dauid deductam esse. Placet namque non minus doctis quam deuotis, quod beata Maria instante dormitionis suæ tempore, quo ad filium (cui creberre imis suspirijs & desiderijs flammigeris coniungi indies astuabat) vocari assumiq; deberet, congregatis vndiq; ad se Apostolis, depulsis quoque ex aere cunctis malignorum spirituum agminibus, vehementissimo amoris igne liquefacta, & suauitate contemplationis inæstimabili ad Deum suspensa, nullum senserit dolorem (etiam in diuortio spiritus à carne) nec lecto (vt pictores fingunt) debuerit, sed genibus in oratione flexis (quod moriendi genus speciosissimum est, atque nonnullis minoribus sanctis concessum) spiritum sensim colligens, Christo filio suo dulcissimo tradiderit. A quo quanta reuerentia, qua charitate, quam castissimis complexibus suscepta, quanto honore, quali triumpho, quibus gaudijs, quantis exultantium choris, quibus occurrentium tripudijs, &, vt semel finiam, quam iubilosa, celeberrima, nobisq; ineffabili festiuitate deducta sit, in quantum gloriæ decorem ac præ eminentiam subleuanda conscenderit, quomodo demum aut quando corpus integerrimum sibi reuiniendum acceperit, vestrum cuiusque deuotioni meditandum relinquo. Hæc tantum admonens, vt speciosissimæ atque gloriosissimæ reginæ nostræ, imperatrici nostræ, matri nostræ, toti spei & consolationi nostræ hoc gloriæ munus faueamus, incomparabili eius præ eminentiæ congratulemur, de læticia eius inenarrabili exultemus: quandoquidem & ipsa omnem nostram salutem sollicita agit & promouet, abiecta & vilia nostra non despicit, peccata nostra quantumcunque enormia (modo nobis displiceant) & confusiones non horret, nec vquam definit nobis curam impendere, donec vbi nulla egeamus cura, mereamur peruenire. Quod nobis eiusdem meritis præstet, qui propter nos peccatores eius dignatus est fieri filius, Iesus Christus

Dominus noster. in secula benedictus,

Amen.

Collof. 1.  
Ephes. 2.

Arca Moysi  
cur vocetur  
arca propi-  
ciationis.  
Bernard.

Dormitio-  
nis B. Mariæ  
modus quis  
fuerit.

IN SOLENNITATE NATIVITATIS GLORIO  
sissimæ semper Mariæ Virginis.*De beata Mariæ pulchritudine tam externa, quam interna.**Sermo I.*

**Q**VAM pulchra es amica mea, quam pulchra es & decor. Cantorum quarto. Charissimi fratres, quum in creaturarum multitudine mira sit pulchritudo, omniq; ex parte varietas, indeq; maxima emineat gloria conditoris, excitetur demique admiratio contemplantibus Dei potentiam, Dei sapientiam, Dei bonitatem ac providentiam, nihil dubitandum est in beatissima Maria pulchritudinem, decorem, virtutes, gratiam, dona, gloriam, atque ut simul dicam, omnia singularissimè, excellentissimè, incomparabiliterq; enitere, quicquid in vltimicat creaturarum, & præterea multa quæ nulla alia attingit creaturam. Quando enim æterna illa sapientia matrem suam omni pulchritudine, singulari decore, admirabili excellentia, incomparabili gloria non exornaret, cuius perfecta, admirabilia, inuestigabilia omnia sunt opera? Quando operum suorum dignissimum præstantissimumq; negligenter accuraret? Quando domum suam, quam decet sanctitudo, quam ædificare voluit, non faceret omnibus nobiliorem atque splendidiorem? Proinde certissimum relinquitur ea quæ omnes deberet excedere creaturas, quæ proxima foret Christo, atque ad eum Dei mater, tanta esset (teste Anselmo) quæ non posset fore maior, nisi esset Deus. Tanta, inquam, esset, quantam eam facere omnium conditor Deus sua potuit sapientia. Itaque decebat ut speciosissimi præ filiis hominum, mater esset speciosissima præ filiabus hominum, tota pulchra, tota immaculata, tota gratia plena, tota virtutibus perfectissimis exornata, tota gloriosa. Est autem duplex pulchritudo, externa seu corporis, & interna quæ est animæ. De corporali pulchritudine Mariæ multa disputat venerabilis Albertus, tribuens ei quæcumq; medici corpori ascribunt enocratico. Quamvis verò ex dictis Epiphaniij Episcopi, item ex aliorum deuotorum libris colligitur, erat beata Virgo Maria decora facie, elegantis formæ, & statura optima. Caro eius coloris lactei cum rubedine, & desiderabilis aspectu. Caput eius erat aliquantulum oblongum, frons non lata, sed plana, quadrata, moderata magnitudinis, decens, humilis, atque demissa. Oculi erant pulchri, clarè lucentes, aspectu delectabiles. Visus mitis, benignus, humilis ac mansuetus: pupilla oculorum nigra, & valdè lucida: supercilia nigra, nec plus satis densa. Nasus rectus ac mediocris, æquali descendens linea. Genæ eius sacre, neque pinguiore, neque macilentiores quam sat est, sed formosæ nimis, albæ ac rubicundæ, quomodo si lacteo roseus color misceatur. Os eius sacratissimum delectabile erat ac amœnum, omniq; suauitate plenum. Labia rubentia habuit, eaq; aliquantulum tumentia, quorum inferius paucillum exuperabat superius, non sine magno decore. Dentes erant candidi, æquales ac recti. Mentum quasi ad quadrum decenter mensuratum & vallicula diuisum. Collum candidum non admodum carnosum, nec etiam macie nimis confectum.

Manus

Psal. 92.

Anselmus.

Psal. 44.

Cant. 4.

Luc. 1.

Pulchritudo duplex

quæ sit.

Albertus.

Epiphani.

Pulchritudo corporis

B Mariæ

quanta.

Manus erant mundæ, digiti tornatiles, recti, longi ac graciles, atque hoc modo totius corporis schema manu sapientiæ Dei mirificè formatum. Vestes habuit purpurij coloris, palliũ ætherij. Gressus eius planus, modestus erat & compositus. Capite incedebat paululum demisso, vtputa pudica virgo ac humilis. Vox eius erat sonora, sed pudicissima pariter ac dulcis atque iucunda. Silentium semper amabat. Proinde loquebatur rarius, secretum solitudinis quam maximè obseruans. Erat miræ patientiæ, nunquam visa irasci, nunquã ridere, nunquam verbum proferre ociosum. Optimis vixit moribus, vt nulli grauis, nemini onerosa, omnibus esset conuersatio eius amabilis & suavis. Ingenio erat felicissimo, libros omnes sacros docta, & opere muliebri manuali omnifariam peritissima. In templo viuens, cunctis virginibus emicabat deuotior iuxta ac humilior, æstimans se nouissimam aut infimam, & cæteras sibi omnes præferens cum honore. Quia verò plena omni erat virtute, omniq; fulgebat gratia, magna veneratione colebatur ab omnibus, diligebatur ab omnibus, & fama eius diffundebatur. Hæc ex Epiphanijs & deuotorum dictis de corporali eius externaq; pulchritudine & elegantia venustæ conuersationis. Quibus ad stipulatur maximè, quod in sacra scriptura hæc sanctæ mulieres, quibus beatissima hæc virgo figurata est, summa cum laude à pulchritudine laudantur. E quibus, vt pauca referam de multis. Sara vxor Abrahæ, mater à Domino multarum gentium dicta, & idcirco haud immerito eam, de qua loquimur, præfigurans omnium nostrum matrem Mariam (siquidem ex gentibus conuersi sumus omnes, & per fidem, Abrahæ filij) nõne incredibilis refertur pulchritudinis? Pharaõ Aegypti rex nesciens Abrahæ coniunctam tulit eam, statuens sibi coniungere in vxorem. A Deo tamen prohibitus, eam non tetigit. Hæc præstantior multo est mater nostra, quæ licet incredibili fuerit pulchritudine, multoq; maiore, quam Sara morum elegantia venustata, à nullo tamen potuit concupisci viro. Siquidem pudicissima in ea castitas, adeoq; pura ac virginea erat, vt omnium etiam se intuentium corda penetrans casta redderet, hoc est, vt desideria motusq; illicitos, & quicquid petulantiam olet, in se contemplantibus aut secum conuersantibus extingueret. Inde fuit quod dixi, vt à nullo vnquam potuerit viroꝝ carnaliter concupisci. Hanc deinde Rebecca quoque præfigurauit, quæ scribitur puella decora nimis, officiosissimãq; pietate, & hominibus, & camelis ad vocem pueri Abrahæ potum offerens, quemmodum Maria hæc nostra longè omnium speciosissima, gratiarum fluente, & iustis & peccatoribus (pro omnibus enim gratiam inuenit apud Deum, quæ omnes debuit consolari) propinax. Et vt reliquas omnes præteream, quid de Iudith & Esther, quarum prior populum Iudaicum ab obsidione & exterminio, altera à communi omnium damnatione, ac cruento regis edicto, eripuit. Nunquid non vtraq; in credibili pulchritudine, roseoq; vultu, gratis quoque ac renitentibus oculis in scriptura perhibetur decora? & hæc quomodo beatissimam Mariam præfigurant, cum sit nimis manifestum, prætereo. Reuerà enim hæc virgo castissima, & regina nostra caput amputauit Holofernis, faciens (vt pote mulier Hebræa) confusionem magnam in domo Nabuchodonosor. Sententiam præterea regis, ac mortis damnationem contra nos latam reuocauit, vitæq; vnde lux noua nobis oriri visa est, nos restituit. Nihil his verbis (tamen ita loqui-

Mores quã habuerit B. Maria candidos.

Mulieres quænam typi gesserint B. Mariæ. Gen. 17.

Gen. 12.

Castitas B. Mariæ pudicissima.

Gen. 14.

Iudith 11. Esther 4.

Iudith 13.



loquimur ) Christo derogamus. Scio enim vos pios omnes, & quomodo de Christo, quomodo de eius matre hæc vera intelligantur, posse discernere. Verùm hætenus de pulchritudine corporali. Nam etiam ea pulchritudo alia spiritualis. Cæterum pulchritudinem hæc, hoc est puritatem, candorem, internumq; animæ decorem quis non præferat corporis venustati? Et de hac quid dicturi sumus? Nihil certè dignum, nisi quod ammiramur eam, admirariq; vos monemus, tanquam id quod non capimus. Comparisonem habemus in creaturis, quæ eam, hoc est, speciosissimè puritatem dominæ nostræ significant. In die enim quid lucidius quidve pulchrius sole? In nocte quid speciosius luna & stellis? Inter vtrumque, hoc est, diluculo, quid aurora rutilantius? Et per hæc significatur Maria. Speciosius quid sunt hæc, pura ac munda sunt, lucida sunt. Verùm tamen nihil ad decorem naturalemq; pulchritudinem animæ cuiusvis, quæ data est illi à lucratore, quamdiu impolluta manet à peccato. Si itaq; animæ cuiuscunque decor & pulchritudo naturalis, nulla adhuc peccato coinquinata tanta est, ut multo maximè vincat pulchritudinem, claritatemq; solis, quantum creditur anima, supernaturalis (ut ita dicam) Dei gratia ornata? Quanta demum animæ gloriose virginis est puritas, quanta lux, quantus candor, quantus decor, quanta venustas, quanta claritas, quæ nunquam inquinata fuit (præceteris animabus hæc præ eminentia gaudens) nunquam Deo displicuit, nunquam non perfectissimè Deo placuit, omniumq; gratiarum decore ornata fuit? Quanto præterea gratiarum diuinarum, tum multiplicitate, tum varietate in ea in dies crescente, quotidie maior, etiam ei decor accessit? Quid quod angelis illustrior, creaturis omnibus clarior, post Christum suprema gaudet puritate? Miremur igitur charissimi eius internam, ut dixi, pulchritudinem, quando quidem & angeli admirati sunt, dicentes: *Quæ est ista quæ progrediatur velut aurora confurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata?* Et eius contemplatione accendamus ipsi quoque puritatem emulati cordis. Puritas cordis est certè nobis finis quidam, præsertim (vita loquitur) instrumentalis, quo omnes actus vltèrius in Deum destinandos dirigimus. Siue enim abstinemus delictis, siue ieiunemus cibo, siue vigilijs, alijsq; mortificemus corpora nostra afflictionibus, necesse est, ut ibi (hoc est per ea) quæ rantur puritas, tranquillitasq; cordis, si prodesse debeant. Quid enim contulerent hæc omnia, aut quid consecrarent cordi impuro ac impacato? Propter ea corporalium afflictionum exercitiorumve tantum sumendum est, quantum conferunt cordis puritati. Nam si puritas cordis exercitio tuo corporali, præsertim cui haudquaquam obnoxius es, impeditur aut etiam plus turbatur, cui te affligis? Neque enim hoc modo ad Deum, sed à Deo recedis. Puritas igitur cordis omnibus anteferenda est. Cui potissime suffragatur, quæ transeunt, & peritura sunt contemnere, & veluti indigna, propter quæ pax, puritas, salusq; æterna impediri debeant arbitrari, atque ideo propter ea vti suo iure quis abstinere potest) pro his non rixari, non contendere, nec vltiorum horribiles occupationes quærere. Conferunt item aliena, quæ profectui nostro non seruiunt, malle nescire. proximorum beneplacitis, vti lex nulla alia obstat) magis quam nostris obtemperare. Singulam sub articulo summa custodia, ne de absentibus, nisi certa bona loquatur, continere. Inde enim

Pulchritudo spiritua-  
lis B. Mariæ  
quanta.

Animæ iustitiae pulchritudo quanta

Cant. 3.

Puritas cordis vti sit omnium exercitiorum scopus.

Puritati cordis quid maxime suffragetur.

varia oriuntur mala ac perturbationes) singulares familiaritates (vbi in cōgregatione viuunt) vitare. Hæc enim plerumque cūssidijs & turbationibus grauibus post soluantur. Conducit præterea cordis puritati abstractam vitã agere, otia & colloquendi occasiones maximopere vitare, scrupulos superfluos, & quietem conscientia auferentes seponere, atque mentalibus exercitijs, puta lectiõni, potissimè verò orationi assidua, fermeq; continuè vacare. Itaque hæc sunt, quæ cordis puritatem iuuant ac seruant. Quam vtinam purissima hæc Virgo Maria felicissima omnib; laude dignissima, nobis impetret à filio suo, qui super omnia est benedictus in secula, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*De multiplici benedictione Mariae, exhortatioq; bonorum ad perseverantiam virtutis.*

*Sermo II.*

**B**enedictu in mulieribus. Lucæ I. Duodecim benedictiones charissimi fratris in B. Maria, quali quatuor ternaria reperio, tamen si multo sint plures, quæ det otiosissimus quisque Mariæ deberet quotidie recolare, Deoque pro benedicta eius matre gratias agere. In primo ternario prima est benedictio, præconium seu priuilegium, quod præ omnibus mulieribus ad redemptionem nostri generis cooperatrix filij Dei electa est. Atque ideò redemptori nostro ab initio vsque ad vitæ finem adstitit. Ipsa namque sola digna visa est, in cuius tabernaculo is, qui ipsã creauerat, requiesceret: atque omnibus ad hoc officium necessarijs benedictionibus donisq; exornaret. Altera est benedictio, quæ sequitur ex prima. Quia n. p altissimo statu ac officio est electa, præseruauit, hoc est, mundã seruauit illam Deus ab omni peccato. Nunquam disciplicuit Deo. Nullius offensionis diuinæ, nullius culpæ conscientia habuit, quod quantum sit conscientia gaudium, ineffabile est cogitare.

Tertia, quod omnibus donis, omnibus gratijs, atq; adeò quocunq; potuit decore Deus eã & in anima & corpore exornauit. Quæris quanto eã decore exornauit? Nempe tanto, cui nullus in creatura posset alius comparari. In secundo ternario, prima est benedictio (in ordine reliquarum, alioqui quarta) quod virgo filium concepit, non quemcunq; sed altissimi, hoc est, quod mater est Dei. Quare dignitas eius super omnem excedit creaturam. Altera benedictio est, quod nouem mensibus Deum incarnatum in suo utero virgineo portauit, haud dubium Dei amore & consolationibus diuinis tota ebria. Tertia, quod sine dolore Deum & hominem genuit, atq; in partu, & post partum virgo inuolata permanfit. In tertio ternario benedictio prima (alioqui in ordine septima) quod Christum infantem vbere virgineo lactauit. Neq; enim infra miraculum est, virginem lactare, quemadmodum supra naturæ est vsum virginem parere. Altera benedictio, quod Christum Dei & suum filium digna fuit educare, alere, vestire, atq; cetera eidem humanitatis ministeria exhibere. Tertia, quod triginta annis Christum Deum hominem familiarissime in eadem domo sibi habuit cohabitantem, atq; obedientissime subditum. Quas ibi consolationes, quæ gaudia, quem profe-

B. Maria  
quanta de-  
core fuerit  
ornata in  
corpore &  
anima.  
Luc. I.

Luc. 13.

Luc. 11.

Luc. 2.

Ioan. 19.

Spiritualis  
quō efficiat  
tur homo.

Fuga cuius  
modi neces-  
saria sit pro-  
ficere volenti

Locutio ra-  
ra quam sit  
desideranti  
proficere ne-  
cessaria.

Singularitas  
laudabilis  
ac neces-  
saria que sit

etum ex alloquio, aspectu, eiusque consolatione & presentia acceperit, quis ex-  
primeret? In quarto ternario prima est benedictio, qua Christum predicantem,  
miraculāq; facientem ubique comitata fuit, animarum gratulans con-  
uersioni ac salutem, & filij honori. Si enim ceteri homines admirantes gaude-  
bant in operibus Christi, quae gloriose fiebant ab eo, quantum putatis mater  
gauiſa est de filio? Etsi Martella dictum est, non eum solum beatum esse dicen-  
dum ventrem, qui portauit Christū, cuiusque idē vbera suxerit Christus, ve-  
rum etiam quoque, beatos, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud,  
quanto omnium putamus maximē Mariam beatam, quae reuera & deuoti-  
sime illud audiuit, & diligentissime in corde suo conseruauit, & studiōsi-  
mē operando impleuit? Altera benedictio, quod sola sub cruce fide in concu-  
sa Christo amarissimē patienti, ipsa dolorosissimē cōpatiens adstitit, atque in  
filios nos omnes mater nostra pijsima à Christo sibi commendatos accepit.  
Tertia, quod modo in gloriam corpore & anima assumpta, atque super an-  
gelos exaltata Christo filio proxima est sociata, vt quemadmodum fuerat cō-  
passa eidem in terris, ita modo cum eodem regnet in coelis. Pro his duode-  
cim benedictionibus Mariam matri vestrae, atque coeli reginae collatis, Chris-  
tū debetis fratres laudare, benedicere, adorare, atque illi gratias agere quo-  
tidie, & inde quando beatissimae Mariam vos vultis commendare, deuoti-  
ssimum vobis exercitium constituere. Nūquam enim efficitur homo spiritua-  
lis, nisi spiritualia habeat exercitia, quibus peccata sua recolat, & pro ijs se-  
mel, bis, terve, quotidie ad gemitus & lamenta se exercent: pro beneficijs  
diuinis gratias agat, modos emendandi se quotidie renouet atque imitatur,  
pro virtutibus, maximē autem pro charitate perfectissima Deum orat. Ne-  
cessaria est praeterea proficere volenti fuga personarum & occasionum, quibus  
se implicari, aut tentari, impediri ve sentit. Nā cū personis, qui nō ciuile  
sunt propositi, & quorū morib; exēplo ac verbis, nō ad animam profectum, ad  
feruorē quoque & deuotionē se in flāmari atque iuuari sentit, sed potius ad men-  
tis distractionē, ad pacis turbationē, ad inquetationē cordis, ad leuitates & rē-  
poris amissionem occupari, horū praesentiam, colloquiāq; (vbiunque po-  
test salua charitate) deuiter. Nullam habeat familiaritatem cum his, quorū  
nolit in se mores, tentationes atque defectus transformari. Oportet quoque  
hominem volentem fieri spiritualem, paucissima & raro loqui (quia lingua  
spiritum & deuotionem interturbat) oportet abstractam ducere vitam, o-  
portet tempus vtilibus exercitijs locare, ociositatem verō atque temporis a-  
misionem maximē cauere. Summopere autem necessarium est, omne deli-  
ctum, non minus paruum, quam magnum velle cauere, hoc est, vt nullo vn-  
quam modo scienter atque voluntariē velit peccare. Nam si peccata non ca-  
uet, aut quia parua sibi videntur, aut quia desideria sua non vult abnegare,  
sed ijs vult satisfacere, huic nulla vnquam speranda est spiritualis vitae re-  
formatio. Quando enim vitijs atque passionibus morietur, qui non vult  
mori peccatis? In his omnibus non est attendendum fratrum aut hominum  
aliorum eodem spiritu ambulare nolentium murmur, aut quasi de singula-  
ritate scandalum. Necessaria omnino est haec singularitas (si difformes esse  
volunt ceteri) vbi custodienda sunt Dei praecipra, Deique beneplacita faci-  
enda, peccata & peccandi occasiones vitanda, transgressiones cohibenda, mor-  
tificationes.



ificanda desideria, atque ubi, si ita necesse est, aliorum animos oportet offendere, ne Christo displiceatur. Hæc singularitas omnium sanctorum fuit, est eritque semper, quæ transgressoribus in delictis non communicent, ut quæ faciendæ sunt, diligentissimè custodiant: quæ prohibita, summopere vitent. Ibi filij, si quis de singularitate vobis objicit, respondeatis illum potius suas ineptias, suas transgressiones debere relinquere, desideria, studiaque propria voluntatis debere frangere, sese sanctorum studijs, exercitijsque conformare, faciendoque facere, ut obedienter spiritualiterque viuendo simul nulla sit singularitas, sed singulorum ad Christi amorem, ad perfectionemque anhelantium conformitas. Porro, qui propter Christum, propter virtutem, & propter ordinis obseruantiam, derisiones persecutionesve patiuntur, beati. Beati, qui se non miscent statuta patrum transgredientibus: beati, qui magis obediunt Deo, quam hominibus. Beati, qui placere querunt Deo, non hominibus. Beati, qui in eiusmodi prædictis non recusant displicere hominibus, ne displiceant Deo. Beati, qui non timent hominum gratiam amittere, ut Dei seruent. Beati, quorum conuersatio & bonæ vitæ exemplum in communitate est transgressoribus odio, & in reprehensionem prauaricatorum. Beati, qui benè viuendo alios docent, quorum feruor atque deuotio aliorum arguit negligentiam, impellitque ad meliora. Beati, quorum obedientia aliorum prauaricationes terret ac dissipat. Beati quorum virtus & obseruantia (licet à non studentibus virtuti aut obseruantia) habetur in reuerentia, quandoquidem horum Deum timentium aspectum malè agentes, si deprehendantur, fugiunt, quo velint nolint ostendant se obseruantiam atque virtutem honorare ac reuereri. Super hos filios obedientia benedictio est Iesu & Mariæ. Hi sunt imitatores benedictæ Virginis, hi filij Mariæ, hi sunt laudatores & deuoti Mariæ, quia maior acceptiorque illi esse non potest laus, quam eius deuotionem, eiusque virtutes imitari. Itaque fratres satis sit hæcenus leuiter negligenterque vitam in multis Dei ac ordinis offensionibus egisse. Reliquum vitæ in spiritualibus exercitijs, in Dei timore, in obseruantia ordinis, in obedientia ac virtute transigatur. Hoc hodie ut ita faciamus propositum nostrum sit, hoc pactum cum Deo hodie renouemus, id laudè Domini nostri Iesu Christi benedictæ Virginis filij, qui & idem per omnia est benedictus in secula, Amen.

Matt. 5.  
Act. 5.  
Galat. 1.  
Beatitudinis  
causæ multiplices.

Laudatores  
& deuoti B.  
Mariæ qui  
sunt.

IN EADEM SOLENNITATE.

*Quomodo non nisi in pace habitet Deus, quantam item pacem B.*

*Maria habuerit semper,*

*Sermo 111.*

**S**apientia edificauit sibi domum. Proverbiorum IX. Si consideramus fratres charissimi domus artificem, si consideramus domus inhabitatorem, hæc dubium est pro sapientia sua infinita domum talem ac tantam ab æterna increta sapientia sibi exstructam, cui nulla sit similis super terram. Omnem enim artem, omnem suæ sapientia vim, atque (ut ita dicam) terminum monstrauit, facturus talem ac tantam domum, qua maiorem facere non

544 non possit. Porro si attendimus eius qui inhabitaturus est maiestatem, nihil est quod eo dignum possumus cogitare. Vnde non dissimili ratione illum edificare sibi domum tam nobilem atque egregiam necesse est, quanto maior est & omnibus excellentior ipse, qui vult inhabitare. Si iam interrogamus quæ sit aut esse debeat conditio domus, quæ maximè Deum delectet, in mentem venit: *In pace factus est locus eius.* Vbicunque rixa, ubicunque contentio, ubicunque repugnàtia, ubicunque tergiversatio, ubicunque proprius amor, ubicunque sui est quæstio, inde fugit Deus, quia *in pace factus est locus eius.* Et reuerà non nisi in pace habitat. Nō in pace, vbi nil sentiat contrarium, sed quæ in pace ac mititate æquanimiter omnia fert contraria. Et vnde hæc pax acquiritur, nisi in plena atque perfecta abnegatione, in stabili atque perpetua relictione sui ipsius, qua homo nō aliter erga se habeat in omnia quæ sibi accidit, quam se haberet si alteri accidisset, imò non aliter atque sibi non accidisset, aut ac si ipse non esset. Ad plenam namque ac nudam sui abnegationem pertinet, sui curam prorsus nullam habere, nullum respectum, nullum amorem, nullam sollicitudinem, sed totum se Deo committere, nec plus dicit cogitare, quam de re quæ non est: & hoc in his quæ spectant ad quæstionem sui commodi, vtilitatis, consolationis, aut alterius cuiuscunque proprietatis, id est, proprii respectus, siue temporalis siue spiritualis. Ad hanc sui abnegationem atque relictionem congruit cognitio suæ nihilitatis. Bis autem homo nihil est. Semel ex natura, quia ex nihilo conditus est & in nihilum redigendus. Iterū nihil est ex peccato quia peccando se nihil & ad nihilū rediit. Hæc duo semper versari debent ante oculos hominis. Non potest autem homo sui curam, id est, sollicitudinem quā pro se habet abijcere, nisi prorsus iecerit sui amorem. Amorem enim proprium generat sui sollicitudinem & distractionem, nec potest seipsum contemnere ac plenè Deo subijcere quamuis seipsum amauerit. Oportet igitur homo, qui perpetua gaudere vult tranquillitate ac pace, stet nudus ab omni amore sui in continua & plena sui abnegatione atque relictione, quasi qui non habeat vllam optionem aut electionem, nec inter se apud illum cur vnam rem alteri præferat aut malit propter seipsum, dico propter seipsum, quia secus est propter Deum, ex quo quem discrimen vtiq; haud exiguum habendum est in rebus, atque alteri præferendum. Cæterum propter se omnia nude de manu Dei accipit, nihil pro se sollicitans, nil procurans, sed diuinæ se providentiæ committit, cui semper securè confidit & innitatur. Iterum nec sarrarium est, quod nulli creaturæ, nulli occupationi amore inordinato inhaereat, sed animum habeat exoccupatum, liberumque semper retineat. Tertium quod ea quæ sibi fiunt, non ad se recipiat, nec plus quā si alteri fierent, moueatur. Imò quæ facta, quæ in se sentit ( præter peccata ) non ad se refert, nec sibi ascribit, sed alienum se ab omnibus continet, ac si alius fecisset aut sensisset. Qui hæc in se haberet, hic pacem inter quacunque molesta ac aduersa, inter quoscunque homines, in omni denique loco possideret. Non opus foret illi alios querere homines cum quibus conuersaretur, non mutare locum, quia in seipso haberet, vnde non possit turbari. Frustra nos conquerimur, frustra extra nos remedia quarimus, frustra aliorum mores accusamus, frustra aliorum animos iuxta nostrum desiderium flectere aut mutare tentamus, quia nostra

Conditio  
domus Dei  
quæ esse de-  
beat.  
Psal. 75.  
Pax cui Deus  
inhabitat  
quæ sit &  
quò acqui-  
ratur.  
Abnegatio  
sui plena  
quid requi-  
rat.

Nihil quò  
sit homo bis  
Amor pro-  
prius abijci-  
endus.

pax non in aliorum, sed in nostra voluntate consistit. Si nos benè reformati essemus, nihil nobis officeret, nihil læderet aliorum irrefrenatio. Imò patientia nostra, mansuetudine ac longanimitate citius etiam aliorum importunitatem atque duritiam vinceremus, quam repugnando, fugiendo, nos exonerando aut excusando. Nemo igitur læditur, nemo lædi potest, præterquam à seipso: & quocunque fugerit homo, in seipso impacatus, circumfert semper causam vnde turberetur: quia quamdiu non est exutus à seipso, hoc est, ab amore proprio, semper habet vnde tristetur, & vnde conqueratur. Non igitur aduersus alios conqueramur, sed aduersum nos, quia nos ipsi sumus qui nos premimus, immortificatio nostra torquet nos. Non igitur alios, sed nos ipsos mutare satagamus. Nec contendendum est aduersa effugere, sed patienter ferre ac vltro occurrere: quia pax quam quærimus, non est externa, sed interna tranquillitas, mentis videlicet benè compositæ, pro hac orandum ac laborandum est, frenanda est lingua, continenda membra & sensus, custodiendum cor, vt nulla ex parte erumpat, quod impatientiam indicet aut propriam voluntatem. Hanc pacem in hac nobili domo sibi constituit, quam increata sibi ædificauit sapientia. Tanta fuit pax in Maria, vt non solum in se nullum dissidium, nullam repugnantiam, nullum benè agendi aut patiendi tædium, sed & nullam perturbationem, aut renisum, aut fugam horroremque de omnibus quæ sibi accidebant, secundum rationem sentiret. Atque idè dum sub cruce staret filij, ne vnam quidem cogitationem amaritudinis aduersus filij persecutores in se habebat, sed cor per omnia mansuetum, tranquillum, pius, & in dulcedine charitatis multò maximè serenum. Aspiciebat enim Dei voluntatem, cui non conformare non poterat suam. Atque de illius matris omnia accipiens, nihil hominibus imputabat. Heu quam longè sumus nos ab interna hac pace, quos tam leuis aura perturbat. Hinc tot quarimoniam, tot lamentationes, tot carmina, & vix quod nolumus pati, & ne pro virtute quidem. Et cum dicat Apostolus, *omnes qui piè volunt viuere in Christo persecutionem patientur*, nos ita piè volumus viuere, & nolumus pati, quasi sine patientia possit piè viuere. Imò quod grauius est etiã, si persecutio instet, desistimus piè viuere, nolentes hæc, & illa pati, O quam fragilis est virtus nostra, fragilior tela araneæ: vt pote quæ tam leuiter cedit repugnanti. Maluimus non habere virtutem obedientiæ aut patientiæ, quam ab æmulis despici, aut verborum iniurias audire, cum tunc maximè virtus clarescat, quando premitur aduersitate. Neque enim si quis pro delicto, sed si pro iustitia quis fuerit passus, appellatur ab Apostolo Iacobo beatus: non tamen potius Dei quam hominum gratiam amittere volumus, tametsi reclamet Christus: *Qui me erubescit coram hominibus, hunc erubescet filius hominis coram patre & angelis eius*. Erubescit, imò negat Deum quisquis ne fauorem hominum amittat, virtutem deserit. Hæc omnia adfert nobis amor proprius quo nolumus pati, nolumus despici. Quod cum non possumus etiam sæpenumero prohibere, viuimus sine pace & amari. Sine pace autem Deus non est in nobis. Si igitur Deum volumus habere, necesse est nos ipsos abnegare ac relinquere. Quanto enim reliquerimus nos ipsos, tanto Deum inueniemus. Quod ipse largiatur nobis conditor & filius Virginis cum Patre & Spiritu S. in secula benedictus, Amen.

Pacem in  
nostra vo-  
luntate cõ-  
stitutam

Pax quanta  
fuerit in B.  
Maria.

Ioan. 19.

2 Tim. 3.

Virtus quã-  
do maximè  
clarescat.

Iacob. 5.

Luc. 9.

Quis Deum  
erubescat ac  
neget.

IN SOLENNITATE SANCTI MICHAELIS ET  
omnium beatorum Angelicorum spirituum.

In tribus hic quomodo conformari debeamus sanctis Angelis,  
Sermo I.

**E**RVNT sicut Angeli Dei in caelis. Matth. 22. Nunc quidem charissimi fratres sumus in regione dissimilitudinis, in qua tamen si volumus promissionem hanc nobis futuram impleri, necesse est Angelorum nos moribus pro modulo hic aliquo conformari. Quod ut fiat (ne charitatem vestram morer) tria sunt consideranda. Primum quod in Angelis considerandum occurrit, est puritas. Sunt enim (vt Damascenus inquit) Angeli quaedam lumina transparentia, ex primo lumine luminis habentia, nec lingua nec auribus indigentia, sine sermone voluntates suas sibi mutuo exprimentia. Simili modo nobis Angelicam vitam amulantibus admodum est necessaria puritas cordis, vt sine hac ne minimum quidem celestis regni possit sperari. Nam ieiuniorum, vigiliarum, afflictionum, laborum, carcerumque omnium externorum exercitiorum scopus, finisque est puritas cordis. Hac enim caetera omnia sunt inferiora. Quippe quae propter puritatem cordis assumuntur, & tantum sunt admittenda, quantum vtilia. Vtilia autem tam sunt quam puritati cordis conducunt. Verbi gratia: Occupationes laborumque corporis in solitudine, non tam propter operis utilitatem quam in plerisque secundum genus suum aut operis naturam nulla est) quam propter exclusionem ocij (quod monacho perniciosissima est lues) exercenda sunt, vt videlicet pulsa desidia animi, exclusis cogitationibus quibuslibet intractuosis, proficissis denique varijs desiderijs (quae occidunt pigrum) cordis puritas cui Deus illabitur, obtineatur. Porro vbi labor fuerit immoderatus, animi nimium distractiuus, nec deuotione fouens, sed obruens, cui dubium est, propter puritatem cordis, cui aduersatur laboris nimietatem tollendam seu moderanda? Hoc modo de vigilia, hoc modo de ieiunio, de caeterisque castigationibus sentiendum est. Et id quidem de ijs, quae nostro arbitratu aut sumere aut ponere licet. Nam quae obedientiae aut necessitatis causa praeterire, non est puritatem cordis quærere, sed propulsare. Hac namque non pro nostro arbitratu, sed pro superiorum iudicio, aut moderari, aut relinquere debemus. Ad puritatem itaque cordis consultissimum est summo operi solitudinem atque silentium colere, loquendi occasiones prudenter fugere, & iniecto etiam cogitationum euagationibus freno, silentium cordis quam maximè sibi ipsi imperare. Porro de silentio oris (quam necessarium sit, quaeque vtile) quid quarimus testimonia alia, quam ea, quae nostra experientia nostra nos damna quotidie docent. Familiare nobis est & nimis expertum, quantum turbetur puritas cordis, quantum amittatur internae pacis ex diuina allocutione ac conuersatione hominum, potissimè secularium. Ex hoc apud eos praecipue, qui cum delectatione aut dedita opera, eiusmodi rebus immorantur. Quorum tamen nonnulli (quod infelicissimum est) tametsi grauitè ex his in anima laedantur, sua tamen vulnera nec sentiunt.

Puritas Angelorum quanta sit, quique nobis imitanda. Ioan. Damascenus. Puritas cordis quam sit necessaria, vtque omnium exercitiorum scopus sit.

Labor corporis cur in solitudine fieri debeat.

Prou. ii. Puritati cordis conseruanda necessaria que fiat.

Silentium & solitudo quantum puritati cordis conferat.

sunt. Porro qui præter voluntatem suam, hoc est, qui non ex affectu, nec exquisita, sed vtrò ingente se occasione excedunt, vulnerantur quidem, sed acutissimis conscientia stimulis mox purgati atque innouatione propofiti denuo erecti, continuo sanantur. Qui verò pro officij executione aut rerum necessitate contra voluntatem suam homines audire, affariq; coguntur, tenentur quidem proximis affabilitatis debitum propter silentij lucra non subtrahere, nec etiam in spiritualibus seipfos tantum quærere, veruntamen quia Deus cuncta benè moderatur, tanto facilius ad interiora redeunt, quanto in viti per sola charitate ad exteriora prodierunt. Cæterù, vt ad primos redeam, quibus hæc non incumbit necessitas, gaudeant & potiantur sua felicitate, ordinent sua exercitia, & eiusmodi se accommodent rebus, propter quas non cogantur cellam exire aut fabulari. Custodiant pro puritate cordis silentium: occupationibus externis non importunè, non cum nimia implicatione atque effusione animi se tradant, nec cordis tranquillitatem vnde comparare debuerant, etiam amittant. Opera externa atque adeò lectionem suã breuius sæpè interrumpant orationibus, hisq; mentalibus. Inter operandũ quoque ita animum refocillent, vt pia flammigeratq; ad Deum desideria interim haudquaquam deficiant, vt expletis etiam laboribus, curæ, sollicitudines, imagines, similitudinesq; rerum factarum aut faciendarum, orationis tempore fileant. Sit corporalis exercitatio eiusmodi, vt aut cum spirituali afinitatem habeat, aut per intentionem spiritualis fiat. Amentur ita propria vt sciatur sine culpa non fore, si communibus præferantur. Attendatur, non solum carere merito, sed damnabile etiam futurum, quicquid agitur, quo interim quod iustum aut debitum est, negligitur. Et cum hoc de bonis etiam atque alioqui laudatissimis intelligatur, quid sentiendum est de ijs verè proprijs, hoc est, Deo vacuis occupationibus, quibus quidam tam miserè quã infructuose (ne grauius loquar) tempus suum expendunt, & propter illa quæ malè diligunt ea quæ obedientiæ sunt, quæ Dei sunt, quæ communia sunt, quæ necessaria & à nobis exigenda sunt, aut fastidiunt, aut differunt, aut negligunt, aut vt cunq; perfunctoriè, vnde nec meritum nec consolatione recipiant, absolunt. Verùm de hoc satis.

Ad puritatem cordis consequendam vitandæ sunt etiam oculorum curiositates, sensuumq; oblectationes, vt in vsu creaturarum, neque excludatur necessitas, neque attendatur voluptas, sed cuncta dirigat hæc animi destinatio, vt placeatur Deo. Itaq; vitetur (vbi potest) animi extra Deum occupatio, & cogitationibus non solum immundis, verùm etiam ociosis, maximè autem de mundo occurrentibus negetur ingressus. Proximorum actus studiosè neficiantur, & alienæ offensiones à memoria profligentur. Suspicionibus non præbeatur audientia, nec sui contemptus, aut passa iniuria intelligatur. Postremo amori priuato, & propriæ voluntati, vnde cuncta vicia pullulant, nulla pax, nulla quies tribuatur, donec radicibus eliminentur, atque inclinationibus malis naturæ, semper negetur assensus. Hæc sunt quæ Deo locum faciunt in corde nostro, quod vnum desiderat, at nisi mundum sit, non inhabitat.

Verùm, dicit quis: Ego puritatem desidero cordis, sed pro illa quid faciam, non habeo. Tot tentationibus obruor, tot carnis illecebris fatigor, quicquid

Opera externa quò vt cordis puritati suffragentur. exercenda sint.

Exercitatio corporalis cuiusmodi esse debeat.

Cordis puritati studentibus vitanda quæ sunt.

Ioannes  
Gerson.

Idem.

Tentationibus viriliter resistens quantum præmium adipiscatur. Venialia ex conflictu tentationum contingentia quò delectantur. Sensualitati resistendum esse semper.

Concordia angelorum quò nobis imitanda.

Ephes 4.  
Bernardus.  
Quis bene viuat.  
Ordinabiliter qui quis viuat.  
2. Cor 11.

lego, quicquid oro, quicquid operor, semper eisdem cogitationum fluctibus iactor. Audi, Sentis, fac non consentire. Quamdiu enim ratio contradicit nec consentit, versetur in sensualitate quantumcunque violentia, non amisisti charitatem. Ponit exemplum venerabilis Gerson de pugile in duello, qui quantumcunque deijciatur & percutiatur, non reputatur victus, nisi consentiat cedere. Reddo me victum. Sic nec spiritus hominis, vincitur à diabolo aut carne, nisi consensus voluntatis (intellige rationalis) adueniat. Non enim iudicatur homo secundum sensum vel sentimentum carnis, sed secundum sensum rationis, & voluntatem animæ. Sed (inquis) molestum nimis est, tam diu pugnare & toties resistere. Quanto sæpius resisteris, tanto semper facilius pugnabis & fortior eris. Nec semper hæc pugna erit, corona autem quam mereris, nunquam deficiet. Idem dicit Gerson. Quicumque inquit, peccato tentaris præ alijs acrius, tanto si legitime certaueris, coronaberis à Deo gloriosus. Et tentatus habebis præmium duplex, vbi non tentatus habiturus erat præmium simplex. Et quanto plus sentis alicuius peccati fatigationem, tanto amplius si non consentias, consequeris inde peccatorum tuorum purgationem. Et quia in huiusmodi conflictu cum quis tentatur, contingit, vt plura committantur venialia: ita etiam e contrario contingit secundum doctores cõmuniter, vt pœna illa quæ sustinetur in resistendo, delectat pœnâ venialibus detrita ex vna parte, & ex alia parte crescat meritum propter pugnam contra vitia, & propter laborem pro virtutibus. Et iterum dicit: Si non poteris sensualitatem sic subigere, vt sit omnimodè subdita rationi, semper tamen ei resistere, nec vnquam ei cedas, & sic huiusmodi rixa & pugna coram Deo reputabit tibi pro victoria. Siquidem non solum vicisse malum, bonum est, sed & pro viribus malo resistisse: imò nonnunquam melius est, diutius pugnam exercere, quàm cito præualere. Attendit namque prudentissimus & acquisitissimus rex noster militum suorum velle potius quam posse. Et sicut posse vincere, suum, hoc est, Dei est: ita vincere velle, nostrum est. Et quanquam in veris gratia Dei necesse est concurrat, in velle tamen magis quam in posse liberum arbitrium hominis sibi locum vendicat, vnde iuxta ipsum militum suorum Dominus certamen ad remunerandum pensat. Et dignum utique & iustum est, vt qui longius & laboriosius certauit, præmium copiosius percipiat. Hæc pro consolatione pugnantium ex Gerson. Secundum, quod in angelis considerandum imitandumque venit, est, licet inter angelos sit disparitas, vt alter altero sit superior, omnes tamen suo contenti ordine, socialiter in concordia perseverant ad eò vt inferior superiori non inuideat, & superior contra inferiorem se non extollat. Ita nobiscum quoque, cum gratia & donis & alijs multis simus dispares, & natura difformes, & hic alter excellat alterum, ibi rursus excellatur ab altero, nemo se extollat, nemo alium contemnat, nemo alteri inuideat: quia si verè vnius corporis membra sumus, quicquid est singulorum, est omnium. Quocirca vt in nobis in congregatione viuentibus specimen sit aliquod angelicæ vitæ, viuendum est singulis quemadmodum diuus docet Bernardus, dicens: Arbitror quod tu qui in congregatione es, bene viuas, si viuas ordinabiliter, sociabiliter, & humiliter. Ordinabiliter tibi, sociabiliter, proximo, humiliter Deo. Ordinabiliter, vt in omni conuersatione tua sis sollicitus obseruare vias tuas, & in conspectu Domini, & in conspectu

specu proximi cauens, & tibi à peccato, & illi à scandalo. Sociabiliter, vt studeas, & amari, & amare, blandum te & affabilem exhibere, supportare, non solum patienter, sed & libenter infirmitates fratrum tuorum, tam morum quam corporum. Humiliter, vt cum hæc omnia feceris, spiritum vanitatis studeas exuffari, qui ex huiusmodi nasci solet, & quantumcunque illum sentis, negare omnino consensum. Tertium est, angelos gaudere ad conuersionem nostram, sollicitos procurare nobis gratiam apud Deum, assistere nobis, munire nos, & prouidere bona, auertereq; mala, nec vnquam nos deserere, donec hæc vnio, corporis videlicet & animæ nostræ, soluatur. Simili modo vnique Deus mandauit de proximo suo, præcipue tamen prælati, vt studeat vnusquisque proximum suum prouocare ad meliora, placere in bono, & ad ædificationem, non dissimulare eius peccata, non probare errata, non consentire in malo, non tacere ad eius damna, sed monere, arguere, orare, consolari, portare, non tamen (quemadmodum quidam portari volunt) ad infernum, sed ad cælum, hoc est, onera eius & infirmitates virtutis hominis longanimitate ferre, nec ab eruditione cessare: sed tempora etiam apta, commoditatesq; expectare, quibus medicamina applicentur, tam pungitiua atque purgantia, quam lenitiua & consolantia, tum videlicet quando speratur fructus. Nam sicut non omni tempore obiurgationes sunt faciendæ, ita non etiam penitus, qui delinquit sunt relinquendi: sed ita agendum, vt iuxta consilium Christi calamus quassatus non omnino confringatur, & linum fumigans non extinguatur penitus. Verum hoc spectat maxime ad superiores. Nos fratres quia festum omnium sanctorum angelorum celebramus, angelis verè celebrè festum faciamus. Horum enim festum est ipso festum quod faciamus, angelis verè Luc. 11. Penitentia optima que sit.

Sociabiliter quò quis viuat. Humiliter vt quis viuat. Luc. 15. Angelorum charitas erga nos quanta. Eccl. 17. Proximo suo quid debeat vnusquisque.

Matt. 21. Esaiæ 40. Matt. 12. Festum quò faciamus angelis verè Luc. 11. Penitentia optima que sit.

displacet, amare agereq; quicquid Deo placet. Hęc penitentia vt in nobis semper inueniatur, præstet nobis rex angelorum & Dominus, qui nos de mundi caligine misericorditer huc vocauit, Iesus Christus Dominus noster qui cum patre & Spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Quæ sit similitudo celestis angelicæq; vitæ & monastica probè instituta ac sanctæ obseruata.*

*Sermo 11.*

**E**Runt sicut angeli Dei in cælis. Matthæi XXII. Quanquam omnium Christianorum talis esse debet vitæ fratres charissimi, quæ formam similitudinemq; in se quandam vitæ celestis, hoc est, angelicæ habeat, nullum tamen viuendi institutum hanc ad eò perfectè (si obseruetur) exprimit, atque monasticum. cuius formæ hoc vnū peculiare est, vt sit paradysus quidam alter, quo mortales reformati, vel tantillum recuperent, quod in primo perdididerunt. In paradiso namq; illo terrestri dum originali adhuc iustitia viuabatur, parentes nostri si periret, stent, posteris plane aureum constituisset festum.

Religio monastica cur paradysus alter merito nominetur, iustitiæ originalis beatitudo quataculum.

Peccatū ori-  
ginale quid  
mali nobis  
attulerit.  
Luc. 10.  
Liberati quē  
simus per  
Christum.  
1. Pet. 2.

Heb. 12.

Collof. 3.

Rom 7.

1. Cor. 15.

Vita mona-

stica quo au-

tere & quā-

ta vilitate

fit instituta.

Rom 6.

Basis stru-

cturaque

monasticae

vitaē quae

fit.

Bernardus

Psal. 30.

Religio mo-

nastica cur

caelesti vitaē

assimiletur.

Caesarius.

Ambros.

Eusebius.

Vita caelestis

quo agi va-

leat in terris

à se concupiscentias corporales, & ardentem amet delicias caelestes, patienter

suffi-

culū. Siquidē in pace & trāquillitate nobiscū tuta iam agerentur omnia, nec  
esset quod læderet aut læderetur. Nam Deo obediret ratio superior, superiori  
inferior, inferiori sensualitas, ad extremum toti homini omnis creatura. Ele-  
menta neq; corrumpent, neque læderent, sed fouerent tantummodo de  
obsecundarent. Per inobedientiam hæc omnia amissa sunt, & inuoluunt nos  
ediuerso infirmitas, caligo & iuge bellum. Pugnāt aduersum nos cūcta, quæ  
aliud ante nesciebant, quam seruire. Iacemus preisi sub onere, hoc tamen  
spei nobis interim quo respiramus, reliquum est, vt quæ de Hierusalem in  
Hiericho descendimus via, aliquando redeamus. Per inobedientiaē viam se-  
mus perditū, per obedientiaē iter reducendi. Vtriusq; via habemus auctorem.  
Adam nos in captiuitatem seduxit. Christus inde liberavit. Liberavit, in-  
quam, non aliter tamen quam vt obedientiaē exemplo in se nobis relicto se-  
quamur nos vestigia eius. Ita enim liberavit, non vt hoc solo titulo atq; con-  
fidentia liberationis efficiamur segniores, non vt inertes pugnam detrecte-  
mus, sed vt *deponentes omne pondus & circumstantes nos peccatum, per patientiam*  
*curramus ad propositum nobis certamen, mortificātes mēbra nostra super terrā,*  
*vt non quæcumq; volumus, hæc & faciamus.* Sed sicut portauimus imaginē  
hominis terrestris, ita portemus imaginem & caelestis. Propterea enim vita  
hæc verē Euangelica ( vt potest ex consilijs Christi desumpta ) à seruante pec-  
cati nos liberans, & ad veram libertatem aspirans, ( monasticam loquor )  
Spiritu sancto nobis instituta est & commendata, vt *non regnet peccatum in vo-*  
*stro mortali corpore,* ad obediendum desiderijs carnis. Huius autem vitaē fun-  
damentum ac basis, vera est & perfecta sui abnegatio. Super quam ædifica-  
tur obediētia, puritas, charitas, pax, gaudium, & cætera id generis omnia, qui-  
bus quod in nobis concidit, restauretur, quod conuulsum est, redintegretur.  
Eam ob rem haud immerito alterum paradysum dixerim religionem mo-  
nasticam, vel quod hic propemodum nobis redditur ( licet non absque ma-  
gno sudore ) quod in priori dolemus amissum, vel ad suauem spirantem auctri-  
clementiam ( vt ait Bernardus ) quasi tot floribus vernat religio, quorū virtū-  
tibus abundat. Ipsa etiam est, vt idem dicit, australis regio, in qua Christus  
suos abscondit à contradictione linguarum, postmodum admissurus con-  
fortio angelorum. Assimilatur deinde etiam vita hæc monastica vitaē coe-  
lesti, tum propter sua exercitia, tum propter scopum & finem, quem sibi v-  
traque penē eundem præfigit. Religio namq; monastica, quicquid agitur in  
caelis, gestit imitari in terris. Idcirco de hac loquens Caesarius. Nonne, inquit,  
pars præmij est caelestis, in religione consistere, nihil cum hoc mundo com-  
mune habere, vanarum rerum cupiditatibus non exercitari, in innocentia  
vitam transigere, beatæ castitati operam dare, gloriosam paupertatem cum  
timore Domini possidere? Porro, quam cognata sit vita monastica angelicæ,  
non tacuit Ambrosius, cum dicit: Est sancte viuentibus quædam inter se co-  
gnatio, coniunctio atque societas, nec interest vtrum in caelis maneant, an in  
terris. Conuersatio enim connectit quos separat elementum, & diuersis licet  
corporibus diuidantur, eisdem tamen actibus coniunguntur. Vultis nosse  
quid sit, vitam caelestem agere hic in terris, Eusebius responderet Caesariensis.  
Qui vult vitam caelestem ducere, hunc mundum studeat non amare, abijcet



IN FESTO S. MICHAELIS.

Richardus.

suffineat illatas iniurias, & nulli inferat contumelias. Hæc ille. Cui Richardus de sancto Victore subscribens: Ille, ait, cœlestem habet conuersationem qui Deum sinit, qui de Deo loquitur, & in Deo uiuit, qui in Deo quiescit, cui Deus placet, cui peccatum displicet, cui Deus redolet, cui mundus foetet. Certè religio monastica est instituta, ut eo nos dirigat, quo si perueniamus, efficiamur cœlestes. Quod cum omnis, præcipue tamen Carthusianæ, hoc est, cœnobiticæ pariter ac eremiticæ religionis est scopus & finis. Quam sanctus Bernardus inde commendans, eiusdem ordinis cellitis ita scribit: Secundum formam propositi vestri habitantes in cœlis potius quàm in cellis, excluso à vobis toto seculo, totos vos inclusistis cum Deo, cellæ siquidem & cœli habitatio cognatæ sunt: quia sicut cella & cœlum videtur inaducere aliquam habere cognationem nominis, sic & pietatis, Quod enim geritur in cœlis, hoc & in cellis. Quidnam est hoc? Vacare Deo, frui Deo. Quod cum secundum ordinem piè & celebratur in cellis, audeo dicere, angeli Dei cellas habent pro cœlis, & aequè delectantur in cellis ac in cœlis. Hæc & plura alia Bern. Quib. constat monachos, maximè solitarios vt Carthusienses suæ professionis instituta seruantes, & ad finem religionis animum atque exercitia sua ordinantes, fore sicut angelos Dei in cœlis. Sunt item aliæ quoque similitudines vtriusque militiæ, id est, cœlestis illius exercitus in atrijs Domini excubias seruantis, laudesque eiusdem tota die & tota nocte in perpetuum non tacentis, & nostræ huius militiæ in castris Domini, hoc est, in claustris, super custodia sua vigilantis. Nam angeli in cœlo vni obediunt Deo & boni religiosi in cœnobio vni propter Deum eiusdem obediunt vicario, hoc est, prælato. Angeli de Dei præcepto nihil hæsitant, nihil ambigunt, nihil discutunt nihil excusant, nihil subterfugiunt: & boni religiosi de sui prælati mādato nihil trepidant, sua consilia prælatorum iudicio humiliter submitunt, superiorum iussa (quamdiu diuini præceptis palam contraria non sunt) tanquam Dei suscipiunt voluntatem, agnoscentes iussa præueniunt, sine murmure, sine tristitia, sine discussione vt simplices filij prælatis credunt, acquiescunt, obediunt. Obedientiæ huius laudem eximiam multis præconijs patres sancti prædicauere: maximè autem ij, qui in monasterijs viuentes huius vtilitatem in seipsis experti senserunt, vt sunt, Diuus Augustinus, Gregorius, Bernardus, Bonauentura, & ceteri. Scitum est tamen quod in nostris statuis monemur solo obedientiæ bono cuncta nobis quæ multa ac varia agimus, profutura. Cui sententiæ quidam sapietum alludens. Hoc, inquit, solum virtuti adijcies, quod volūtati propriæ detraxeris. Multum itaque virtuti adijcitur, cum per obedientiam propria voluntas amputatur. Contra verò (verba sunt diui Bernardi) si in die ieiunij mei inueniatur volūtas mea, non tale ieiunium elegit spōsus Christus. Nec sapit illi ieiunium meum, quod non liliū obedientiæ sed vitium propriæ voluntatis sapit. Ego autem non solum de ieiunio, sed etiam de silentio, de vigilijs, de oratione, de lectione & opere manuum, postremo, de omni monachi obseruatione vbiunque inuenitur voluntas sua in ea, & non obedientia magistri sui, id ipsum sentio. Minime prorsus obseruantias illas (et si bonas in se) inter lilia, id est inter virtutes censuerim deputandas, sed audiet à Propheta, qui eiusmodi est: Nunquid tale est obsequium quod elegi, dicit Dominus. Et addet: In die bo-

Religionis monastica scopus quis sit.

Bernardus.

Cella & cœlum quæ habeant cognationem ad inuicem.

Num. 3.

Esaie 62. Obedientia quæ religiofos angelis similes efficiat.

Obedientiæ laus à quibus sanctis prædicata sit multis præconijs.

Bernardus. Esaie 58.

Esaie 58.

norum

Voluntas propria quã grande fit malum.

Inobediencia quantum duplicat Deo.

1. Reg. 15. Augustin. Obedientia car nisi humilium esse non possit.

Iudiciũ proprium quã variis sepe modis fallatur.

Humilis vere quã tu. sic a periculis.

1. Reg. 15. Scelus proprius quã sit periculosus. Matt. 3. Marc. 9. Oculis scandalizans emendatus quis sit. Qua ratione absurda multa mandauerint discipulis suis patres.

norum tuorum inueniuntur voluntates tuæ. Grande malum propria voluntas, qua fit vt bona tua tibi bona non sint. Oportet proinde, vt extra lilia stant, qui eiusmodi sunt, quia nihil omnino quod propria fit inquinatum voluntate, gustabit is, qui pascitur inter lilia. Hæc Bernardus *super Cantica*, Perfundum autem quantum displiceat Deo inobediencia, quando fordet coram eo, quicquid citra obedientiam offert voluntas propria. Saul, quia quod facere iussus fuerat, quasi vile neglexit, & quod consilium proprium sibi facere debebat, faciendo tanquam melius prætulit, inobediens reus factus est, & homini operis alioqui laudabilis fructum propter inobediencie culpam perdidit. Eam ob rem cum obedientia (vt Augustinus *libro decimo quarto de Civitate Dei*) nisi humilium esse non possit, quippe qui consilij alieni se indigestiunt, propterea qui sui sensus imperfectionem intelligunt (cui inniti non audent) rogo & moneo charissimos fratres, maximè iuniores scilicet humiles, nolite iudicio vestro credere, nolite sensui vestro inherere, nolite vestro tantum arbitrato velle regi, quia vbiq; fuerit hæc præsumptio, multa consilij pericula, multa seductiones oboriantur necesse est. Fallitur iudicium proprium, aut amore inordinato, maximè si ad bonum hic amor fuerit, fallitur zelo intemperato, fallitur inclinatione naturali aut displicentia, fallitur humano seu proprio (quem diuinum putat) instinctu, fallitur deinde imitatione, fallitur violenta suspitione, fallitur capitis debilitate, hoc est, spiritualium organorum, virium atq; potentiarum internarum deordinatione, fatigatione, atque exinanitione, fallitur denique pessima præsumptione de superbia: & postremo fallitur diuinæ gratiæ a que illuminationis interna subtractione, quæ illis euenit, qui neglecto seu potius contempto (seruata maximè per quos diuina ordinatione dirigi debuerant) consilio, suis aduentibus quasi securi confidunt.

Ab his omnibus tutus erit verè humilis, qui de seipso diffidens, qui seipsum non credens aliorum bonorum, præsertim superiorum, consilia querens credit & acquiescit. Hic non habet timere quod deficiat (maximè cum periculo conscientie) quia non suo, sed superioris, quem loco Dei in terra concepit, arbitrato cuncta agit. Porro, qui diuinam hanc ordinationem (quæ est in regimine superiorum) abiicit, & sibi semetipsum ducem constituit, non hominem, id est, suum superiorem, sed Deum (iuxta illud Samuelis *in primis regum*) abiicit, idem ruinæ certissimæ atque in ille periculis se exponit. Cautus igitur charissimè à proprio sensu, quia periculosissimus est in religione, quippe qui propriam voluntatem parit & inobedienciam inducit. Hic est oculus ille nos scandalizans, quem Saluator admonet eruendum. Propterea patres nostri, & præci illi cenobiorum duces eis qui monasticam seu cenobiticam vitam assumere cupiebant, irrationabilia atque absurda multa præcipiebant, quo discerent, essent ne simplices, atq; sine discussione præceptis minoribus obediens, an proprii sensus atque iudicij tenaces. Nam hos qui magistrorum eruditioni notabantur contradicere aut hæsitare, tanquam incertos censebant ad communem vitam non admittendos. Vnde Abbatii patris quidam ex patribus dixit: Patres seniores non loquuntur ab initio fratrum directa, sed magis distorta, & si viderint quia ea quæ distorta sunt faciunt, tam eis non loquuntur, nisi quod expedit, agnoscens quoniam in omnibus obediens

bedientes sunt. Inde sunt illæ absurdæ iussiones, vt est, sportas texere & iterum effundere, ligna arida rigare, leonam aut bestias adducere, lapides grades portare atque reportare, super aquam currere & mersum puerum educere, filios in clibanum aut flumen proijcere, & cætera, in Vitis Patrum, & Legendis Sanctorum, id genus multa, quæ laudabilia fiunt, dum sequuntur tam præclaræ obedientiæ simplicium, eorum videlicet, qui eiusmodi iussa vt reserta perficiebant, propterea quod perfectè à proprio sensu exuti, nõ poterant cogitare, quod aliud quam honestum, bonum & possibile, sibi à suis magistris iniungeretur. Horum obedientia ac simplicitas pia, vt cognosceremus, quam placeret Deo, miraculis sæpenumero fuit glorificata. Talem obedientiam suadens diuus Bernardus, vbi Carthusiensibus nonitijs scribit: Perfecta ait, obedientia, est maxime in incipiẽte indiscreta, hoc est, non discernere quid vel quare præcipiatur, sed ad hoc tantum niti, vt fideliter ac humiliter fiat quod à maiore præcipitur. Nonne Adam quia præceptum discutiens discreuit, inobediens factus est? Porro (vt idem ait) quam imperfecti cordis & infirma prorsus voluntatis indicium est, statuta seniorum studiosius discutere, hærare ad singula quæ iniunguntur, exigere de quibusque rationem, & malè suspicari de omni præcepto cuius causa latuerit, nec vnquam libenter obedire, nisi cum audire contingerit quod fortè libuerit, aut quod nõ aliter licere seu expedire monstrauerit vel aperta ratio, vel indubitata autoritas.

Delicata fatis, imò nimis molesta est huiusmodi obedientia. Non planè hæc illa est quæ ex regula præcipitur. obedientia sine mora. Disputare profectò, hoc est, in actu cordis, non in auditu auris obedire. Ab hoc vitio dehortatur Cæsarius in quadam Homilia ad monachos dicens: Quicquid tibi à senioribus fuerit imperatum, accipe tanquam è cælo, sicut de ore Dei prolatum, nihil reprehendas, nihil dissentias, in nullo penitus murmurare præsumas, quia in monasterio seruire venisti, non imperare, potius obedire quam iubere. Totum sanctum, totum iustum, totum vtile iudica, quicquid à prælato tibi videris imperari. Et Bernardus: Quicquid vice Dei præcipit homo, quod non sit tamen certum displicere Deo, haud secus omnino accipiendum est, quam si præcipiat Deus. Quid enim interest, vtrum per se, an per suos ministros, siue homines, siue angelos, hominibus innotescat suum placitum Deus? Verum, ne hoc solum de continentia à malo intelligatur, audiatur beatus Gregorius, dicens: Nunquam per obedientiam malum fieri debet, aliquando tamen propter obedientiam debet bonum quod agitur, intermitti. Neque enim mala in paradiso arbor exiit, quam Deus homini, ne contingeret, interdixit: sed vt in melius per obedientiæ meritum homo benè conditus crederet, dignum & iustum fuit, vt & hunc etiam à bono aliquo prohiberet, quatenus tanto verius hoc quod ageret bonum esse cognosceret, quando quidem & à bono cessans, auctori suo se subditum humiliaret. Verùm hæc de similitudine obedientiæ inter angelos & bonos monachos,

Est alia similitudo, quia sicut angeli casti sunt, ita boni religiosi nituntur casti esse & mundi. Pluris tamen videntur facere Ambrosius & Hieronymus castitatem maxime virginalem, hominum, quam angelorum. Hi enim sine carne viuunt, illi in carne triumphant. Hi spiritus sunt, illi licet in carne, non

Simplicitas pia obedientium quam fit gratia Deo.

Bernardus. Obedientia indiscreta incipientibus maxime necessaria quæ sit.

Gen. 3.

Psal. 17.

Cæsarius. Præcepta superiorum tanquã ipsius Dei esse suscipienda.

Bernardus.

Gregorius. Bonum aliquando propter obedientiam esse omittendũ.

Gen. 1.

Ambros.

Hieron.

Castitas hominum cur maior sit quam angelorum.

Aaaa

tamen

Humilitatē  
angelorum  
quō boni  
imitentur  
religiosi.

tamen secundū carnem viuunt. Proinde sicut Christus inquit ad Brigittam libro 6. scilicet perfectissima vita est in carne, non carnaliter viuere, similisq; vitæ angelicæ. Ne prolixior sim, vnam duntaxat ex multis adhuc addam. Angelorum cum sint varia ministeria, variq; officia, & alij sint superiores, nulla tamen inter eos est superbia, nulla inuidia. Nemo enim ex prelatione fit ibi tumidior, nemo de subiectione vilior, quia cum nulli aliquid desit ad felicitatem, etiam, aliena quisque possidet per charitatem. Simili modo in bonis cœnobijs religiosorum, quamlibet ibi simul viuentium sit naturalis inæqualitas, morum varietas, officiorum disparitas, gratiarum deniq; dissimilitudo, per humilitatem tamen & studium pacis, omnibus est ad bonum vnanimitas, omnium mutua charitas, vt veluti vno in corpore dispariambra, cum sint in multis dissimiles concordia tamen & dilectione se arbitretur æquales, nec distinctio diuidit, quos charitas vnit. Hoc nobis largiatur Iesus Christus & angelorum & hominum. Creator ac Dominus, Amen.

### IN EADEM SOLENNITATE.

*Tres Angelorum conditiones sunt, quibus in hac vitæ eisdem conformari debemus.*

*Sermo III.*

Vita monastica, quam habeat similitudinem cum vitæ angelicæ.

Concordia angelorum summa quō sit nobis imitanda, Phil. 2. 3. Cor. 1.

1. Cor. 9.

**E**RVnt sicut Angeli Dei in cœlis. Matth. 22. Charissimi fratres, est omnibus in futura promittitur vita fore sicut angelos Dei, hic tamen nihilominus est reperire statum, viuendiq; genus, quo similitudo aliqua ad vitam angelicam exprimitur. Sit hoc vita monastica, vbi regulariter obedienterq; viuatur in charitate fraterna, in obseruantia pacis, & in cultu deuotionis. Multo magis censenda est tamen vita Carthusiana, in qua vel similitudo nominis cœliitarum & cœlitum, cœlæ & cœli similitudinem subindicat actionis. Itaque charissimi fratres, obseruemus quæ sint exercitia studiq; angelorum, vt illa imitando & nos angeli, aut saltem angelici mereamur & esse & dici. Angelorum summa est concordia, & hæc sancta & sub obedientia Dei. Charissimi fratres, sit in nobis concordia, pax, mutuusq; animorum consensus, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Sit concordia inter vos, sed sancta ad bonum, vt vnusquisque & verbo & exemplo fratrem suum prouocet ad obseruantiam religionis, ad exercitium virtutis, ad cultum deuotionis. Sit in vobis, inquam, concordia, vt idem vobis parq; studium insit ad meliora proficiendi. Sit in vobis concors pro virtute certamen, quo nemo velit aliena virtute superari, nemo velit emendatione vitæ inferior haberi, nemo velit ab altero bonitate vinci. Hoc certamen, hoc studium in singulis vigeat, vt concordia animo, vnanimi proposito, vnusquisque non laudatior, sed perfectior, hoc est, humilior, mitior, patientior, obediensior, & quibuslibet operibus bonis ditior esse contendat. Charissimi hanc concordiam vobis precor, hanc suadeo, hanc opto, vt simul curratis omnes & singuli perfectionis brauium obtinere satagatis. Ex hoc studio, ex hac æmulatione virtutis omnes eritis pares, omnes eritis concordēs, omnes vnanimes, quia eodem Spiritus in vobis vos illuminabit, vos reget, & ad eundem finem impellet.

Pax animi  
vera vnde o-  
riatur.

pellet. Inde sequetur vera pax animi, vera tranquillitas cordis, quia ubi e-  
iulmodi studium Deo in omnibus placendi perseverat, ibi rixa, invidia, ran-  
cor, contentio, simula, & quicquid id generis Deo aduersatur, locum seu  
quietem non habet. Eam ob rem, charissimi, sicut Angeli Dei estote concor-  
des, vt sit in vobis idem velle, & id quidē in omnibus secundum Deū. Quod si  
secundum Deum, non deficit humilitas, & seruabitur charitas, recipiatur in-  
formatio, admittatur consilium non confidatur sensui nimis proprio quia &  
*sapientia quae de sursum est (Iacobo Apostolo teste) suauis est, modesta, pacifica,*  
*& bonis consentiens.* Cogitetur & haec esse voluntas Dei beneplacens & perfe-  
cta, cedere videlicet etiam in bonis propriae opinioni, & subdere se alterius  
consilio, licet non meliori, bono tamen & licito propter Deum, non absque  
grandi feonore spiritualis est profectus, qui ex abnegatione sui pro virtute  
cumulator exurgit. Nonne Christus dicit: *Non veni facere voluntatem meam,*  
*sed eius qui misit me patris.* Et quae fuit voluntas Christi, quam non venit face-  
re? Siquidem in Christum mala voluntas non potest cadere. Et tamen dicit:  
*Non veni voluntatem meam facere, sed eius qui misit me patris.* Dicat ergo & Chri-  
sti discipulus: Non veni ad ordinem vt faciam voluntatem meam, sed eius  
qui me vocauit Christi. Non veni facere voluntatem meam, licet, praelato,  
aut fraterna charitate non contradicente, alioqui bona sit, sed non veni face-  
re voluntatem meam licet bonam, vt dixi. Quare? Profecto vt faciam melio-  
rem, id est, vt faciam voluntatem praelati, tanquam vicarij Christi, cui me  
subdendo propter eum, qui se subdidit, & tradidit se in mortem propter me,  
faciam sic abnegando me mihi vtilius, quam faciendo propriae deuotionis  
amittam meritum, sed duplicabo etiam fructum, vt bonae voluntati pro-  
priae tribuatur praemium, quam ne prodiret in opus, non fecit ignauia aut  
focordia, sed obedientia. Et cu aliud quod iussus sum, interea facio, bonae vol-  
untatis merito addo etiam obedientiae fructum. Angeli vbiunque sint ni-  
hilo minus Deum cogitant, Deum vident, Deum laudant, Deo inharent. Et  
bonus celista Carthusianus, quocunq; vadit, siue solus, siue inter alios con-  
stitutus, semper cor habere satagit ad Deum eleuatum, Deum cogitat, cum  
Deo mente loquitur, & Deum in se loquentem audit. O quam dulcis est huius  
deuotio, quam tranquilla, qui nulla re animum suum implicat, nullis curis  
se innectit, sed haec sola est eius cura, vt mundum cor offerat Deo, vt nihil in  
se habeat, quod oculos diuinis offendat, aut quo inter se & Deum medij ali-  
quid fiat. Fratres charissimi, qui haec in se nondum sentit, interroget semeti-  
plum quare non sentiat, fortasse nimium extra se raptus, fortasse curis tem-  
poralibus nimium immerfus, fortasse sensuum oblectationi deditus, fortasse  
in aliorum vitam & mores nimis oculus, fortasse alienarum conscientiaru  
celor aut inuestigator amarus, aut in occultis peccatis a Deo derelictus, aut li-  
nore & superbia, vnde temeraria etiam nasci solent iudicia, inquinatus. Cha-  
rissimi, in omni loco & tempore studetis puritati cordis, non oscena tan-  
tum a corde propulsando, sed omnia etiam quae a Deo distrahunt animum,  
aut extra Deum ad sui amorem illicunt. In choro, in diuino officio, circa al-  
taria, in oratione, sit bonus Carthusianus ad Deum attentus, cum reueren-  
tia & deuotione, omnia agens.

Iacob 3.  
Rom. 12.

Ioan. 6.

Phil. 2.

Officium  
Angelorum  
vbiq; lo-  
corum quod  
sit.

Cordis puri-  
tati omni  
loco & tem-  
pore studen-  
dum est.

Ceremonia  
externa  
quo fieri  
debeant.

Scopus reli-  
gionis mo-  
nasticæ tem-  
per attende-  
dus quis sit.

Hæc enim, id est, deuotio & reuerentia, faciunt vt veniæ, genuflectiones, supplicationes, vt inclinationes nostræ non ita perfunctoriæ atque steriles, & ita penè sint mortuæ, hoc est, intentione ac spiritu carentes (sicut quorundam esse timeo) sed viuæ atque ex pietatis deuotionisq; feruore quasi modo primum genitæ siue elicite, per intentionem tunc vigentem Deo offerantur atque in Deum referantur. Hoc contra eos est, qui rarissimè ad Iesu aut matris eius nomen caput inclinant, qui venerabili sacramento, non toto (vt monachorum est honorum) corpore se curuant, sed tanquam si rustico bonam diem optarent, capite vix modicum inclinato salutant. Ad Gloriam Patri (vbi sanctæ Trinitati cœlestes etiam beati se inclinant) stant erecti aut quasi phantasijs pleni, vix in fine ad sedendum potius, quam ad inclinandum se parumper submitunt. Ad finem diuino in officio currunt, quasi operatilla perditæ forent, aut tempus inutiliter consumptum, q; diuinis laudibus, diuinis ministerijs, diuinisq; cultui impenditur, aut inania futiliatq; alia quibus occupantur, & ad quæ festinant, Dei obsequijs præferenda sint. Verum hæc ad alios. Vos autem, charissimi fratres, rogo ac moneo, vt scopum finemq; vestrum, id est, vocationis vestræ attendatis, studeatis puritati cordis, seruituti quæ Deo promissistis. Facite cum deuotione, reddite cum hilaritate quæ Deo obtulistis. Vnusquisque suæ animæ curam impendat, & alienam conscientiam non scrutetur. Sint colloquia vestra ædificationi, & ad prouocationem charitatis. Nemo alteri referat aut nunciet, vnde charitas illius aduersus fratrem aliquem minuatur. Nemo de se exemplum teporis aut mali operis fratris præbeat, nemo scandalum, id est, peccandi occasionem relinquat. Nemo offensionis memoriam aut amaritudinem erga aliquem in corde circumferat, sed serenitatem vultus, & floridum aspectum, dulcedinemq; cordis, & amicitiam verborum benignitatem (vbi loqui congruit) frater fratri exhibeat, præstante Domino Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

#### IN EADEM SOLENNITATE.

*Præcellentia Angelica natura quanta de ipsorum erga nos fidelitate, deq; multiplici scandalo vitando.*

#### Sermo IV.

**A**ngelis suis Deus mādauit de te, vt custodiāt te in omnibus vijs tuis. Psal. XC. In his verbis fratres charissimi, insinuat nobis immensa charitas Dei erga homines quia non satis est illi hæc visibilia, & temporalia nobis dedisse ad vsum, & solatū nostrum, sed etiam beatissimos illos spiritus angelicos dedit nobis in custodes, & ministros. Et quibus nobis? Ingratis, indignis, qui sumus in peccato concepti & enutriti. Nec solum vult vt custodiant animas nostras, sed etiam lutea vasa corporum nostrorum. In quo consideranda est beneuolentia maxima illorum spirituum, qui cum sint beatissimi, non cōtemnunt nos miseros & corruptibiles, sed dignantur nobis seruire in terris, vt possimus cum illis postea gaudere in caelis. Ipsi nos dignantur

tur visitare & colligere in sterquilino, vt faciant nos secum ciues in caelo. Propterea bene dicit Apost. *Omnes sunt administratores spiritus, missi propter eos qui in reductam captiuitatem salutis.* De hac charitate DEI exclamat Sanctus Augustinus in libro *Soliloquiorum*, dicens: Magna sunt Dñe beneficia tua, quibus nos honorificasti dans nobis angelos tuos spiritus in ministeriū nostri. Dederas enim nobis quicquid caeli ambitu cōtinetur. Et quasi parua esset hæc, quæ sub caelo sunt, addis etiam ea quæ sunt super caelos. Laudent te Domine de hoc omnes angeli tui, confiteantur tibi de hoc omnia opera tua, & ipsi sancti tui benedicant tibi. Hæc ille. Quæso charissimi vt attentis cordibus percipiat verba præmissa, scilicet. *Angelus suus DEVS mandauit de te.* Quid nos sumus, aut quid inuenit in nobis altissimus, angelorum dominus, & creator caeli & terre, qui nostri nõ indiget, quod dignatus est immortales purissimos lucidosque spiritus angelicos nobis in custodes & ministros assignare? Quid, inquam, inuenit in nobis, quod dignatus est tanta & tot beneficia nobis conferre, quod tam est sollicitus custodire & iuuare nos millies plus, quam patres carnales, quod ita diligenter vnicuique singulariter prouidet, quasi illum solum & nullum alium diligeret, & quasi nulli alij intenderet, & tamen interim ita omnibus simul & communiter quasi nullum priuatim respiceret? Nunquid non magnum & mirabile est. Sicut etiam manifestissime probat illa sententia Diui Augustini, dicentis ad Dominum in *confessionum libris*: O tu bone omnipotens, qui sic curas vnumquemque nostrum tanquam solum cures: & sic omnes, tanquam singulos. Et reuera nisi Dominus Deus noster, sic nostræ inuigilaret salutem, sic nobis & singulis & omnibus nocte ac die intenderet, non posset non pessimè nobiscum agi: quando hic versamur inter medios hostes, non solum omni nocendi ac subuertendi arte instructissimos, sed etiam ad nocendum & decipiendum paratissimos atque audissimos: vt multa alia taceam pericula, quibus dum hic sumus, semper expositi sumus: adeo vt non immerito clamat sanctus propheta Hieremias: *Miser cordia Domini quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius.* Et propheta Dauid: *Nisi quia Dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea.* Sed Dominus Deus vtique est in nobis plenus misericordia & veritate: misericordia vt subueniat, veritate vt elidat hostes nostros, de quibus nobis per Apostolum polliceri dignatus est, quod non patietur nos tentari ab illis supra id, quod possumus, sed faciet cum tentatione prouentū, vt possimus sustinere. Quod ipsum quantæ sit benignitas, quisquis non videt, vix est inter viuos numerandus: maximè quando ita plerique omnes viuimus, vt digni sumus potius in quos seuerè & grauiter ira Dei iuste indignantis ingratitude & peruerfitati nostræ, animaduertat. Quod tamè tantum abest vt velit, vt multo sit paratior etiam auerfis, immeritis, ingratis, iniquis nunquā non profutissima liberalitate gratificari, quam vllus humanus animus vel pro seipso desiderare queat. Inde est, quod plurimos videmus nullo quamuis Dei timore præditos tamen multis Dei beneficijs foueri: vt vel inde perspicue liceat animaduerti, quam bonus sit Dominus Deus noster, quam paratus benefacere pijs, qui sic est beneficus in malos. Quod certè dolendum est à paucis attendi vel considerari, atque ex cōsequenti à paucis gratias agi Deo. Et tamen si rem iusto perpendamus iudicio, nunquid non reuera magnum,

Augustin.

Psal. 144.

Psal. 15.

Augustin.

Thren. 3.

Psal. 93.

1. Cor. 10.

Vt etiam i-

niquis grati

ficetur Deus

158

& mirabile est, quod ille sublimissimus rex cœlorum dignatur recordari vili-  
 lum seruorum & inobedientium transgressorum & vermiculorum in ter-  
 ra repentium? Certè si dominus magnus vel Imperator de nobis verbum ha-  
 beret, gauderemus vtiq̃ue, & putaremus nos magnificè honoratos: quanto  
 plus si quempiam mitteret salutatum nos & benedicere? Quare? Vtiq̃ue non  
 tam propter beneficium, quam excellentiam & dignitatem personæ beneficia-  
 rentis, quæ se nobis dignatur inclinare. Cur igitur parua videtur nobis be-  
 neficia Dei, qui est summum, infinitum & omnipotentissimum bonum? Cur  
 non videtur nobis magnum, cur non miramur & gratias agimus, quod præ-  
 cepit tam nobilibus, tam sublimibus, tam beatis, tam gloriosis, tam quæ pul-  
 chris spiritibus vt nobis seruiant vltibus, terrenis, defectuosis contemp-  
 tibilibus & peccatoribus deformibus? Tanta verò est beatissimorum illorum  
 spirituum pulchritudo & claritas, vt humana meos eam capere nequeat. Vt  
 tamen modicum quid inde cogitare possitis, respicite quæso pulchritudi-  
 nem & claritatem solis: quæ profectò tãra est, vt extinguat vel obscuret ele-  
 ritatem stellarum, id est, faciat non apparere eas propter sui luminis mag-  
 nitudinem. Si autem vel tot essent soles, vt dicit Anselmus, quot sunt stellæ in  
 cœlo, & vnus angelus ostenderet nobis claritatem suam, tanta ea esset, vt cle-  
 ritate sua omnes istos soles, ne viderentur obtegeret. Item, sicut sol vnus  
 pulchritudine sua terram, sic angelus incomparabiliter excellit solis pulchri-  
 tudinem. Angelica etiam natura, vt Beatus Augustinus ait, cætera omnia  
 quæ Deus cõdidit excellit dignitate naturæ. Dignitate, inquam naturæ: quia  
 beata virgo Maria excellit illos quidem, at non ratione naturæ, sed gratia.  
 Siquidem ex natura sola, id est, ratione naturæ non eo pertigit vt effectus Dei  
 mater, sed ex dono gratiæ. Ecce talibus, tam dignis mandauit Deus vt collo-  
 dian nos pauperes & fragiles. Diuus autem Bernardus præallegata discutit  
 verba dicit: Mira dignatio & verè magna dilectio charitatis. Quis enim quibus,  
 de quo, & quid mandauit? Siquidem Deus angelis mandauit, de te homine  
 mandauit, & vt custodiant te in omnibus vrs tuus mandauit. Quam tibi debet  
 hoc verbum inferre reuerentiam, afferre deuotionem, & conferre fiduciam?  
 Reuerentiam pro præsentia, deuotionem pro beneuolentiâ, fiduciam pro ca-  
 stodia. Verùm, ijs præmissis, videamus nunc fratres charissimi, Euangeli-  
 um diei huius, atque inde aliquid ad nostri institutionem trahamus. Habet  
 enim multa saluberrima ac notatu digna documenta. Audistis enim nocte Eu-  
 uangelium idem legeretur in choro, quemadmodum Dominus erudierit disci-  
 cipulos suos de scandalo cauendo, sumens occasionem fortitua talia dicens  
 ex his quæ proximè ipsi ante hoc Euangelium acciderat. Nam Sanctus Mat-  
 theus in præcedenti capite scribit, illos qui didragma accipiebant, accesserunt  
 ad Petrum, atque dixisse: Magister vester non solum didragma. Qui ait: Euan-  
 gelium. Et cum intrasset Petrus domum, præuenit eam IESVS, dicens: Quod tibi uolent  
 mon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum? à filiis suis, vel ab alienis?  
 Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi IESVS: Ergo liberi sunt filij. Vt autem non serui-  
 lizemus eos, uade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit,  
 tolle: Et aperto ore eius, inuenies staterem: nam sumens, da illis pro me. & pro illis.  
 Hinc in sequenti capite hodiernum sequitur Euangelium. Accesserunt in illa  
 hora discipuli ad iesum, dicentes: Quis putas maior est in regno cælorum? Et dicit illis

Præcellentiæ  
 angelicæ  
 naturæ quã  
 ta sit.

Anselm.

Augustin.

Mariã Dei-  
 param ex-  
 cellere an-  
 gelicam cel-  
 stitudinem  
 ac claritatẽ.  
 Bernard.

Matt. 18.

Matt. 17.

Matt. 12.



*Iesus paruulum.* (Sunt qui dicant paruulum istum fuisse Sanctum Martialem, qui postea etiam coena interfuerit, pedumque lotioni peluim cum aqua ministrauerit) *statuit cum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conuerfi fueritis, scilicet à superba hac contentione vestra.* (Enimvero vt superbi trahebant inter se, quis esset maior in regno caelorum) *& efficiamini sicut paruuli, id est, humiles & parui in oculis vestris, non intrabitis in regnum caelorum.*

Esa. 14.

Quia sicut diabolus cecidit per superbiam è caelo, sic qui vult ascendere, per humilitatem oportet ascendat. *Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno caelorum,* id est, qui hic humilior fuerit & minor, postea erit sublimior & maior. Sed quærat hic fortasse aliquis, quamobrem Christus paruulum voluerit exempli loco ponere. Respondendum, propter conditiones quasdam puerorum, quæ etiam seniles ætates deceant, quas & nos imitari debeamus, quemadmodum nos hortatur Apostolus, dicens: *Nolite pueri effici sensibus, sed matritia paruuli estote.* De his ait quidam.

*Sunt pueri puri, parui, paruisque cibantur,*

*Currunt, latantur, cito dant, cito pacificantur.*

Sunt igitur pueri puri, id est, innocentes contra maliciam, atque luxuriam.

Puerorum  
proprietates  
quæ sint.  
Matt 19.

Secundo, sunt parui, id est, humiles contra superbiam. De quibus ait Dominus: *Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnum caelorum* in quod nullus nisi humilis ingreditur. Tertio, pueri paruus & paucis cibantur, suntque sobrii contra gulositatem, & vilibus, quod ad corporis necessaria attinet, contenti sunt. Ita & nos charissimi sobriè viuamus, quemadmodum nos hortatur

Tim. 3.

Apostolus, dicens: *Sobriè, iuste & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei.* Et alibi: *Habentes victum & quibus tegamur, his contenti simus.* Quarto, pueri currunt contra acediam. Et nos etiam curramus viam mandatorum Dei, donec occurramus omnes in virum perfectum. Quinto, pueri latantur, quia sanguis recens, purus & plenus pueros

1. Tim. 6.

Psal 118.

1. Cor. 13.

currentes & lætos reddit. Et sanguis Christi Iesu in sacramento à nobis sumptus alacres nos Deo reddere debet, qui hilares diligit datores, veloces & currentes in suo seruitio, & inquietos in temporalibus, utpote quæ nobis fastidio potius sunt, donec quiescamus perfectè in summo bono, vnico & maximo. Hæc lætitia quoque facit gaudere bonis proximi, quod est contra inuidiam, quæ aliena felicitate cruciatur. Sexto, pueri cito dant, suntque liberales

2. Cor. 9.

contra auaritiam. Septimo, cito pacificantur contra iram, & faciliè obliuiscuntur omnium quæ aduersus eos committuntur. Et nos simus pacifici, vt filij

Matt 5.

Dei esse mereamur. Has igitur paruulorum condiciones, quæ etiam canos decent annos, & nos pro viribus imitari studeamus. Sequitur deinde in Euangelio, *Et qui susceperit vnum paruulum tale in nomine meo,* id est, ob mei amorè, *me suscipit.* Hic certò discimus Domini testimonio, quicquid proximo impendimus propter Christum, hoc eundem sic accipere ac remunerari, ac si ipsum factum esset. Exemplum huius habemus in sancto Martino, qui pal-

Martinus.

lij sui partem dedit pauperi propter Deum, & nocte vidit Christum illa parte pallij vestitum. Et in sancto Martirio monacho, qui, vt beatus Gregorius

Gregorius.

in homilia scribit, volens portare leprosum ad hospitium, portauit ipsum Christum. *Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.*

Ille

Scandalum quoniam modo quis alteri fit.

Ille alium scandalizat, qui dicit vel facit aliquid minus rectum, quod alteri est occasio ruinae vel peccati. Id verò minus rectum censetur, quod est malum ex se: vel quod licet non sit malum, habet tamen speciem mali: ut si aliquis adfit personae suspectae tempore vel loco suspecto, etiam si nihil cum ea mali conferat, nihilominus intempestivum eiusmodi colloquium habet speciem mali: & idèò abstinendum est à talibus, sicut à malis, ne alteri dicitur murmurandi vel detrahendi occasio: aut si oporteat tale aliquid fieri, abhibenda sunt circumstantiae necessariae, ita ut nemo possit iure meritoque offendiculum capere. Dupliciter autem quispiam alteri scandalum praestat. Uno modo per se, & ex intentione, ut dum aliquid dicit, vel facit, per quod data opera intendit alium trahere ad peccatum. Et si peccatum illud, ad quod nititur alium trahere sit mortale, siue scandalum aliis patiat, siue non, ipse nihilominus peccat mortaliter. Ut si quis dicat verbum iocosum mulieri, vel oculis eius sese ingerat, ut ad amorem sui & libidinem illam provocet, peccat mortaliter. Nam licet aliqui verbum iocosum in se non sit mortale, tamen illi mortiferum fit propter malam intentionem, etiam si alius non scandalizetur. Vel, si per aliquod mortale peccatum conatur, & intendit alium ad veniale inducere. Et isto utroque modo scandalum est speciale peccatum. Et qui sic scandalizat alium ex intentione, interdum duo mortalia committit vitia, quando praeterquam quod ipse mortiferum committit crimen etiam alium ad simile vult inducere. Si autem ad veniale, per aliquod quod etiam non sit nisi veniale quempiam velit pertrahere, iam peccat venialiter, ut qui provocare alium nititur ad risum verbo ridiculo. Alio modo fit per accidens, quando scilicet aliquis dicit vel facit quippiam, quod de se eodem modo est, ut possit praebere alteri occasionem peccandi, nec tamen ipse eodem animo facit, ut alium trahat ad peccatum, sed ut suae satisfaciat voluntati. Et sic scandalum non est semper speciale peccatum, praeter id quod est opus ipsum ex suo genere. Potest tamen scandalum tale, quod non fit ex proposito & intentione, & veniale, & mortale esse peccatum. Veniale quidem, quando peccatum veniale est, unde id scandalum sumitur: vel sit aliquid quod de se non est peccatum, sed habet speciem mali, unde alius potest ad peccatum pertrahi. Mortale verò, quando ipsius scandali materia est mortale peccatum alijs manifestum: siue etiam quando aliquis committit peccatum veniale, vel quod habet solum speciem mali, nec est per se illicitum: sed videtur ipse ex illo opere vel dicto alium in peccatum mortale ruiturum, & tamen non vult omittere propter salutem proximi, quamvis licite & bene possit etiam sine detrimento: is nimirum peccat mortaliter. Quare? Quia facit contra charitatem, eo quod non vult servare proximum suum à peccato mortali ubi potest & debet curam habere salutis proximi. Exempli gratia: Si quis noverit ex aspectu sui vel praesentia foeminae cuidam tentationem & concupiscentiam mortiferam cum ipso peccandi nascituram, licet ipse non ex causa illius se aspectui offerat, ut ex ipso tentetur, nec aliquid mali intendit, attamen si aduertit illam mortaliter sui aspectu tentari, quamvis possit eodem modo deuitare, ne ab illa videatur, nec vult tamen, eo quod non curat salutem illius, peccat utique mortaliter. Tales omnes sunt peiores homicidas, quia occidunt non corpus, sed animam: imò duas animas, & suam, & alterius.

Scandalum ut fiat bifariam.

Scandalum quando fit peccatum mortiferum

Scandalum quando fit peccatum veniale.

Scandalum quando non fit speciale peccatum. Scandalum per accidens qui contingat fieri peccatum.

Scandalizantes peiores esse homicidas.

Simis

Similiter qui loquitur (sicut prius dixi) cum suspecta persona loco & tempore suspecto, aduertitq; alios videntes inde scandalum pati, ac incitari ad detrahendum & murmurandum, & potest quidem dimittere, sed non curat, is peccat tantum, quantum illi obloquentes. Præstat enim eis occasionem, quam posset subtrahere. Secus autem esset, si non posset. Iam aduertitis puto, quantum errant, qui dicunt: Ego suscipi deq; fero quid alij de me loquantur, vel sentiant, aut iudicent. Nam si facit aliquid quod habet speciem mali, & potest dimittere atque occasionem scandalii, id est, murmurationis præscindere, me facit, grauius scire pescat. Vel, si non informat alios, quantum potest ne scandalizentur, qui errant murmurando, vel malè iudicando, de aliquo opere bono, ipse vtique peccat: quia tenemur etiam famæ nostræ consulere propter proximum. Sed si informat eos, quod ita sit necesse facere & licitum, & alij nihilominus murmurant, ipse excusatus est, & scandalum illorum ex malitia proficiscitur sicut Pharisæorum, qui scandalizabantur in Christo. Multo plus tamen peccat, (sicut prædixi) qui ex proposito alium nititur trahere ad peccatum, illicito eum ad suam societatem, vel imitationem: vel aliquid facit ea mente ac intentione, vt alius obloquatur & irascatur, & cætera.

Matt. 18.

Potest ex hoc facile animaduerti, vt frequenter quod de se est peccatum exiguum, propter scandalum fiat magnum: vt si aliquis frangat ieiunium, vel silentium manifestè, & alius videt & imitatur, & illum alius, & alium alius: atque ita consequenter, donec tandem bonæ consuetudines & statuta pessum eant, & mala consuetudo introducatur, & quasi pro lege obseruetur. Quantum putatis fratres peccare tales, qui sic alijs præbent occasionem, & sæpè coram sodalitate & ordinem peruertunt ac perdunt, sicut heu multis iam accidit ordinibus? Tales certè omnium peccatorum sunt rei, quæ inde ex suo peccato sequuntur: quia peccant non solum in semetipsis, sed etiam alijs. Propterea damnatorum pœna semper augetur vsque ad extremum diem iudicij: quia reliquerunt malum exemplum, quod posteri etiam mali imitantur. Beatorum etiam gloria augetur de bono exemplo, quod alijs reliquerunt, & de bonis operibus quibus homines iusti imitantur eos. Vnde sancti Bruno patris nostri gloria vel gaudium augetur, semper, quoties aliquis bene vulturus & saluandus eius institutum, id est, nostrum ordinem amplectitur. Siquidem ipse tali occasionem salutis præstitit hoc ipso, quod eiusce modi viuendi modum & instituit, & exemplo demonstrauit. Sed reuertamur ad Euangelium. Qui sic scandalizat proximum, dans ei occasionem peccati mortalis, expeditur ei, quod suspenderetur mola asinaria in collo eius, & in profundum maris demergeretur, id est, melius esset ei corporali ac temporali morte puniri in præsentis seculo, quam propter scandalum æterna morte damnari in futuro. Mola asinaria. Loquitur secundùm morem illius patriæ, vbi damnati ad mortem mergebantur in mare, ligato saxo ad collum eorum. *Ve mundo à scandalis.* Mundo, id est, mundanis hominibus, non qui mundanas habent vestes, id est, in mundo conuersantur, sed qui mundana habent corda, quales etiam est reperire inter cœnobitas, qui sub veste monastica corda gerant secularia, id est, quorum cor & amor seculo dedita sunt, qui etiam non absurdè mundus vocentur. Et vè illis à scandalis, quia ingerunt

Exemplum malum de se alijs præbentes quæ grauius delinquant. Exemplum bonum de se relinquentes vt semper mereantur.

Mola asinaria quid insinuet.

B b b

scanda-

scandalum proximo. Neesse est enim, vt veniant scandala: verum tamen vt homini  
 illi per quem scandalum venit. Si quidem homines seculariter, & pro sua volun-  
 tatis libidine velint viuere, neesse est vt sequantur scandala. Similis est hic cu-  
 cendi modus, ac si medicus cernens quempiam mala vri victus ratione sua  
 diata, dicat. Neesse est vt iste ægrotet. Si autem manus tua vel pes tuus scandaliz-  
 at te, abscinde eum, & projice abs te. Ante prohibuit nobis, vt non scandalize-  
 mus proximo: iam monet etiam vt non recipiamus scandala, id est, vt non  
 scandalizemur. Dicit ergo: Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, &c. Quod nō  
 est secundum literam accipiendum, quia nec hoc licet, sicut nec seipsum occi-  
 dere. Non enim membrum est originalis causa peccati, vnde si amputaretur  
 nihilominus vigeret concupiscentia interior. Hic ergo sensus est. Si manus tua  
 vel pes tuus scandalizat te, &c. id est, si per tactum manuum, vel per gressum pe-  
 dum, vel per visum oculorum traheris ad peccatum, abscinde illud mem-  
 brum, id est, prohibeas tibi actum illius membri quantum ad hoc, vbi est  
 occasio peccati. Si per aspectum mulieris, vel accessum, vel stationem semina-  
 te ad peccatum tentari, hoc enim est scandalizari, tunc abscinde pedes, & o-  
 culos erue id est, non vadas illuc, & contineas oculos, ne sis tibi, si occasio  
 peccati. Ecce hic docemur, quod oporteat nos occasionem peccati vitare  
 si velimus recte pœnitere & confiteri, alias peccatum non dimittitur quia  
 statumus reuera à peccato abstinere quando quidem non fugimus occasio-  
 trahentem ad peccatum. Charissimi fratres, fugite mulierum aspectum &  
 allocutionem. Quid neesse est vt exponatis vos periculo. Sanctus Gregorius,  
 qui nobis longè sanctior fuit, dicit: Luxuria à carne forsitan abscissa est, sed à  
 corde funditus abscissa non est. Quid videre iuuat, quod nō potest sine pec-  
 cato concupiscere: Certum est enim, post aspectum cito sequi concupiscentiam.

Manus ac  
 pes quō di-  
 cantur scan-  
 dalizare.

Mulierum  
 aspectus &  
 colloquia  
 quant opere  
 fugienda  
 cenobitis.

Gregorius.

Diabolus  
 quo iam la-  
 queo vitur  
 in deceptio-  
 ne in auto-  
 num.

Galat. 2.

Sed aliqui non sentiunt tentationem vel non intelligunt. Diabolus enim adu-  
 rsatus est, vt vbi interdum duos coniungit in principio quasi puro quodam  
 & spiritali ductos amore, sinat eos quietos, ab omni illicito motu carnis & cogi-  
 tationis donec quadam familiaritate sibi intantum cohæreant adeoque  
 diligant, vt non possint ab amore se excutere, & tamen nihil carnale etiam  
 num cogitant. Postquam autem diabolus videt eos sic amore sibi deuinctos,  
 iam tum erigit caput suum, & spiritali amore & familiaritatem vertit  
 paulatim in carnalem. Deinde incipiunt iocari, ridere atque munuscula vi-  
 tro citroq; dare tandemq; (quando iam sibi ipsi audent detegere corda sua)  
 inflammant eos ad carnalia perpetranda peccata. Tum verò diligunt se mutuo  
 perditè, timentq; separari, potiusq; consentiunt inter se in peccatum: sicq; sic  
 illis quod Apostolus quibusdam dicit, *Vt qui spiritu sibi cepisse videbantur, carne*  
 consumment. Quod si non possint eos in peccati precipitium deijcere, exci-  
 tationem offerre valeant, impediuntur, varijsq; cogitationum & desideriorum  
 æstibus agitentur.

Et quamuis plurimum sperem fratres charissimi tentationem huiusmo-  
 di non esse in vobis, tamen hæc ad præmonendos vos dixerim, quia per tales  
 tentationes non pauci spirituales, & qui videbantur etiam sicut angeli coe-  
 uersari in celo, vsque ad inferos prolapsi sunt. Quamquam vt hæc dicerem,  
 etiam illud me mouit, vt ex his discatis astutiam diaboli, qui cum non  
 possit

potest, vel non audet hominem aperte illicere ad peccatum, commouet tamē eum ad diligenda aliqua, quæ licet ex se non sint manifestè mala, sunt tamen occasio mali: & facit eum talibus per amorem inhzere, ita vt inuitus ea deserat, maximè cum non sint manifestè mala. Porro, vbi huiusmodi est inuolutus occasioibus, iam tum diabolus vitur illis ad euertendum hominem quasi quibusdam instrumentis.

Atque in his vigilandum nobis est, vt videamus quid nobis præstet peccandi occasionem. Sicut enim medicus non potest curare infirmum, nisi sciat, tollatq; prius causam & occasionem morbi: sic neque nos peccatum vitare valebimus, nisi antea occasiones eius profcindamus. *Videte ne contemnatis vnū ex his pusillis. Dico enim vobis, quia angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui est in caelis.* Angeli etiam quando nobiscum sunt fungentes ministerio suo erga nos instruendos ac dirigendos, nihilominus tamen fruuntur Deo, gaudiumq; suum habent plenum, perfectum & quietum in iucundissima Dei visione. Sed inter hæc considerandum est secundum beatum Hieronymum, quanta sit dignitas animarum, vt vnaquæq; à principio natiuitatis suæ habeat angelum custodem: & non solum à principio natiuitatis ex vtero, sed creationis in vtero, quando corpori infunditur. Non autem solum vnaquæq; anima sed etiam omnis regio, natio, conuentus, ciuitas, & cætera sanctum habet angelum ipsi bona prouidentem. Quæ omnia quid aliud nobis loquuntur nisi immensam erga nos Dei charitatem, qua tanti nos facit, vt eos velit nobis esse quasi administratos quosdam, qui nobis natura sunt præstantiores? Ergo charissimi diligamus Deum & omnibus cordis medullis gratias ei agamus, qui tanti nos æstimat. Diligamus etiam & propeusissimis animis veneremur sanctos angelos custodes nostros, quod non solum nullo cum tadio, sed etiam promptissima beneuolentia & alacritate seruiunt nobis nocte, ac die.

Non prætermittamus vllum diem, quo non speciatim honoremus singuli angelos nostros: sed & omnibus in commune habeamus honorem, vt eorū patrocinijs adiuti, possimus enadere laqueos dæmonum, & miseras ac tērationes vitæ huius præstante Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Quo pacto Angelorum solennitas colenda sit: vt Angelos imitari debeamus, & de angelorum erga nos beneficijs.*

*Sermo V.*

**I**n resurrectione erunt sicut Angeli Dei in caelis. Matth. 22. His verbis fratres charissimi Dominus noster Iesus Christus Saducæorum reprehendit & confutauit errorem obijcientium exemplum feminae, quæ septem subinde fratribus nupsit, atque nosse volentium, cuius tandem in resurrectione futura illa vxor foret. Non enim credebant nos resurrecturos. Quibus tum Dominus ait: *Erratis nescientes scripturas. In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in caelis.* Nobis hæc verba bre-

Matth. 22.  
Luc. 20.  
Act. 17.  
Matth. 22.

Bbbb 2

uiter

Angelorum  
festum cum  
quali sit cele-  
brandum  
deuotione.  
Gen. 3. 18.

Matth. 22.

Psal. 90.  
Hebr. 1.

Angeli ut  
non solum  
bonos sed &  
damnandos  
custodiant.

Angelorum  
& sum ut cu  
exultatione  
fit celebra-  
dum.  
Luc. 13.  
Angelorum  
festum cum  
quanta sit  
solicitudi-  
ne celebra-  
dum.  
Matt. 22.  
Marc. 12.  
Luc. 20.

uiter insinuant, uti presentem solennitatem colere debeamus: nempe, cum magna gratitudinis deuotione, cum ingenti cordis exultatione, & cum praedicti zeli sollicitudine. Primo quidem colenda est cum magna gratitudinis deuotione, idque erga Deum: quandoquidem maximum uerba memorata illius in nos amoris indicium testantur: promittente nobis Domino, quod in resurrectione erimus sicut angeli Dei in caelis. Videamus obsecro, quantum nos hodie ab illis beatis spiritibus distemus. Illi coelestes sunt, nos terreni: illi immortales, nos corruptioni obnoxij: illi tam illustres ac lucidi, ut etiam infimus angelus plurimos soles claritate superet, nos puluis & cinis, ac ferre plenifumus, nihil toto corpore nisi sordidas spurcitiam emittentes. Illi denique nobiles, stabiles, Deo fixè adhaerentes, Deo nusquam immorigeri, omnis culpa & macula expertes: nos instabiles, miseri, caduci, uitijs pleni, Deo rebelles, non solum consilia, sed etiam praecipua eius violantes & uiles sumus: & tamen Christus dicit, ueritas dicit, Deus dicit: *Eritis sicut Angeli in caelis.* Nec tamen satis est charitati illius ut post mortem & iudicium illis sui regni principibus similes simus: uerum etiam in hoc exilio, in hac ualle uoluptatis, ubi saepe ipsum offendimus, uult eos esse administratos & custodes nostros. Si rex aut imperator praeciperet uni ex ducibus suis, ut alicuius priuati hominis curam gereret illique ministraret, quantum oro ille sibi putaret praestitum beneficium? Quo igitur loco habendum est, quod summus, immensus, omnipotens caeli & terrae Monarcha *Angelis suis mandauit de te o homo, custodiam te in omnibus uis tuis?* Omnes, inquit, Apostolus, *administratores sunt in ministerium nisi propter eos qui hereditatem capient salutis.* Quamobrem non haec tantum die, sed per omnes dies & Deus laudandus, eius gratia agenda, & angeli sancti honorandi & diligendi nobis sunt: sicut & illi non uno tantum die, sed à primis uitae initijs usque ad ultimum punctum nos custodiant: nec bonos tantum, sed etiam damnandos, quos licet non possint ab omnibus seruare peccatis ob arbitrij libertatem, quam non cogunt, sed inuicem ad bonum, aut tamen à multis etiam grauioribus eos tuentur, occasiones subtrahendo & impedimenta obijciendo. Quisquis enim per peccati lechalis consensum diabolo se uinctum tradidit, is quamdiu talis manet, nihil aequo uult ut peccate, ex uno uicio ruens in aliud: & nisi Angeli sancti malignitatem demonum reprimerent, nunquam posset homo à peccati fouea emergere, sed quam idoneo instrumento ad alios euerendos illo uerentur, ut modo faciunt haeretici alijs impijs hominibus. Secundo, celebrandum nobis est haec dies cum ingenti cordis exultatione. Decet enim eorum nos toto animo congratulari beatitudini, qui nostrae miseriae summo affectu condolent: maximeque eos diligere conuenit, qui nos sincerissimo atque feruentissimo amore prosequuntur. Denique in eorum solennitate toto spiritu laetari nos aequum est, qui tantoperam nostrae conuersioni congaudent. *Gaudium enim est Angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente.* Tertio, agenda nobis est haec sollicitudo est cum grandi erga nos ipsos zeli sollicitudine. Audiuimus Domini Iesu eximiam sollicitudinem fore nos similes angelis Dei: curemus ne nostro uicio irrita fiat. Magni thesaurus multa seruat sollicitudine: ad ingentia promissa ingenti properatur desiderio: ad ampla praemia non nisi magno labore perue-

peruenitur. Itaque si angelis in beatitudine velimus esse similes, prius danda opera est, vt hic ad illorum puritatem & innocentiam angelicè viuendo nos conformemus. Enimuerd hęc diuinæ norma iustitiæ est, neminem absque merito participem fieri beatitudinis. Et quamuis in omni vitæ ordine, qui tamen non diserepet à Dei voluntate, possit quis angelicam imitari vitam, retinendo innocentiam aduersus peccati mortiferi consensum, & exhibendo obedientiam erga Deum, attamen nullum vitæ genus ex suis institutis ita conformè videtur cœlesti & angelicæ vitæ, vt monasticum: cuius professores idcirco religiosi, vel spirituales, & vitæ eorum religiosa vel spiritualis dicitur, quod mente & actione sint à mundo & carne separati. Et sicut Angeli multi sub vno Imperatore Deo summa vnanimitate inter se conspirant & consentiunt in cœlis: ita religiosi sub vno patre concorditer viuunt in cœnobio.

Monastica  
vita vti cõ-  
paretur vitæ  
angelicæ.

Angelus nullus nisi à Deo missus è cœlo egreditur, atq; inde egrediens ita suo fungitur officio in rebus externis, vt tamen suæ contemplationis & beatitudinis nullum patiatur detrimentum. Idemq; religiosi non exeunt è cœnobio nisi iussi: & ægressi sic externa administrant, vt tamen à Deo non recedant. Angeli perpetim Deum laudant, ardentissimo amore illum contemplantur: superiores illuminant inferiores, est enim inter illos ordo hierarchicus) & tamen qui maiores sunt non sese extollunt, nec minores contemnantur: ita & bonorum monachorum præcipuum studium est iugiter laudare Deum, & mutua sibi seruitia præstare: siquidem omnium suarum actionum scopum sibi præstitunt charitatem. Non est in eis inuidia, quia nec superbia. Angeli nihil amant caducum aut temporarium: sic & boni religiosi licet ob huius vitæ conditionem vsu creaturarum carere nequeant, tamen affectu creaturis non inhaerent: nec vtuntur creaturis ex desiderio, sed pro corporis necessaria sustentatione: & ne vlla ex parte rebus caducis inficiantur spõte sese obligant voto paupertatis. Angeli casti sunt & puri, quia spiritus: itemque religiosi casti sunt, quia spirituales, & omnibus carnis operibus nuncium remisserunt. Hęc castimonix virtus singulariter & præcipuè homines angelis conformat: quando in carne viuere, & carnis opera nescire potius est angelicum quam humanum. Et hęc singularis quædam est prærogatiua castitatis, quæ angelorum soror est, cui libenter adsunt angeli etiam familiariter: quæq; semel amissa restitui non potest, cum tamen cæteræ virtutes possint recuperari. Atq; ob hanc castitatis ad angelicam vitam similitudinem dixit Dominus verba iam ante recitata: *Non nubent, neq; nubentur, &c.* ac si diceret alijs verbis: Eam ob rem erunt sicut angeli Dei quia non nubent, id est, castè viuunt. Castè autem viuere, est angelicè viuere: cuius gratia monachi castitatis votum præstant. Pertinet autem ad huius voti executionem non solum corporis vitæ pollutionem, sed etiam omnes à corde cogitationes obscenas, ab ore verba inhonestæ & turpia, ab oculis aspectum libidinosum, à manibus tactum illicitum proscindere. Quicquid enim pueret nos sub aspectu hominum publicè admittere, idem etiam coram angelis priuatim horrere debemus: sicut de quibusdam castis admodum legitur nunquã eos vllam sui corporis partem nudam aspiceri voluisse, nisi manuum ac pedum. Quod si tantopere oculorum seruanda est continentia, quanto magis

Castitas vt  
angelis suis  
possessores  
similes efficiat.

Matt. 23.  
Marc. 2.  
Luc. 20.  
Castitas cœ-  
nobitarum  
quoniam re-  
quirat.

Matth. 6.

Obedientia  
religiosorum  
quo spectet.

Lucio.

Matth. 18.

Angelos  
terrestres  
quemam  
cō  
stuant.

Psal. 34.

Psal. 90.  
Angelorum  
custodia  
nobis sit  
opus in  
triplici  
via.Angeli ut  
seruent à  
malo pœne  
& culpe ho  
mines.  
Exo. 14.

manuum & tactus? Præterea, angeli per omnia diuinæ obsecundant voluntati: & pter eā nihil appetunt, nihil agūt, aded vt ita inde à creationis suæ exordio, nec in minimo vnquam ab ea discesserint. Vnde & nos in dominica oratione quotidie dicimus: *Eiat voluntas tua, sicut in celo, & in terra*, id est, à nobis Domine, vt nos qui in terra sumus, tuam exequamur voluntatem, vt illi qui sunt in cœlis. Eodem modo boni religiosi nihil cupiunt facere, nisi quod sit Deo placitum: fugiuntquæ quod illi nouerint displicere. Et quia voluntas Dei non semper certo sciri potest, præstant obedientiæ votum, quo proprias mortificant voluntates, nec ambigunt gratum esse Deo, quicquid iusserit superior, tanquam Christi vicarius. Talibus enim Christus dicit: *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit*. Atqui ne fortè subditoreantur obedire prælatis, eo quod vita illorum ab illis quæ faciendæ docent nonnunquam discrepet, consolari eos Dominus dignatus est, dicens: *Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi, quæ dicunt vobis facite, quæ autem faciunt, facere nolite*.

Ergo fratres charissimi, si nos ita, vt dictum est, vnanimis, concordis in charitate, spiritu pauperes, mundi contemptores, carnis castigatores, casti, obedientes fuerimus, talesq; permanferimus, nimirum sumus angeli terrestres, siue homines cœlestes, & cum sanctis angelis quandoq; æterna conloquemur præmia. Interim obsecro veneremur illos beatos & præclaros spiritus, & eorum auxilium sedulò imploremus, certi videlicet, eorum iugem ac perpetuam custodiam nobis summè esse necessariam, tum propter hostium nostrorum malitiam & calliditatem, tum nostræ voluntatis infirmitatem. Nam tamen nobis inest liberum arbitrium, quod nemo possit cogere, non tamen sufficit, eo quod varijs animæ persionibus debilitetur. Ambulamus enim in hac vita tanquam in periculoso itinere, prædombus pleno: atq; omni ex parte foris & intus multa nobis imminet pericula. Quamobrem custodibus habemus opus, qui nos ad patriam deducant saluos & incolumes: sicut mercatores dum viarum timent certa pericula, adhibēt sibi duces quosdam & adiutores. Dicit Psalmista: *Vie illorum tenebræ & lubricum, & angeli Domini malis persequens eos*. Atq; idem alibi: *Angelis suis, inquit, mandauit Deus de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis*.

Porro, tres viæ sunt, in quibus nobis custodia angelica adhibetur: Prima est, qua mundum ingredimur: quod fit, quando anima corpori infunditur. Tum enim angelus seruat hominem, ne à diabolo præfocetur, sed possit baptizari. Seruat etiam illum in partu, &c. Secunda est, qua in mundo hoc versamur & ingredimur. Hic multiplex est angelicæ custodiæ effectus: qui tamè potest ad triplicem modum redigi. Primo, enim seruant nos à malo culpa & pœnæ, corporis & animæ, idq; varijs modis. Sic in Exodi libro scribitur, angelū medium se posuisse inter populum Israel transeuntem mare rubrum & Aegyptios persequentes, ne scilicet populo illi nocere possent. Maxime autem seruant homines ab animæ periculis & peccatis, quando multis modis auferunt peccandi occasiones, opponunt impedimenta, quibus mala voluntas aut iniqua studia prapediuntur, terrendo item ac prohibendo, vel phantasias, aut imagines turpes auferendo, vel concupiscentias mitigando, aut a-

liquam



liquam afflictionem irrogando: quemadmodum angelus Domini euaginato  
 gadio stetit contra Balaam, terrenus eum & precipiens, ne malediceret filijs Num. 12.  
 Israel. Michael quoq; archangelus contendisse legitur cum diabolo ob Mof-  
 corpus, ne id Iudæis reuelaretur, utpote illud pro Deo adoraturis & crimen Iudæ. 1.  
 idololatriæ perpetraturis. Secundo, reuocant nos sancti angeli à peccato cõ-  
 misso ad agendam poenitentiam. Cuius multa habentur in scripturis exem-  
 pla nempe de Dauid post numeratum populum, & de angelo qui increpauit  
 filios Israel in libro Iudicum pro adoratis etijs alienis: qui tum pariter fleue-  
 runt. Tertio, inuitant nos & extimulant sancti angeli ad bene agendum, id-  
 q; inspirando, rectè faciendi occasiones procurando, consolando, confortã-  
 do in tentationibus: donec animam è corpore migrantem si perfecta fit, per-  
 ducant ad caelum: si imperfecta, ad purgatorium: cui tamen interim & per  
 se & per alios magna curant præstari solatia & beneficia, donec liberetur à  
 poenis. Impias autem animas permittunt dæmonum potestati, qui eas rapi-  
 unt in tartara. Non solum autem singulis priuatim hominibus isthæc ange-  
 lorum data est custodia, sed etiam cuiuslibet communitati, aut regno & pro-  
 uinciæ ac ciuitati & ordini: quibus singulis singuli præfunt angeli, eorum v-  
 tilitatibus consulente. Quapropter in scripturis tales angeli inter se prælia-  
 ri dicuntur, ut est manifestum in Daniele, eo quod pro se quisq; sua nituntur  
 prodesse provinciæ, aut loco ipsis assignato. Fit autem hæc, ut quod vni ali-  
 cui regno vel ciuitati prodest, noceat alteri: vbi tum singulis spiritibus ange-  
 licis sua provinciæ bona promouere nitentibus, quasi contrarijs videntur  
 desiderijs moueri, donec diuinitus illustrati cognoscant Dei voluntatem, à  
 qua perispecta, minimè recedunt. Hoc pacto Michael qui præerat Iudæis, ob-  
 tulit preces Danielis prophætæ pro liberatione filiorum Israel. At contra alius  
 angelus, qui princeps Persarum dicitur, cernens à captiuis Iudæis quosdam  
 in regno Persiarum ad veri Dei notitiam pertrahi, malebat Iudæos captiuos  
 manere. Inde ergo ob eiusmodi contraria vota, licet summa inter ipsos esset  
 concordia, scribuntur inter se pugnasse: qui tamen simul atque Dei volunta-  
 tem didicissent, par fuit veriq; votum, & vna voluntas. Denique ex his om-  
 nibus fratres charissimi cognoscimus maximam erga nos charitatem Dei,  
 angelorum beneuolentiam, & humanæ naturæ dignitatem. Simus ergo gra-  
 ti Deo, veneremur & amemus angelos sanctos cultodes nostros, & caueamus  
 in illorum conspectu quicquam vnquam admittere, quod illos offendat. O-  
 bediamus illorum admonitionibus, eorum suffragia feruenter ambiamus,  
 & in bona vita ad finem vsq; perseueremus: donec illis beatissimis iun-  
 cti spiritibus, vna cum illis sine fine laudemus Dominum  
 nostrum Iesum Christum viuentem & regnan-  
 tem in secula seculorum,  
 Amen.

Num. 12.

Iudæ. 1.

Angeli vt  
reuoent  
homines à  
peccato cõ-  
misso.

2. Reg. 24.

Iudæ. 2.

Angeli vt  
prouocent  
ad bene a-  
gendum ho-  
mines.Angelis vt  
regna, pro-  
uinciæ &  
communi-  
tates sint  
commisæ.  
Dan. 10. 12.

Ibidem.

Daniel 10.

Angeli san-  
cti quõ dic-  
tur inter se  
pugnasse.

Φ. VI  
13

**A**ngeli eorum ſemper vident faciē Patris mei, qui in caelis eſt Matthæi XVIII. Chariffimi fratres dulciſſimam hodie agimus ſolemnitatem ſpirituum angelicorū, de quibus more noſtro quippiam dicturi, quæ nos poſſunt ad qualemcunque illorum noticiam perducere, atque maiori erga illos deuotione afficere, prius dominam eorum & reginam ſalutemus, beatiſſimam ſemperquē virginem Mariam dicentes: Aue Maria. *Angeli eorum*, &c. Fratres multa de angelis dicere, non eſt facultatis noſtræ, quando exigua nobis ineſt illorum cognitio, aded vt id potius nobis conſtet quod ſint, quam quid ſint. Si enim, teſte Salomone, res ſenſibiles ita nobis obſcuræ ſunt, vt eas perueſtigare nequeamus, qua tandem ratione celſiſſimorum ſpirituum ſecræta rimari ac explorare poſſimus: maximè cum intellectus noſter ita ſe habeat erga noticiam angelorum, vt oculus nocturæ ad ſolis lumen, nec planè reſolvens, nec ſatis perſpicuus?

Eccleſi. i.

Ariſtotel.

Angelos eſſe vt ratione probetur.

Angeli quādo creati ſint Gen. i.

Beda.

Conqueſta quatuor genera ſunt Petrus Lōb. i. quæ.

Eſſe autem angelicos ſpiritus diuina affirmant ſcripta, quæ frequentiffimam faciunt angelicarum apparitionum ac operationum mentionem. Poſteſt etiam ratione probari. Ad vniuerſi abſolutam perfectionem neceſſe eſt eſſe creaturas merè ſpirituales (eſt enim creatura quædam ex duobus extrinſicis compaſta, purâ, corpore & ſpiritu: nempe homo) Sicut ergo alia eſt creatura prorsus corporea, vt lapis, ita oportuit eſſe creaturam merè ſpiritualem, vt eſt angelus: alioqui ordo creaturarum, & vniuerſi conſtitutio non haberet ſuos numeros & abſolutam perfectionem. Creati autem ſunt angeli in initio temporis, quando factum eſt cœlum & terra, vt habet Geneſeos exordium, dicente ſcriptura: *In principio creauit Deus cœlum & terram*, id eſt, ſpiritualem & corpoream creaturam. Cœlum enim hic non ſignificat cœlum ſtellarum, quod vocant firmamentum (id enim ſecunda die conditum eſt, ſed cœlum empyreum, id eſt, igneū, quod non ab ardore, ſed lumine igneum appellatur. Per terram autem accipitur materia informis omnium elementorum, quæ ſequentibus diebus per varias formas diſtincta ſunt. Quod ſi quis dicat, nullam hoc loco fieri angelicæ creationis mentionem, reſpondendum eſt, per cœlum etiam intelligi creaturas ſpirituales, id eſt, angelos. Non enim cœlum creatum eſt vt eſſet vacuum, ſed ſtatim angelis repletum eſt. Quod etiam Beda venerabilis affirmat, dicens: Hoc ſuperius cœlum, quod à volubilitate mundi ſecretum eſt, mox vt creatum eſt ſanctis angelis impletum eſt. Itaque quatuor ſimul creatæ ſunt: Nempe, cœlum empyreum, angeli, materia informis & conſulâ omnium elementorum, quæ deinde in varias formas diſtincta eſt, & tēpus. Porro, rerum creaturarum cœleſtium vel terreſtrium, viſibilium vel inuiſibilium, vt ait Magiſter ſententiarū. *l. 11. d. 1. non alia cauſa eſt, niſi bonitas creatoris, qui eſt Deus vnus & verus, cuius tanta eſt bonitas, vt ſummè bonus beatitudinis ſuæ, quam æternaliter beatus eſt, alio velit eſſe participes, quam videt & communicari poſſe, & minui omnino*

non posse. Illud ergo, bonum, quod ipse erat, & quo beatus erat sola bonitate, non necessitate alijs communicari voluit, quia summè boni erat prodesse velle, & omnipotentissimi, nocere non posse. Et quia non valet eius beatitudinis particeps existerè aliquis, nisi per intelligentiã, quæ quãto magis intelligitur, tanto plenius habetur: fecit Deus creaturam rationalem, quæ summum bonum intelligeret, & intelligendo amaret, & amando possideret, ac possidendo frueretur. Eamquẽ hoc modo distinxit, vt pars in sui puritate permaneret nec corpori vniretur, scilicet angeli: pars corpori iungeretur, scilicet animæ. Et paulo post: Idedque si queratur, quare creatus sit homo vel angelus, breui sermone responderi potest. Propter bonitatem eius. Vnde Augustinus in libro de doctrina Christiana: Quia bonus est Deus, sumus: & in quantum sumus, boni sumus. Et si queratur, ad quid creata sit rationalis creatura, responderetur: Ad laudandum Deum, ad seruiendum ei, ad fruendũ eo: in quibus proficit ipsa, non Deus. Deus enim perfectus & summa bonitate plenus, nec augeri potest, nec minui. Et rursus: Factus ergo angelus siue homo propter Deum dicitur esse, non quia creator Deus & summe beatus alterutrus indiguerit officio, qui bonorum nostrorum non eger: sed vt seruiret ei ac frueretur eo, cui seruire regnare est. In hoc enim proficit seruiens, non ille cui seruitur. Hactenus ille. Præcipue igitur creati sunt angeli propter Dei bonitatem & suam utilitatem: deinde etiam minus principaliter propter nostram, id est, hominis necessitatem, vt nos custodiant ac tueantur. Dicitur autem fortassis aliquis: Deus ab æterno fuit. Cur igitur non etiam ab æterno produxit creaturam, cui se communicaret? quandoquidem bonus est, & bonum sui diffusiuum est. Verùm creatura non est capax æternitatis, nec

Angeli & homines cur creati sint. Augustin.

Psal. 139.

Creatura non esse capax æternitatis.

Luc. 10.

Esaiæ 14.

Angeli quales sine substantia.

Cccc rare,

Φ. VI  
13

rare, qui cuncta fecit in pondere, numero & mensura. Adhæc, omnes spiritus angelici creati sunt boni, id est, sine vitio, & iusti, id est, innocentes, non autem iusti ex virtutum exercitatione. Omnes enim ita conditi erant, ut stare possent, id est, non cadere per dona creationis, & cadere per liberum arbitrium. Poterant enim peccare & non peccare, sed non poterant proficere ad meritum vitæ, id est, æternæ beatitudinis, quam nondum habebant, nisi gratia superadderetur illis à Deo, qua mererentur sui beatificationem. Hæc gratia quibusdam data est, qua se conuerterunt ad Deum, id est, charitate ei adhaeruerunt, ideoque confirmati sunt & beatificati adeo ut deinceps peccare non possint, nec tamen propterea liberum illis est ablatum arbitrium, sed voluntas eorum ita est per Dei gratiam firmata, ut nunquam aliud possit aut velit, nisi quod velit Deus. Alijs verò non est data hæc gratia ob culpam illorum, quandoquidem mox sese auerterunt à Deo per superbiam, odium & inobedientiam erga Deum: quæ illis causa ruinæ fuit. Et quia elegerunt malum auerfi à Deo, in malo obstinati sunt, ut non possint velle bonum, suntque diuina gratia destituti, quæ quidem illis data non est. Quod si quis dicat: Si gratiam accepissent ut cæteri, non corruissent: ergo in illos non est culpa conferenda. Sanè si in donis illis, quibus creati erant, persistissent, & Dei gratiam expectassent, accepissent eam, sicut & cæteri. Ut enim iam dixi, licet non poterint absque gratia proficere ac mereri, tamen stare potuissent, & contineri ex donis, quæ creatis illis collata erant, ne peccarent. Non enim aliquid eis peccare coegit, sed dedita opera ac suapte voluntate à Deo deflexerunt, seque abalienauerunt: quod si non fecissent, idem ipsis, quod & alijs, præstitum fuisset. Quod autem ad illos attinet spiritus, qui prolapsi sunt, certum est, sicut ex maioribus & minoribus quidam persistenter, ita & ex istis ordinibus quosdam corruisse: inter quos tamen vnus fuit cunctis tum perseverantibus, tum deficientibus excellentior ac illustrior, quemadmodum scripta diuina testantur: ut illa apud diuum Iob: *Ipse est principum viarum Dei.* Et apud Ezechielem: *Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decor, in delictis paradisi Dei fuisti. Omnis lapis preciosus operimentum tuum:* per lapides preciosos reliqui accipiuntur angeli, quibus clarior fuit. Vnde etiam dictum est *Lucifer tanquam lucem ferens,* sicut ea verba Esaie testantur. *Quomodo cecidisti de celo Lucifer, qui mane orietur?* Hic ergo præ cæteris clarior ac supremus angelus postquam creatus est, ut ait Isidorus, eminentiam naturæ & profunditatem scientiæ suæ perpendens, aduersus suum creatorem adeo superbia elatus est, ut illi se æquare voluerit, ut potest ex Esaia probari. Voluit autem esse æqualis altissimo propria autoritate, id est, absque meritis suis & Dei munere. At qui si persistisset, reuera cæteris esset angelis antelatus, & Deo proximus fuisset: sed miser ille ex animi elatione voluit esse iuris sui, nec subesse Deo, sed præesse omnibus, neque tamen hunc dominandi principatum habere diuinitus, sed ex seipso atque hac re Deo se æqualem fecit, qui solus est omnium dominus, cunctis ipse tribuens, nec aliquid à quoquam accipiens, quando nullius ipse eget. Et quia voto non potuit potiri suo, odio & inuidia erga Deum inflammatus, eo ipso ex angelo præstantissimo, factus est turpissimus cacodæmon.

Angelica  
ruinæ causa  
quænam  
fuerit.

Angelos  
quosdam  
ex singulis  
ordinibus  
corruisse.  
Iob 40.

Ezech. 28.  
Lucifer erat  
supremus  
angelus dicitur.  
Esaie 14.  
Isidorus.

Psal. 15.

In reuelationibus sanctæ Brigittæ Christus dicit Luciferum tantum corruisse

cepisse odium contra Deum creatorem suum, quod si possibile fuisset, libenter eum occidisset aut penitus in nihilum redegisset: quamobrem mox cum omnibus aëclis suis in hunc aerem caliginosum detrusus. Et hoc est quod in Apocalypsi fertur Draco è celo ruens tertiam stellarum, id est angelorum partem secum traxisse. Nunquam verò poterit respiscere aut agere poenitentiam ob voluntatem eius vsque adeò in malo obstinatam & deprauatam, vt non possit velle nisi malum, nec possit Deum diligere, nec adiuuari. Vt enim Dominus ait Sanctæ Brigittæ, sicut nullum ipse habuit ad culpam instigatorem, ita nullum habet ad obtinendam gratiam auxiliatorem: sed est perpetuo damnatus absque vlla spe veniæ maximè quando ita est in superbia obduratus, vt nec possit veniam petere. Idem ipse tentauit & vicit Adam in paradiso: tentauit etiam in deserto Dominum Iesum, sed victus est: ideoque ligatus est, id est, potestas, eius refrenata est, quod non potest nos tentare quantum vult, & quantum potuit ante Christi passionem, & quantum poterit temporibus Antichristi, quando soluetur, hoc est, maior illi permittetur tentandi potestas. Vnde est in Apocalypsi: *Cum consummati fuerint mille anni (certus numerus pro incerto positus est) soluetur satan de carcere suo, & exiet & seducet gentes*: quod erit tempore Antichristi, quando tam dira sauiet tribulatio, vt si fieri possit, moueantur etiam electi. Cæterum, vtum ex dæmonibus quidam in locum subterraneum, quem nos, Infernum vocamus, demersi sint, secundum S. Bonauenturam, incertum est. Certum est autem aerem hunc caliginosum dæmonibus esse assignatum vsque ad iudicij diem, quo Lucifer ipse cum omnibus commilitonibus suis mittetur in stagnum sulphureum. Interim verò qui in aere sunt dæmones, inibi sunt ob nostri exercitationem atque vtilitatem, vt nos tentando faciant gloriosius coronari ob victoriam ex illis reportatam. Non enim potest coronari, nisi qui legitime certauerit: nec certat, nisi qui impugnetur.

Si ergo coronari debeamus, opus est aduersarijs. Vnde pulchre S. Bern. Iucundum ait, Dei iudicium est, quod superbus ille malleator nesciens fabricat perpetuas coronas eis, quibus impugnando succumbit. Et diuus Augustin. Nunquam, inquit, Deus quos præciebat futuros malos, eos fecisset, nisi pariter nosset, quibus bonorum vsibus eos accommodaret. Exigit ergo diuina dispositio, vt ex ipsis quoque apostatis angelis eliciat bonum electorum suorum. Scit enim bene vti prauis malorum voluntatibus. Itaque ad nostri exercitationem dedit eis aptum locum in aere. Nec mouere nos debet, quod per se satis fragilis est homo ex carne, vt non sit opus diabolo tentatore. Siquidem aduersum dæmones habemus angelos custodes: habemus & Dei gratiam nos tuentem cum bona voluntate nostra. Nec potest nocere diabolus nisi volenti. Infirmus autem & planè miser est hostis, qui non potest nisi volentè vincere. Quod aut in Iob habetur. *Non est potestas super terram, que comparatur ei*, ad vires naturales pertinet, non ad tentandi potestatem, quæ non illi permittitur, quantum ipse velle. Hic iam fratres charissimi obiter considerare debemus diuinam iustitiam, quæ pro vno non operis, sed voluntatis peccato supremum angelum cum omnibus illi fauentibus æterna damnationi addixit. Qua de re sic habet S. Bonauentura: Credo quod tam spectandum monstrum diuinæ seueritatis in angelo nobilissimo & primo homine,

Luciferum  
ciferi contra  
Deum quã-  
tum.  
Apoc. 12.

S. Brigittæ.

Lucifer vt  
tentauit Adã  
in paradiso  
& Christũ  
in deserto.  
Gen. 3.  
Matt. 4.  
Apoc. 20.  
Matt. 24.

Bonauent.  
Aerem cali-  
ginosum  
assignatum  
esse dæmo-  
nibus vsque  
ad diem iu-  
dicij.  
2. Tim. 2.  
Bernard.

Augustin.

Iob 41.

Bonauent.

Φ. VI  
13

Superbiam  
quantum  
Deus odiat.  
Esaia 4.  
Gen 3.  
Esaia 1.

Hebr. 10.

quorum vtrunque proprijs manibus plasmauit & decorauit Deus nobis in-  
firmis proposuit & ostēdit, vt addiscamus quantū Deus odit peccatū & ma-  
ximē superbiam, quod pro vno motu cordis, nobilissima creatura creatura-  
rum omnium æternaliter & sine spe veniæ est damnata, & pro vno esu po-  
mi & ipse Adam & tota posteritas eius vsque ad finem mundi est mortali-  
tati & multiplici pœnalitati subiecta: & nisi Deus reliquisset nobis Ierem,  
quasi Sodoma fuisset. Ex ijs efficacissimum relinquitur argumentum,  
quod *horrendum est incidere in manus Dei viuentis*. Si enim Deus non peperit  
nobilissimo angelo superbienti, quid erit de vilissimo cinere & abiectissimo  
vermiculo in altum se extollente, cum iacere debeat in cinere & cilicio, modo  
& in ipso sterquilino? Itaque fratres charissimi simus solliciti cum sanctis  
angelis, qui in humilitate & obedientia perstiterunt, semper vitare superbiam.  
Et quia ex nobis fragiles sumus, rogemus sedulo sanctos angelos, vt ius me-  
ritis & precibus nobis auxilio sint, maximē in illa extrema hora, qua anima  
ex corpore euelletur presentanda summo iudici Deo, qui reddet vnicuique  
secundum opera illius: qui sine fine viuit & regnat Deus benedictus in secula,  
Amen.

IN SOLENNITATE S. BRVNONIS PRIMI IN-  
stitutoris Ordinis Carthusiensis.

*De ordine Carthusiensium, deq; discretione ac obedientia maximopere vitam  
Dei ingrediendi necessaria.*

Sermo 1.

**A**ssimilabitur viro sapienti, qui edificauit domum suam supra petram.  
Matth. 7. Commendatur his verbis fratres charissimi, beatus  
Bruno, quod domum suam, id est, ordinem Carthusianum, fun-  
dauerit supra petram, vt pote qui nec ex fluminibus facturus fu-  
cturam, nec ex vento aut tempestate passurus sit ruinam. Inde vni-  
idemq; sapiens meruit nominari. Siquidem prudenti vsus consilio, quod ni-  
nimo cepit, fortiter est executus. Delicias, honores, necessarios, amicos, &c.  
simul omnia dicam verbo: quicquid in mundo habuit, quicquid eidem ob-  
ferre mundus potuit, pro te Christe contempsit atque reliquit. Porro nihil  
tantum vtilis fuisse videretur, posteris suis vsque hodie multis, etiam mor-  
tuis viuere studuit, ijs videlicet, quibus bene viuendi leges instituens, erudi-  
tionem & exempla virtutum reliquit. Nam edificauit illis domum, id est,  
ordinem hunc, quo nunc viuimus, quem vt fundatum supra petram staret  
ret atque firmaret, expendit omnes cum cœnobiticæ, tum eremiticæ vitæ  
perfectiones, incommoditatesq; & inde separans preciosum à vili, ex vtraq;  
medium quoddam viuendi genus instituit, quod neque cœnobiticum neq;  
eremiticum tantum, sed esset simul vtrunque. Ex cœnobitica namque viu-  
disciplinam, obedientiam, operationem manualement, paupertatem, hoc est,  
communem victum, conuentum diuino in officio, eruditionem, curam egro-  
tium atque infirmorum, & similia. Ex anachoreticæ vero solitudinem, silentium,  
abstinentiæ rigorem, orandi contemplandiq; assiduitatem desumpsit, vbi  
clausi

Carthusien-  
sis ordo quā  
fit sapienter  
supra petra  
fundatus.

In his periculis vtriusque vitæ, hoc est, familiaritate ac loquendi consuetudine immoderata, quæ cœnobii imponit, & separatione nimia consolationis instructionisq; experte quæ anachoretas malè habuit, ex melioribus cõferret optima, & alumnos suos non modo ad actiuam vitam, verum etiam ad contemplatiuam vitam (idq; potissimè) transmitteret. Est alia domus, nempe interior conscientia, quam sanctus Bruno edificauit supra petra. Verùm de hac aliquid dicere, puto superfluum: quandoquidem vitam eius legimus plenam omni iustitia & sanctitate. Nobis hic potius vigilandum est, vt singuli domum habeamus ædificatam supra petram, hoc est, non deficientem. Deficit autem, si vel collabi permittitur tepore, vel collidi nimietate. De tepore conqueritur Beatus Bernardus in epistola, dicens: Multo facilius reperies multos seculares conuerti simpliciter ad bonum, quam vnum quempiam de religiosis proficere de bono in melius. Contra hunc necessarius est Dei timor, scriptura dicente: *Si non in timore Domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua.* Et Bernardus *sermo de LIV. super Cantica* post longam in deuotionis seu acedix querimoniam, tandem ita infert: In veritate didici nil æquè efficax esse ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quam si omni tempore coram Deo inueniaris, non altum sapere, sed timere, & cætera quæ sequuntur. Porro contra nimietatem necessaria est discretio. Adquam angelus præmonet in libro viarum Dei eremitas, loquens sanctæ virginis Elizabeth de Schoenaugia sanctimoniali hoc modo: Attendite vos, qui in eremo vitam ducere elegeritis, quam discretionem habeatis. Discretio enim est mater omnium virtutum. Glebis aspera est via vestra propter duritiam vitæ. Videte ne forte offendet pes vester. Quod si offenderit, cauete ne lumen quod in vobis est, euacuetur.

Propterea autem necessaria vobis est discretio, vt non cito sequamini omnem impetum zeli vestri, qui vos ad altitudinem perfectionis impellit, neque supergrediamini mensuram virtutis vestræ laboribus immoderatis. Multi in præsumptione spiritus sui ambulantes, vitam suam nimia afflictione extinxerunt, & perierunt in adiuentionibus suis. Multi mensuram suam excedentes, humanum intellectum in seipsis subuerterunt, & inutiles facti sunt, & similes iumentis insipientibus. Multi per immoderatas fatigationes in tedium adducti sunt, & elanguit virtus eorum, & abierunt reuoluntum, & reuoluti sunt ad voluptates carnales, factique sunt in derisionem spiritibus nequam. Bona est vexatio carnis, quia aduersatur concupiscentiis, immunditiæ, sed si mensuram exuperet, inutilis est, quia suffocat deuotionem contemplationis, & lumen eius extinguit. Propter hoc memeto homo fragilitatis tuæ, vt cautè gradiaris in via dura, quam ingressus es, & patienter agas in festinatione tua, ne ruinam patiaris: dirige in consilijs sapientium cunctos labores, non in proprio sensu, & non contunderis in exitu tuo. Dominatorem cœli ne tentes, sicut qui incautè sui curam abijciunt, & habent fiduciam, quod mirificetur in eis potentia Domini secundum dies antiquos. Hæc ex reuelationibus Elizabeth. Similia fermè sancta Agnes loquitur ad sanctam Brigitam *libro reuelationum eius sexto*, sic dicens: Filia non plus debito procedas, quia cuspis lanceæ acutæ ante te stat, ad quam si plus iusto procelleris, vulneraberis. Non debes plus debito procedere, id

Domus mē-  
is nostræ v-  
ti duobus  
modis defi-  
ciat.

Bernardus.  
Timor Dei  
necessarius  
contra teporē  
Eccl. 27.  
Bernard.

Rom. 12.  
Discretio  
necessaria  
contra ni-  
mietatem.  
S. Elizabeth.

Psal. 80.

Psal. 48.

S. Agnes.  
S. Brigit.

Discretio  
quam sit  
homini ne-  
cessaria.  
Isidorus.  
Bernardus.

Quo obti-  
neni valeat  
discretio.

Gregorius.  
Bernard.

Vincentius  
Ioan. 15.

Moses ab-  
bas.

Humilitatis  
prima pro-  
batio que sit

Climachus.

est, ultra vires te affligere, aut alios super naturam tuam in bonis operibus imitari, quia ab aeterno disposuit Deus operibus charitatis & humilitatis: peccatoribus cælum seruata in omnibus mēsurā & discretione. Nunc autem diabolus inuidus suadet homini imperfecto supra vires ieiunare, promittere inconsueta & importabilia, velle imitari perfectiora non consideratis viribus suis, infirmitatibus suis, vt deficiente robore, vel homo contumet malè incepta propter ruborem hominum plus, quam propter Deum, vel deficiat citius propter indiscretionem & infirmitatem. Propterea mēsurā teipsam in teipsa, quia alij sunt à natura fortiores, alij debiliores, & cetera ibidem. Videtis quam necessaria est discretio, quando (vt Isidorus ait) quicquid boni cum discretione feceris, virtus est: quicquid sine discretione feceris, vitium est. Virtus enim indiscreta pro vitio computatur. Et Bernardus super Cantica: Tolle discretionem, & virtus vitium erit, ipsaque affectio naturalis in perturbationem magis conuertetur exterminiumque naturæ. Et Christus libro quarto reuelationum Brigittæ. Multa sunt virtuosa opera, non tamen omnia merentur mercedem cœlestem, nisi discretè fiant. Cæterum, discretio non potest haberi, nisi quis proprio sensui abrenunciet, & iudicio, & credat alieno non cuiuscunque, sed prælati, si habet, aut boni viri alterius, quem vt ductorem sequatur animæ suæ. Ita enim consilium Gregorius, aut secundum alios Bernardus dicens: Recurre ad hominem viuum, Deum in homine consule, aperi impedimentum, & quære medicamentum, ausculta hominem non de se mendacem, sed per hominem Deum veracem, respondentem, docentem, consolantem, & hortantem, & discite diligenter, ne sensu proprio, pro tollendo impedimento, tali forsitan vitæ remedio, de quo postmodum maioris impedimenti occasio oriatur. Et sanctus Vincentius prædicatorum ordinis: Dico tibi, nunquam Iesus Christus gratiam suam ministrabit (sine qua nihil possumus) si homo habet à quo posset instrui, & deduci, & negligit, vel non curat alterius ducatum amplecti, sed credens sibi posse sufficere, & per se posse inuestigare & inuenire, quæ sunt vitia ad salutem. Idem sentit abbas Moses, vt Casianus de collationibus patrum scribit. Sciendum, inquiens, neminem posse definitionibus suis vel iudicio proprio confidentem perfectionis culmen aliquando conscendere, sed nisi diaboli perniciofa quidem illusione non decipi. Idem: Humilitatis hac prima erit probatio, si vniuersa non solum quæ agenda sunt, sed etiam quæ cogitantur, seniorum referuantur examini, vt nihil quis suo iudicio credens, illorum per omnia definitionibus acquiescat, vt quid bonum vel malum debeat iudicare, eorum traditione cognoscat. Quæ institutio non solum per veram discretionis viam iuuenem recto tramite docebit incedere, verum etiam à cunctis fraudibus & insidijs inimici seruabit illæsum. Nullatenus enim decipi poterit, quisquis non suo iudicio, sed maiorum viuunt exemplis nec valebit ignorantia eius callidus hostis illudere, qui vniuersas cogitationes in corde nascentes perniciofa verecundia nescit obregere, sed eas maturo examine seniorum vel reprobat vel admittit. Hæc abbas Moses. Climachus quoque: Quando, inquit, aliquis cum innocentia & simplicitate dimittit se in manibus alterius, tunc non dat maligno locum contra seipsum. Idem refert, quodam in monasterio monachos portasse tabulas ad cingulum quo cogi-



cogitationes suas scriptas reuelarent Abbati discutiendas. Non dissimilia hortatur beatus Antonius, docens monacho tantum debere adesse studium Antonius. nihil celandi, vt etiam pedum suorum veltigia (si possibile sit) numerata suo reuellet magistro, vt nusquam fallendi occasionem relinquat inimico. Qui enim tentationem (vt verbis vtat Climachi) suam celat, in tenebris am- Climachus bulat. Verum, vt in vitis patrum admonemur, si habet quis in aliquo fidem & tradiderit se ei ad subiectionem, non debet intendere in mandata Dei, sed patri suo spirituali omnem voluntatem suam committere, quia illi per omnia obediens, non incurrit peccatum apud Deum. Confirmat hæc omnia Christus ad S. Brigittam *VI. libro reuelationum*, dicens: Charitas est quasi ar- Charitas ar- bor de qua omnes virtutes procedunt. Inter quas primum tenet obediencia, pro qua ego ipse Deus subire crucem & mortem non dubitavi. Ideo obediencia est mihi placita, sicut fructus suauissimus quia sicut pax pacatissima, sic & homo ille est mihi amicissimus, qui se ex humilitate alijs subijcit, & velle suum totum ponit ad manus aliorum. Et iterum: Obediencia est virtus qua imperfecta perficiuntur, & omnes negligentiae extinguantur. Nam ego Deus præ omnibus perfectissimus, & ipsa perfectio, obediui patri vsque ad crucem, vt ostenderem exemplo meo quam placitum est Deo abnegare velle proprium. Sed multi non attendentes virtutem obedienciae, nec habentes ze- Luc. 9. lum discretum, sequuntur conceptum mentis suae. Et sic modico tempore indiscretè affligunt carnem, vt longiori tempore sint inutiles sibi ipsis, ex quo Deo minus placentes sunt & alijs onerosi. Cumq; tales considerant defectus suos detrectare volentes priora, statim accedit robur mentis dimittere incepta, & ex pertinacia non audent aggredi saniora. Ex talibus hominibus est iste homo quem vides, qui non attendit ad consilia probatorum virorum, nec attendit verba mea quae dixi: Nolo mortem carnis, sed peccati. Ideo timendum est ei, vt veniat in tribulationem maiorem & defectum mentis. Veruntamen si obedierit sapientibus, & submiserit animam suam à cõceptibus proprijs, duplicabitur ei corona, & spiritualis deuotio augebitur in eo. Alioquin sicut scriptum est, fiet ei: *Veni homo & superfeminant zizania, & simul exorta spina suffocauerunt semen eius.* Hæc in reuelationum Brigittae libro sexto, capite xii. Item in llii. ad Brigittam Christus: *Quid times?* Nam etiam si quater in die comederes, non tibi imputabitur ad peccatum, si permissione eius feceris, cui teneris obedire. Et in *Extrauagantijs* legitur: *Quum iussa fuisset Brigitta contra suam consuetudinem laxius viuere à magistro, quamquam graue hoc sibi videretur mutare consuetudinem deuotam, tamen obediuit. Et tunc audiuit in spiritu: Quid times mutare vitam, nunquid bonorum tuorum egeo, aut meritis tuis intrabis cælum? Obedias igitur magistro tuo. Nam si etiam decies comederis aut biberis in die propter obedienciam, non imputabitur tibi ad peccatum. Et in quarto libro capite vigesimo sexto: Mater Dei virgo Maria loquens ad Brigittam. Ecce, inq; si videris duos homines, alius est sub obediencia, alius in libera potestate. Si ille qui liber est, ieiunat, simplicem habet mercedem: Si autem ille qui sub obediencia, comedit illo die ieiunij carnes secundum institutionem regulæ, & propter obedienciam, attamen libentius ieiunaret si non obisteret obediencia, ipse habebit mercedem duplicem, vnã propter obedienciam, aliam propter dilatio-*

bori com-  
parata.  
Phil. 2.  
Obediencia  
quæ sit pla-  
cita Deo.

Luc. 9.

Matt. 13.

Obedienciam  
meas du-  
plex.

nem.

1 Reg. 15.  
Bernard.  
Ibidem.

Idem.

Idem.

Galat. 3.  
1. Cor. 11.  
Rom. 7.

Obedientia  
quam sit ne-  
cessaria.

Syncretice.

Augustin.  
Obedientia  
quantum  
alias excel-  
lat virtute.

Inobedi-  
entiam nasci  
ex superbia

Ioannes  
Thauler.

nem desiderij sui, & non impletionem voluntatis suæ. Hæc ibi. Videtis quod & reuelationes diuinæ, & sanctorum patrum sententiæ consentiant scripturæ sacræ, quæ meliorem dicit esse obedientiam, quam victimam. Cæterum (vt verbis vtar Bernardi) qui sapientes in oculis suis decreuerunt apud se, nec consilio acquiescere, nec præcepto, videant quid respondeant, non mihi sed dicenti: *Quoniam quasi peccatum arrolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere.* Reducatur iam ad memoriam quid idem Bernardus super hoc verbo in sermone quodam de resurrectione Domini ad longum de lepra propriij consilij dicat, quæ quanto plus abundat in homine, tanto fibi sanior esse quisque videtur. Similiter & vbi super *Cantica sermone XIX.* contra idem vitium inuehitur, dicens: *Nō legistis in Euangelio quam formam obediendi puer Iesus pueris sanctis tradiderit? Nam cum remansisset in Hierusalem, & dixisset in his quæ patris sui erant, oportere se esse, non acquiescentibus parentibus eius, sequi illos in Nazareth non desepxit, magister discipulos, Deus homines, verbum & sapientia fabrum & fœminâ. Quid etiam addidit sacra historia? Et erat subditus illis. Quousq; inquit, vos sapientes estis in oculis vestris? Deus se mortalibus credit & subdit, & vos in vijs vestris adhuc ambulatis? Bonum receperatis spiritum, sed non bene vtimini eo. Verborum ne alium pro isto recipiatis, qui sub specie boni supplantet vos, & qui spiritu cœpistis, carne consummemini. An nescitis, quia angelus Saranæ transfiguratus se multoties in angelum lucis? Sapientia est Deus, & vult se amari, nō solum dulciter, sed & sapienter. Vnde Apostolus: *Rationabile inquit, obsequium vestrum.* Alioqui facillimè zelo tuo spiritus illudet erroris, si scientiam negligas. Ne habet callidus hostis machinamentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem, quam si efficere possit, vt in ea incautè & non cum ratione ambuletur. Hæc Bernardus. Quæ omnia ostendunt quam necessaria in monasterio sit obedientia ne ad teporem remisso feruore, neve ad præceptum proprium consilium sequentes indiscreto proficiendi zelo veniamus. Et propterea dixit sancta Syncretice: In congregatione cuiuslibet conuersationi magis obedientiam quam continentiam proponimus, quoniam continentia arrogantiam habet, obedientia autem humilitatem congruam possidet. Augustinus quoque: *Vna, inquit, obedientia plus quam omnes virtutes alia valet. Ieiunium vel continentia si diligenter accenderis, superbiam tibi facit. Superbia autem est inimica Deo, & nihil sic odit Deus vt superbiam. Quicumq; non obedit, non facit de sanctitate, sed de superbia: idè enim non obedit, quia meliorem se credit illo cui non obedit. Et post pauca: Magis enim se putat sapientem quam illum qui dat consilium. Et qui dicit in corde suo: Ego mihi sapiens sum, ego non habeo quaerere consilium, nec tu sapietior es me.* Licet non dicat, tamen ex eo quod contemnit consilium fratris in corde hoc loquitur. Hæc Augustinus.*

Non possem omittere postremo Ioannis Thauleri, apud deuotos huius mediocri autoritatis viri, de obedientia testimonium, nisi prohiberem vitare, qui in sermone dominice tertie post Trinitatis festum, cunctis exercitijs bonis operibus, virtutibus & quibuscunq; meritis (quæ ex voluntate seu institutione propria parantur) obedientiam præfert, dicens: *Neque dignius neque acceptius Deo offerri posse aliquid holocausto humilis, obedientis ac*

resigna cordis. Proinde posset homo propter Deum humiliter obediendo, & tam in spiritu quam in natura omnem proprietatem relinquendo semetipsum ad eum exire, ut sub vno momento perfectius duceretur in Deum, quam si decem annis eodem semper modo in sublimi aliqua deuotione propria persistisset. Verbi gratia: ut si possibile foret hominem tanta prædium esse gratia, cui visibiliter, atque ut ita dicam, personaliter Deus commemoraretur, si hunc ad obedientiam auocari cõtingeret, dicere deberet Deo: Dñe Deus meus dimitte me ad obedientiam pro tuo beneplacito nunc à te discedam. Hæc humilis relictio sui ipsius, gratior esset Deo, quam si interea cum Angelis Dei cœli delicias penetraret. Et hoc refert exempli causa Taulerus cuidam sanctimoniali in cœnobio accidisse, quam ob ardentissimum eius desiderium & amorem Christus in forma pulcherrimi pueri visibiliter visitauit. Verum ut eius synceritas probaretur, eandem virginem mox è cella tunc ad laborè monasterij contigit euocari: quæ dimisso puero Iesu in cella, ad obedientiam abiit: quæ consummata, desiderabunda cellam repetit, & iam non puerum, sed adolescentem gloriosum & fulgidum (ut putabat) XXIV. annorum, reperiens, exultabunda dicit: Dulcissime Iesu, quomodo tam exiguo tempore adeo splendidus, pulcher & grandis effectus es: Respondit Iesus: Hoc profunda fecit humilitas velocis obedientiæ tuæ. Rogemus ergo Deum charissimi fratres, ut nobis per merita sanctissimi patris nostri D. Brunonis amici sui, gratiam simplicis, humilisque obedientiæ, abnegationis, ac resignationis, infundere dignetur, qui est benedictus in secula, Amen.

Resignatio  
sui omni-  
moda quæ-  
re sit præ-  
cellentiæ.

Exemplum  
obedienciæ  
humilis at-  
que velocis.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Latus instituti Carthusiani, & quis eremita, quisne cœnobita sit  
finis atque perfectio.*

*Sermo II.*

**S**imulabo eum viro sapienti, qui adificauit domum suam supra petram, Matth. 7.  
In his verbis charissimi ad propositum nostrum assumptis commendatur beatissimus Bruno pater noster, maximè à duobus. Primo à fortitudine. Est autem fortitudo secundum philosophum III. Ethicorum, aggressio terribilium causa boni. Et hoc insinuat cum dicitur. *Simulabo eum viro.* Ipse enim virilem, hoc est, fortem animum habuit, & hoc dupliciter secundum duas species fortitudinis, sumendo tamen fortitudinem largè, ut includat etiam temperantiam. Primo, quia fortiter & viriliter contempsit mundum, videlicet prosperitates, dignitates & honores, non solum quæ in vniuersitate multa habuit, sed etiam quæ ab Urbano summo Pontifice quondam suo discipulo maxima habere potuit. Studium quoque scholasticum (quod ceteris artibus amabat) licet sanctum, tamen suo proposito tanquam inconueniens Christi pro amore reliquit. Secundo fortis fuit quia contempsit seipsum, delectabilia sibi interdicens & tristia sustinens. Nam extenuauit corpus suum vigilijs, maceravit abstinentijs, & ceteris quæ mortificationi congruunt, afflixit disciplinis. Vnde quam austeram post conuersionem continentissimam quæ vitam duxerit poenitentialem, ac omni virtute consummatam, Gregorius & successorum testantur statuta. Non enim potuerunt sequi.

Fortitudo  
quid  
Fortitudinis  
species duæ  
quæ.  
Contem-  
ptus seculi  
quæ exigit

Contemptus  
sui quis sit.

D d d

168

tes eum filij alia statuere, siue (vt melius dicam) statuta per eum promulgare, quàm à sanctissimo patre ac magistro & viderant & didicerant. Nec verè simile est beatum Brunonem aliquid docuisse verbo, quod non perfectissimè (sicut tunc maximè opus erat) monstrasset exemplo. Secundo commendatur beatissimus ordinis fundator à sapientia, similiter & duobus modis. Primo, quia domum suam, id est, ordinem suum prudenter instituit, idè dicitur viro sapienti similis, qui ædificauit domum suam. Sapientissimè namque instituit ordinem suum, qui considerans eremiticæ & cœnobiticæ vitæ vtrinque labem & profectum, & vtriusque pericula abscondens, de vtraque meliora excepit, & vnâ ex ambabus institutionem faciens, voluit filios suos vtriusque, hoc est, cœnobiticæ & anachoriticæ perfectionem sortiri. Quippe, qui sic quidem in congregatione & sub obedientia viuerent, vt tamè socialis vitæ pericula nescirent: nec tamen sic in cœnobio iungerentur, vt vel solitudinis vel quietis fructu priuarentur sed quemadmodum prædixi, simul vtriusque vitæ perfectionem apprehenderent & finem. Est autem cœnobitæ (vt in collatione patrum. Casianus testatur) finis atque perfectio, omnia sua mortificare & crucifigere voluntates, at secundum Euangelicæ perfectionis salutare mandatum, nihil de castino cogitare. Quam perfectionem prorsus à nemine nisi à cœnobita, qui sine solitudine sub alterius vinit imperio, impleri posse certissimum est. Eremitæ verò perfectio est exuram mentem à cunctis habere terrenis, eamq̃ quantum sinit humana imbecillitas, vnire cum Deo quam econtrario inter continuos fabulantium strepitus velle adipisci, tam stultum est sperare, quam præsumptuosum. Hinc planè videtur (ni fallor) charissimi, quantum nostræ institutionis professio, exat commendabilis, quæ ad vtriusque perfectionis finem suos transmittit alumnos, quæ suos professores sic gaudere facit solitudinis commodo, vt tamen adituz socialisq̃ vitæ non careant emolumento, vt ibi obedientiæ conquirant meritum, vbi contemplationis non patiuntur dispendium. De hac professione sanctus Bernardus patribus nostris scribens. Altissima, inquit, est professio vestra, coelos transit, par angelis est, angelicæ similis puritati, non enim solum vouistis omnem sanctitatem, sed omnis sanctitatis perfectionem, & omnis consummationis finem, & omnis conuersationis perfectionem. Non est vestrum languere circa communia præcepta, neque hoc solum attendere, quid præcipiat Deus, sed quid velit, & cætera. Cæterùm, charissimi fratres, quis nesciat si proficiendi defuerit studium, nihil nobis prodesse ordinem optimè institutum? Si non seruantes statuta laudamus, quid aliud agimus, quam proprio testimonio nos ipsos damnamus.

Secundo, commendatur à sapientia beatissimus Bruno, quod domum suam fundauit stabiliter, quia supra petram, id est, Christum. Vnde in ipsius laudem de huius ordinis stabilitate quidam exclamat, dicens: O nobilem autem sanctissimæ religionis, quæ nunquam à legibus suis & bona institutione cecidit, sicut cæteræ ferè omnes miserè labascunt. Sed omisso interim quid alicui piè de nobis sentiant, queramus propriæ testimonium conscientie. Cogitemus cum gemitu, quantum à parum nostrorum conuersatione defecimus, quantum ab illorum perfectione distamus. Non modo loquor de promixtis vigilijs, tribus in hebdomada abstinentijs, non denique de cibo sale cœ-

Sapientia S. Brunonis in duobus.

Ordinem suum quam sapienter instituit S. Bruno.

Casianus Cœnobitæ finis quis sit. Matt. 6. Eremitæ perfectio in quo consistat.

Professio Carthusianæ institutionis quam sit præcellens.

Bernardus.

Stabilitas Carthusianæ ordinis quanta.

taxat condito, & cæteris pœnitentiæ exercitijs penè abolitis, quæ licet adhuc in statutis legimus scripta, temporibus tamen nostris (quod valdè dolendū est) non solum seruata non vidimus, verùm etiam posse fieri omnino desperamus. Vtinam vel saltem cætera silentij, solitudinis, obedientiæ, ieiuniorum regularium, & similibus statuta districtè, inuolabiliterq; custodiremus. Si non possumus (non dico non volumus) sed si non possumus, inquam, primorum patrum abstinentiæ tantum imitari rigorem, hoc tamen turpissimū nobis sit, ipsos non æmulari mortificatione vitiorum. Delicata est valdè pœnitentia nostra, qua volumus afficere carnem, & nullum afflictionis sentire dolorem. In paupertatis voto gloriari & nullam penuriam pati. Vtinam an nitamur ad id, ad quod sumus vocati: Ad pœnitentiam & luctum venimus, sed leuitatibus percrebro (& vltra quam etiam seculares decet) ac risibus inordinate vacamus. Quapropter non incongruè Esaias propheta nos arguēs: *Vocauit, inquit, eos Dominus Deus exercituum ad sletum, & ad planctum, & ad caluitium, & ad cingulum sacci, & ecce gaudium & letitia.*

Pœnitentia  
delicata  
quæ sit.

Esaiæ 22.

Nolo tamen charissimi, vt putet me quis vel mentis hilaritatem, vel serenitatem vultus reprehendere, quæ in congregatione viuentibus tam sunt necessaria quam iucunda, quin potius exhortari ad compunctionis cordis, ad disciplinam obseruantia regularis, & potissimum ad prouocationem mutua charitatis. Respiciamus igitur ad antiquorum patrum nostrorum feruorem, quomodo in Dei timore per cellulas diuini & mutua nihilo minus charitatis germanitate coniuncti, pro æmulatione virtutum ingentia exercebant studia, certamina & agones. Studebat vnusquisque (dum conueniebant) altero benignior, altero patientior, humilior, obedientior quæ inueniri. Catebant singuli alterutrum inobedientiæ, tepiditatis, leuitatis aut negligentia relinquere exemplum. Hic zelus, videlicet boni exempli (sine quo statuta scripta parum valent) validissima est ordinis columna, quæ dum perierit, & ordinem perire necesse est. Hunc zelum cum patribus nostris etiam nos habere, ac posteris nostris commendare, & debemus & possumus. Ea propter excitate fratres corda vestra, & quare monasterium intrastis, curue Carthusienses estis, recolite. Nunquid vt hoc genere vestium induamini? Nunquid vt raso incedatis capite? hæc & alia multa id genus signa sunt, quæ non monachum faciunt, sed ostendunt. Quid tunc facit monachum? Paupertas spiritus, sobrietas, abstinentia delectationum sensualium, mortificatio passionum, extirpatio vitiorum, continentia sensuum, abdicatio propria voluntatis, humilitas, mansuetudo, puritasq; cordis, obedientia, patientia, charitas ac reliquæ virtutes, quæ nos separant à mundo, conformant Christo, coniungunt Deo. Studeat vnusquisque bonum in se exemplum præbere, & quantum in se est non tam verbis, quam operibus quid agendum sit, & quid fugiendum fratrem suum docere. Studeat vnusquisque ad meliora semper progredi, & suo inuiter exemplo alios ac in se ostendat quomodo oporteat se humiliare, mortificare atque subijcere, ad laudem Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula,

Feruor anti-  
quorum pa-  
trum quâus

Zelus boni  
exempli quâ  
sit validissi-  
ma religio-  
nis columna.

Monachum  
quid faciat.

Exemplum  
bonæ vitæ  
proximis  
nostris esse  
præbendū.

Amen.

Eddd 2

IN

Φ. VI  
13

In tenebris  
ambulanti  
duo necessa-  
ria quæ.  
1. Ioan. 2.

Impedimēta  
in via Dei  
tria, quō sunt  
abijcienda.

Carnis la-  
sciuita quib.  
remedijs sit  
domanda.  
1. Cor. 10.  
Galat. 5.

Rom. 8.

Exod. 15. 17.  
Num. 14. 16

Consuetu-  
dines verae  
bonæ quæ  
sunt.

**S**int lumbi vestri præcincti & lucerne ardentes in manibus vestris. Lucæ 12. Et qui in nocte ac tenebris ambulat, duo summo opere sunt necessaria. Vnū, vt corpus habeat ad iter expeditum. Alterum, vt in lumine ambulet et offendat. Nam qui ambulat in tenebris, nescit quo vadit. Primum est in nobis necessarium, vt corpus nostrum ad iter habeamus expeditū. Multa nam sunt quæ ambulatē præpediūt ne veniat, aut tardius veniat ad patriā. Impedit n. si graui præmatur onere, si differatur somno, si occurrētia peccati allicitur, voluptate ac curiositate, si rixando denique remoretur ab aliquo. Graui premitur onere corpus nostrum desideria sentiens carnis, vult dormire, vult delicatē comedere, appetit licenter voluptuari, vult nil triste sentire, vult non fatigari aut laborare. Charissimi fratres, contra hoc impedimentum posuit filijs suis sanctissimus pater noster Bruno, quod in schola Christi ipse dederat, remedium continentia salutaris, instituens in ordine suo abstinentia, ieiunia, vigilijs, ad domandam carnis lasciuia, ad fatigandam perulantia, ad cohibendos denique motus quoscuque illicitos, ne demas membra nostra arma iniquitati. *Quicumque* inquit Apostolus, *sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum suis concupiscentijs.* Si illi Christi sunt, qui carnem suam crucifixerunt cum suis concupiscentijs, cuius sunt ijs, qui carnem suam fouent cum suis concupiscentijs? Volunt delicatē comedere, fastidiunt communia, & nulla possunt sobrietate satiari. Contingit illis sæpè, iuxta commune adagium, vt venter oculo citius fatietur. Si quæ desiderant, non ministrantur, aut quomodo accuratè volunt, non ministrantur, irascuntur, murmurant, obloquuntur, quasi in hoc Christo seruiant, vt secundum carnem, quomodo munda amici viuant. *Si secundum carnem, inquit, vixeritis, moriemini: si autem spiritus facta carnis mortificaueritis, viuētis.*

Hæc charissimi sciētes, nolite errare, nolite vosipsos fallere, nolite vult Dei gratia indignos exhibere. Scitis quantum populus Israel murmurando peccauerit, quam grauiter Dominus offensus ob eorum murmuratiōem, terribiliter nimis eos (in terrorem murmurantibus) percussisset. Nolite igitur murmurare. Plura quam digni sumus accipere, contulit nobis Deus. Verè plura quam meremur, in omnibus nobis administrantur. Legantur statuta, quam legem sumus professi, videamus quid ex lege nobis debeat, quid ex gratia, iam omnia administrantur ex gratia, & nemo gratiam agnoscit. Consuetudines allegant omnes. At consuetudines iustæ nostra vocantur statuta, has si allegamus, iustè zelamur, fiat nobis secundum has consuetudines, & certè qui nunc conquerimur, tunc gratias agemus. Verùm si alias volumus consuetudines ijs allegare contrarias, hoc non est allegare (inquit ipsa statuta) consuetudines, sed corruptelas. Veruntamen charissimi, quemadmodum odi ac reprehendo murmuratiōes, ita reuera condoleo etiam quorundam necessitatibus. Inde autem magis doleo, quod paupertas nostram hic domum adeo premit, vt quomodo, vel pro nostra necessitate, vel pro consolatione quorundam æquum foret, non possit eis prouideri.

EA

Est tamen & aliud, quod malè me habet. Video quorundam impatientiam in diuino officio ad finem festinantium, quantum putatis bone Iesu nauseant ipsi super cibo, vt putant, isto leuissimo? Quare non zelantur potius vt Dei laudes strenue agantur? Zelarentur profecto, inquis si amarè. Iam verò quod quis non amat, quomodo pro eo potest zelari? Conuincuntur igitur, nec amare Deum, cuius fastidiunt odiunt vt laudes. Charissimi fratres rogo vos in Christi visceribus, non faciatis vobis Deum iratum, non faciatis auersum, hoc tempore pessimo, hoc tempore caritatis, hoc tempore guerrarum, hoc tempore exactionum durissimarum, hoc tempore, quando mundus totus patitur & vbiq; premitur. Nolite murmurare pro cibo & potu. Si qui preclari sunt aut praestantes in mundo, vix panem habent nigrum, quo vescantur ad satietatem. Per gratiam Dei adhuc nobis similia abundant & ova, taceo cetera. Quando igitur adfliguntur omnes, quando nemo non patitur, quomodo nos monachi, nos eremita, quibus ex professione incumbit & affligi, & penuriam pati, si fortasse non adsit abundantia, murmurabimus? quomodo non vltro etiam nobis subtrahemus, vt alijs adficijs coram Deo non simus inferiores? Quid putatis dicturus est nobis Dominus in fine, quando iam ad regni sui pulsauerimus ostium cum ijs, qui ad nuptias inuitati sunt iniraturis? Nunquid non merito formidandum est, ne exprobretur nobis: Vos recepistis mercedem vestram? Parum in seculo reliquistis, & plura in monasterio recepistis: pro paruis vestris laboribus abundantiam cibi & potus sine laboribus vestris sumpstis. Quando alij serui mei esurièrunt, vos plenitudinem eruistis. Quando serui mei afflicti fame & penuria gratias mihi egerunt, vos cibo saturati murmurastis. Quando serui mei ea, quæ super fuerunt vobis, si habuissent, delicias arbitrati fuissent, vos penuriam estis conquesti. Recepistis mercedem vestram, recepistis bona in vita vestra. Hæc moneo, hæc rogo charissimi, custodiat vos à murmurationibus, ne offensus Dominus ad tantam inopiam nos monachos redigat, vt in die Paschæ super duobus ouis exultemus, & gratias agamus. Dura sunt, quæ dico acerbioraque, quam fortasse dici necesse sit. Nam scio non multos in hoc arguendos. In communi tamen sermone huiusmodi vitia arguuntur, vt paucorum verecundia & famæ consulatur. Qui innoxij sunt, gaudeant: qui rei, corrigantur. *sunt hanc vestri præc. n. ti.* continentia, sobrietate, vigilantia, disciplina, modestia, & si quid eiusmodi est, quo caro nostra domatur. Impeditur alio modo iter ambulantis, si diu dormiat. Charissimi fratres *estote prudentes, & vigilate in orationibus.* Pessimus monacho somnus est tepiditas. *Vnimam, inquit, esse calidus aut frigidus. Sed quoniam neque calidus es aut frigidus, sed tepidus, incipiam te euomere ex ore meo.* Infit igitur nobis feruor deuotionis, prompta voluntas hilaris affectus, vt desiderium nostrum erga Deum non languescat acedia, sed ignescat semper ad posteriora vt quæ retro sunt ac præterita obliti extendamus nos semper ad anteriora. Despiciamus quicquid hæcenus fecimus, & quotidie quasi à nouo incepturi, nouum feruorem excitemus. Impeditur tertio iter nostrum, si hæreamus occurrentium rerum voluptate aut curiositate. Quanto quis delectatur in creatura, tanto minus placet ei creator. Amor Dei indiuisus est, amari vult enim Deus toto corde. Nemo potest duobus do-

Reprehensio impatientia quotidiana in diuino officio. Num. 21.

Murmuratio quæ sit cauenda religiosis.

Matt. 25.

Matth. 6.

Luc 16.

Luc. 12.

1. Pet. 4. Tepiditas somnus pessimus. Apoc. 3. Philip. 3. Voluptas creaturarum quantum nocet salutari animarum. Matt. 6.

Luc. 10.

Oculus simplex, habendus quis sit. Matt. 6. Collof. 2.

Matt. 3.

minis seruire, nemo duobus dominis placere. Mortificemus igitur desideria nostra volumus enim & hæc & illa, & volēdi nō est finis, quia oculus nō saturatur visu, & cupiditas nunquam dicit, sufficit. Vnum igitur solum est necessarium, quod cor nostrum quiescere facit, & se nos faciat. *Sint lumbi vestri percincti, & lucerna ardentis in manibus vestris.* Charissimi fratres in operibus vestris bonis sit oculus simplex vt totum corpus lucidum sit. Sit pura simplex intentio, vt omnia faciatis, quicquid boni facitis, in laudem Dei. Nihil moueat vos aliud, quam vt placeatis Deo. Nemo querat seipsum, nemo cognet quod suum est, hoc est, quod sibi commodo, quod honori, quod voluptati, quod utilitati sit, sed quod ad Christi gloriam sit, seipso posthabito & contempto, vt luceat lux eius coram hominibus, qui glorificet patrem postquam quæ in cælis est, super omnia benedictus. Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*De tribus speciebus ingratiudinis cauenda.*

Sermo IV.

Iob 33.

Ioan. 6.  
Ioan. 14.

Deut. 14. 16

**E**go elegi vos de mundo, vt caris & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Ioan. XV. Charissimi fratres, legimus in Iob: *Deus semel loquitur, & ipsum non repetit.* Ipse enim quicquid vel ad paucos, vel ad vnum loquitur, ad omnes vult esse dictum. Hoc modo Apostolis loquens, non illis solum loquitur se esse voluit, sed etiā nobis, & his quoque qui post nos futuri sunt vsq; ad finem sæculi. Qui enim sic Christi legunt verba, quasi ipsi tantum, qui tunc vixerunt, loquutus fuerit, & nihil in se recipiunt eruditionis, possessionis, pari fructu legere, quomodo olim destructa fuerat Troia aut Roma condita, &c. Verum nos fratres charissimi ita accipimus Christi verba ad Apostolos, tanquam ad nos, imo verè etiam ad nos dicta. Neicio enim quibus hodie potius Christus in his verbis loquitur, quam bonis monachis Christi regulam & ordinem suum obseruātib; tamen si omnibus loqui voluerit Christianis. *Non vos, inquit, me elegistis, sed ego elegi vos.* Rectè quidem Domine. Quid enim eligeremus, quando non eramus? Quid eligeremus, cum in peccato, cum in tenebris essemus, & nihil boni diligebamus? *Ego elegi vos,* hæc est, neq; de studio vestro, neque de merito vestro accidit vobis, sed de beneuolentia mea, de gratia mea, de tractu meo vobis contigit vt sitis ad me conuersi. *Nemo enim venit ad me, nisi pater meus traxerit eum.* Et nemo venit ad patrem, nisi per me. Ego itaque elegi vos, non quia fuistis boni, non quia meliores cæteris hominibus, nec ideo, quod scirem vos futuros bonos. Nihil horum. Non enim si boni estis, essetis nisi per me. Non essetis boni, nisi vos fecerem bonos. Non igitur ex vobis est, non de vestro est, si estis boni, sed de meo, quia elegi vos. Gratia electionis (si estis) fecit vos bonos. Elegi autem vos de mūdo (& sicut in Deuteronomio legitur) elegi vos de cunctis gentibus, quas creauit in laudem & honorem nominis mei tanquam populum mihi peculiarem, vt seruetis præcepta mea & caeremonias meas, & posui vos in paradysum voluptatis, scilicet in terram promissionis, hoc est, in statum religionis, in claustrum monasticæ vitæ, quæ reuera non immerito paradiso comparatur.



IN FESTO S. BRVNONIS.

583

Paradiso  
cur merito  
comparatur  
vita mona-  
stica.

Gen 3.

Religionis  
iugū quibus  
sic suauē  
& quibus nō  
Matt. 11.  
Matt. 29.

Ioan. 26.  
Religio mo-  
nastica qui-  
bus fit para-  
disus.

Gaudiū mū-  
di infaniam  
esse, non  
gaudium.

paratur. Nam etsi paradysum terrestrem, statum videlicet innocentie, statū obedientie, quo caro spiritui, spiritus subijcitur Deo, amissimus: edificauit tamen nobis propemodum Spiritus sanctus aliam paradysum, per sanctos patres instituendo regulas atque viuendi modos, quibus tanquam in paradiso à peccato, saltem graui, viuamus (si volumus) immunes, faciamusque rebelles passiones assidua mortificatione nobis obedientes. Et licet in hac paradiso, hoc est, in monastica vita multa videantur dura & austerā, quare non paradysus, id est, hortus voluptatis dici debeat, est tamen reuera bonis, pijs, Deo deuotis, hortus voluptatis, non iuxta exteriorem hominem, cui sane maximè quamdiu adhuc immortalisatus est, aspera occurrunt, sed iuxta interiorem hominem, & secundum spiritum, qui multa in hac paradiso suauitate irrigatur. His enim qui verè renunciauerunt mundo, qui ex affectu, & ex corde suo mundi amorem profligauerunt, est religionis status iugum suauē, & onus leue. Nec potest nō esse verum, quod eiusmodi Dominus promittit centuplum in hac vita pro simplo, quod sui amore reliquerant recipiendum, & nihilominus vitam æternam.

Porro, si qui sunt, qui corpore versantur in eremo seu monasterio, corde in Aegypto, qui ad onera ordinis inuoluntarij impatientesque corde murmurant, qui effugia atque remedia quærunt, aut qui vltionem suæ professionis immemores, quæcunque faciunt, quasi coacti, & ex quodam timore faciunt, ita & si possent vel clam, aut impune, aut citra verecundiam vellent transgredi, ijs religio planè nō est paradysus, sed misera (quam ipsi sibi faciunt) captiuitas. Sunt enim miserabiliores omnibus hominibus, neque hic consolationem, neque ibi, id est, post hanc vitam spem habentes, sed viuunt in tristitia & amaritudine, propter malam conscientiam & malam voluntatem. Verùm hæc dicta sunt de obstinatis, impijs, & qui mala sunt voluntate, duroque corde, non de his, qui imperfecti sunt, licet bonæ sint voluntatis, qui contra voluntatem suam quandoque tristitiam sentiunt, aut gemunt sub oneribus ordinis, hi si non consentiunt, si non retrocedunt, si non expectant, donec ab alijs cogantur, sed cogunt seipsos, faciuntque de necessitate virtutem, sunt quidem ad tempus, in labore & tristitia, sed tristitia, eorum vertetur in gaudium, fietque dulce, quod erat illis amarum. Caterum, illos putatisne in paradiso viuere, qui in feruore currunt charitatis, qui nō dum ius i præuolant, vbi de voluntate Dei aut superioris constitit, qui faciunt cuncta cum desiderio & suauitate, qui gaudent, quod aliquid possint facere beneplacitum Deo, quibus licet exterior homo sæpè turbatione aut fatigatione molestetur, secundum tamen interiorem hominem renouantur? ipsi de die in diē, pacē & tranquillitatē indies maiorē per subiugationē exteri- ris possidēt. Hi plura cupiūt facere bona, q̄ possunt. Hi nō discutiūt, nō interrogāt mortale an veniale sit, q̄ prohibetur: q̄ ubique Domini aut superioris loco Dei constituti didicerint voluntatem, execrantur pari studio, quicquid illi adgeratur. Habent igitur tranquillam bonamq̄ semper conscientiam, quā in hac vita nil dulcius est, nil felicius, nil suauius. Nam gaudium, quod mundi habent amatores in crapulis, in venereis, in amoribus illicitis, in luxu & in abusu creaturarum, in choreis & tripudijs, infamia est, non gaudium.

non gaudium, ad æternum v& perpetua lamenta perducens. Habent quæque huius gaudij amatores hic vermem rodentem cōscientias eorum. Porro post hanc vitam vehementius rodentur, quod vident se ineffabiles pœnas, quas patiuntur, euadere (si voluissent) nullo negotio potuisse, & consorcio gaudiosissimo beatorum in cœlis sese sua temeritate atque stoliditate priuasse. Verùm his relictis, *Ego* inquit Dominus, *elegi vos filios de mundo*, hoc est, de vita mala, statu peccandi, de societate mala, de peruersa voluntate peccandi, & posui vos in statum religionis, quo ab occasionebus vos seducentibus & retrahentibus, à periculis, à tērationibus & ruinis multis contutus sum, *vt eatis per studium bonæ voluntatis, & fructum asseratis bonorum operum, præsertim obedientiæ, quæ nulli operi quamlibet vilissimo non reddat fructum aut præmium. Et fructus vester maneat*, per perseuerantiam & humilitatem. Vtraque enim & superbia & instabilitas boni operis fructum exuit.

Beneficium vocationis non esse parui faciendum. Ingratitudo triplex canenda quæ sit.

Vocationē suam Deo acceptam referre debet religiosi

1. Cor. 4.

Cōuersionis suæ nemine debere penitere.

Ecce charissimi fratres, hoc beneficium vocationis nostræ nõ leue aut paruum existimemus, ne ingratitude rei inueniamur, simulquæ pluribus potioribusque beneficijs, quæ per gratitudinem accipere potuissemus, nos ipsos spoliemus. Ingratitudo, quantum nunc sufficit, triplex est. Si aut non cognoscimus beneficium acceptum, aut si paruipendimus non dignas gratias agentes, hoc est, nõ beneficium illud æstimantes, aut si beneficio, ad quod collatum est, non vtimur. Cauemus itaque ingratitude, cum in omnibus, tum præcipuè in hoc beneficio vocationis nostræ. Primo, vt cognoscamus vocationem hanc esse nostram à Deo. Quis enim sibi ipsi persuadere poterit, contemnere mundi gaudia, florem iuuentutis, societate amicorum, temporalia bona atque diuitias, & dare se ad carnis afflictionem, ad captiuitatem perpetuam, abdicare à se libertate voluntatis (qua nihil nobilius, nihil magis est proprium homini) abnegare sua desideria, subijcere se ad voluntatem hominis alterius, idque per oem vitam suam? Hoc, inquit, nemo hominum negotia, necque alteri persuadere potest. Natura enim haudquaquam hoc docet, sed inspirat hæc Deus, nec solum inspirat, sed etiam toleranda, in dō & desideranda facit. Quot sunt in mundo religiosorum laudant, qui se bonos monachos optant, quædam tamen diuinæ gratiæ tractum in se non sentiunt, quod laudant, quod amant, quod optant, non amplectuntur? Si ergo quicquid boni in nobis est, à Deo est, quomodo quod optimum & perfectissimum est (se abnegare & totum Deo offerre) à Deo non est? Omnino igitur indubitatum, omnino firmum sit fratres apud nos, vtrumque esse ex Deo, & quod seculum reliquimus, & quod ad hanc religionem, ad hunc statum, ad hunc locum venimus. Neminem igitur conuersionis suæ peniteat, nemo diuinæ vocationi ingratus inueniatur. Nemo huiusmodi sibi phantasias diabolicas in corde fabricet. O vtinam in tali aut tali statu viuerem, vtinam ordinem illum ingressus fuisssem, vtinam illo loco receptus fuisssem, quasi a tibi nulla tenta esset, nullus diabolus, nulla pugna, aut quasi Deus, qui vocauit nos, errauerit, male nos huc insipienterque vocans, cum potuisset sapientius vtiliusque alio nos vocasse, aut quasi nos sapientiores constituere velimus Deo, qui melius sciamus, quid & vbi & quomodo expediat saluti nostræ, quam Deus, aut quasi Deum in delictis arguamus, qui cum nos vocare voluerit, ad incongruum tamen ordinem

inimem & locum nos vocauerit, magisq; salutaria nobis dare aut noluerit, aut non sciuerit quando ipse pater amantissimus & sapientissimus est, qui non solum bona, sed optima quæque & maximè salutaria nobis semper prouidet.

Charissimi per nos huc non venimus. Deus ipse vocauit nos. Quare? Profectò, quia id optimum nobis fore sciuit, idè vt pater fidelissimus huc vocauit nos. Si alibi maior nobis fuisset salus, hoc ipsum vtique sciuisset, & (quia bona & optima eius sunt data) illuc nos perduxisset. Qui enim non potuisset noluisse vè ad meliorem nos statum (si nobis fuisset melior) clementissimus pater vocare, quando tamè vocare nos voluit? Quis enim pater, qui filio suo, cum possit, non prouidet optima atq; saluberrima? Cùm itaque millies, imò infinities patre plus amet nos Deus, impium est calumniari, aut arguere vocationem illius. Calumniatur autem & arguit, quisquis hac non contentus, putat se meliorem sibi procurare posse, sapientiozem se constituens Deo. Cuius vocationem fuisse (quod ad monasterium, vbi iuxta regulam viuatur, venimus) vel inde intelligimus (& hoc citra dubium) quia cor nostrum inclinauit, & occasiones quotquot fuere necessaræ, quibus effectum fortiretur vocatio sua, procurauit, atque in finem exequendo nos huc perduxit. Non igitur charissimi fratres simus ingrati Deo, perniciosas has phantasias, diabolicasq; vacillationes admittendo, quibus fit, vt ad displicentiam status, lociq; perducti nihil cum alacritate, nihil cum feruore & gaudio spiritus, nihil cum stabilitate propofiti, sed cum tristitia, tædio & amaritudine omnia faciamus. Secundo, committitur ingratitude, quando beneficium quidem agnoscitur, sed non ea veneratione, qua debet, aestimatur. Credite fratres beneficium vocationis nostræ de maximis potissimum esse. Nihil nobis profuisset esse creatos, nihil redemptos, si non effemus ad penitentiam vocati, expectati atque iustificati. Post baptismum enim cecidimus omnes, & florem primeuæ atque vernantis ætatis nostræ peccando diabolo obtulimus. Quantum putatis fuit beneficium diuinum, quod nos annos portauerit nos hostes suos sibi rebelles ac contumeliosos? Aspexit sui contemptum & sustinuit. Quod item non damnauit nos, vt iuste potuisset in peccatis nostris, quantæ est misericordiæ? Quid quod tanto tempore expectauit, vocauitq; iterum ac iterum ad penitentiam? Quot sunt in inferno hodie, quibus nulla vnquam spes, nulla consolatio, nulla salus erit, qui fortasse vnum duntaxat peccatum mortale contraxerunt, aut saltem multo quam nos pauciora? Vbi sunt, qui olim nobiscum peccauerunt, & in peccatis suis obierunt, quorum neque in cælo neque in terra est hodie memoria, & iacent, iacebuntq; in perpetuis tormentis? Quomodo nos perditri non sumus cum ipsis? Quid nos fecimus, aut vnde hoc nobis, quod hæcenus præ illis nos ad penitentiam sumus referuati? Nonne ingens super nos fuit misericordia Dei, quæ nisi fuisset, sederemus iam multo tempore in inferno? Quantum est ergo hoc beneficium, quo cæca corda nostra illuminauit, dura emolliuit, atque voluntarios nos ad penitentiam fecit, locum, statum, instructores, libros, rectores, collegas: & planè quicquid conduceret, quicquid pro animæ aut corporis salute foret necessarium, nobis prouidens ac tribuens?

Optima quæque filiis suis prouidere Deū.

Vocationis diuinæ calumniator & reprehensor quis sit.

Beneficium vocationis quam sit magnum.

Finis vite  
monasticae  
quis.

Ad perfe-  
ctionem te-  
dere obliga-  
tos esse reli-  
giosos.

Tertium, quo ingratitude committitur, quando beneficio non vitur, ad quod nobis est collatum. Charissimi fratres, finis vocationis nostrae est perfectio charitatis. Ad hunc finem status religionis institutus est, quo noxia submoueantur, pericula fugiantur, mala occasiones tollantur, bonae adiungantur, peccatis disciplina, tentationibus remedium, bonae voluntati praedium administrantur, ignorantes instruuntur, infirmi inuentur, male volentes arceantur, tandemque ad salutem omnes, ad perfectionem charitatis promoueantur. Et licet non omnes, qui monasticen proficentur, ad perfectionem veniant, omnes tamen tendere coguntur, nemini sub transgressione licet voti nolle esse perfectum, aut abicere omnia, quibus comparari iuuari videat perfectio. Vulgari namque modo loquendo, perfectio charitatis est, vt homo omne studium suum deputet ad vacandum Deo, rebusque diuinis, cunctis alijs praetermissis, quae non sunt de necessitate praesentis vitae. Charissimi fratres, ne igitur hic simus Deo ingrati, ad quae vocati sumus accingamur alacres & fortes vincentes carnem nostram. Nulla nos accedia ab his, quae ad diuinum spectant cultum retrahat, nulla negligentia retineat, nulla carnis indulgentia ad lautae laxaeque viuendum nos eneruet. Nulla molities ad non frangenda desideria nostra nobis imponat. Quando surgendum est, surgamus, quando eundum, eamus, quando silendum, fileamus, quando operandum, operemur, vt semper Deo in obedientia, nunquam in propria voluntate diabolo seruiamus. Habemus ducem & principem nostrum D. Brunonem, qui in aetate iam penes senili ad poenitentiam iuuenis factus est, qui ad castigationem carnis aetate licet frigidus feruore incaluit, qui per aetatem fractis iam viribus athleta fortis exemplum sanctitatis & perseverantiae nobis reliquit. Cuius oremus nos apud Deum & merito & intercessione iuuari, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum patre & Spiritu sancto viuunt & regnat Deus benedictus in secula, Amen.

IN EADEM SOLENNITATE.

*Ut S. Bruno perfecte mundum contempserit, totum se ad Deum conuertit, & in semel arrepto pietatis studio perseverauerit, atque ut eum imitari debeamus.*

Sermo V.

**E**vge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. Matth. 25. Agimus hodie dilectissimi fratres solennitatem patris nostri D. Brunonis: cui quam pulchre conveniant verba thematis iam iamque recitati, puto vos ipsi advertitis. Ipse enim est servus bonus, quia fecit voluntatem Domini sui, mundum contemnens de seipsum, totumque se divinae mancipans voluntati exequenda. Ipse est etiam servus fidelis, quia in his non seipsum spectavit, sed gloriam domini sui, usque in finem fidelissime domino suo adhæsit constanti & virili perseverantia. Obsecro fratres mei diligamus & veneremur, talem & tantum Dei amicum, patrem & ducem nostrum. Atque vt ad illius amorem & venerationem, tum quoque imitationem magis ac magis inflammemini dicam. hac vice nonni-

Matth. 17.  
Luc. 14.

non nihil in commendationem tanti patris, vt & meo satisfaciam officio, & vestrae deuotioni ac expectationi. Et quamuis multa sint in hoc beatissimo Patre, quæ certatim & prædicanda & imitanda se nobis offerant, tamen cæteris prætermisissis, tria illa quæ iam paucis commemorauimus, in præsentiarum paulò fufius tractanda suscepi, quæ sunt, perfectus illius mundi contemptus, perfecta ad Deum conuersio, stabilis & inconcussa in semel arrepto proposito perseverantia. Ex his sicut primum locum obtinet perfectus mundi contemptus, ita & primo tractandus est. Scitis charissimi fratres, quemadmodum beatissimus pater Bruno mundum totum contempserit. Simul atque conuenit cum suis socijs, & inter eos quædam facta est de emendanda vita conspiratio, ita cuncta quæ habebat atque etiam habere potuisset in mundo dereliquit, vt nihil penitus sibi reliquum fecerit: non agros, non domum, non pecunias, non familiam, denique nihil omnino. Videtis vt in ipso suæ conuersionis exordio perfectè re ipsa perstiterit, quod Christus dixit diuiti illi adolescenti, sed diuitias malè diligenti, atque ob id ipsum ad Christi adhortationem obsurdescenti: *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia que habes, & da pauperibus, & veni sequere me.* Ita nimirum sanctus & admirabilis pater Bruno iam Christi vocantis & trahentis gratia illustratus, videbat se expeditis & inoffensis pedibus ingredi post Iesum non posse, nisi graue mundi sarcinam ex suis humeris deponeret. Quamobrem sine mora distractis omnibus & omni simul habendi aut quicquam possidendi cupiditate reiecta, totum animum, cor, amorem, studium, affectum, fauorem suum à mundo reuocauit, & ad Christum adiunxit, dicens Domino cum Propheta: *Quid mihi est in celo, & à te quid volui super terram? Deus cordis mei & pars mea Deus in æternum.* Magnæ fuit hoc virtutis, magni feruoris, magnæ perfectionis in tali viro tam nobili, tam erudito, tam fortunato, tot mundi nexibus implicato, tam repente, tam fortiter, tam integrè quicquid huius mundi est à se abijcere potuisse. Qui parum aut nihil habet vel etiam sperat in mundo, facile potest mundum despiciere, vt pote à quo se despici videt. Atqui mundi honoribus, diuitijs, voluptatibus affluere, & tamen Christi amore hæc simul omnia magno & intracto animo tanquam stercora & fumum quandam penitus repudiare, nihilq; omnino huius mundi habere velle, nihil huius mundi diligere, paupertatem, vilitatem, nuditatem, asperitatem cum filio Dei propter nos ad extremam inopiam & miseriam sponte sua redacto amplecti, id verò eximie ac raræ virtutis est. Vnde hunc beatissimi patris Brunonis tam virilem & immutabilem mundi contemptum non mediocriter suspicere, admirari ac venerari debemus. Credo sanè nonnunquam euenire quibusdam ex nobis iam paupertatem professis, iam mundi contemptum ipso habitu & nomine præferentibus, vt multum agrè à paruis & vilibus rebus nostro vsui permisissis separeremur. Et tamen S. Bruno adhuc in medio positus fortunæ blandientis cursu, maxima & plurima gaudens & alacer dereliquit, & ne ipsa quidem vitæ necessaria, quæ nobis abundè suppetunt, sibi reseruauit, omnino curam & sollicitudinem omnem proijciens in Deum, certissimè confidens illius providentia se enutritum iri. Si ergo nobis molestum est quandoq; vel leuissima re priuari, quæ tamen nostra non est, quia nihil proprij habemus, quanta obsecro virtus fuit amplissimas mundi fortunas & spes ad eò nihil pendere &

S Bruno vt contempserit mundum.

Matt. 19.  
Marc. 10.  
Luc. 18.

Psal. 72.

Contemptus mundi perfectus qui coniungat.

1. Pet. 5.

Rebus crea-  
tis quã so-  
briè vtendū.

Leuit. 10.

Galat. 5.

Cicero.

Philosophi  
quidam vti  
mundum  
cõtempserunt.  
Rom. 1.

S. Bruno quã  
perfectè se  
ad Deum  
conuertit. it.

Galat. 5.  
Col. 3.  
1. Cor. 15.

abdicare potuisse? Ergo charissimi fratres hoc ipso tam insigni venerandi patris nostri exemplo manifestè admonemur, nulli rei creatæ animi affectu adharere, sed vti quidam sobriè, religiosè, ac rationabiliter illis quæ ad vitam transigendam nobis necessaria sunt: at nihilominus cor semper habere ab omnibus absolutum, vt solus Deus suo id sibi iure vendicet, nec ibi vnquam amor creaturæ cuiuscunque inordinatus, tanquam ignis alienus qui legiti- uina prohibetur, ardeat, ne eueniat nobis quod duobus illis filijs Aaron- lienum ignem in thuribulis, per quæ corda nostra significata sunt, offeren- bus, quos sicut nostis, ignis à Deo missus subito extinxit in terrorem & ex- monitionem mortalium omnium, ne quis vnquam cor suum deat creatu- ris, soli creatori dedicandum. Itaque quamdiu aliquid ex his quæ in mundo sunt, eo animi affectu retinemus, vt illud sine dolore voluntatis & rationis (Aliud enim est, si non nihil sensualitas obmurmuret, quæ semper iustitiam aduersus spiritum) relinquere non possimus, nondum perfectè cum beatis- simo Brunone mundum contempimus, qui etiam ipsa vita necessaria ad sibi interdixit, vt tenuem ac vilem habitum pro corporis indumento, modicum panem & aquam duntaxat sæpè in cibum ac potum acceperit, idq; in- la horrida & immani solitudine, vbi si omnia ad victum & vestitum suppe- terent necessaria & accommodata, vel ipsa loci tamen & aeris asperitas, & rigor, & horridus aspectus, vbi sicut quidam ait, Horrifer Aquilonis stridor gelidas magna anni parte molitur niues, posset satis superq; ad corporis as- sictionem sufficere. O qualis est nostra vita, nostra pœnitentia, nostra opus, noster mundi contemptus, si cum reuerendissimi patris huius mundi contem- ptu & conuersatione comparetur.

Videamus nunc de altero, quod est perfecta ad Deum conuersio. Putent fratres charissimi, qui tam perfectè mundo valefecerant, qui nihil in mundo sibi retinuerant, alio quam ad Deum se transferre potuerit? Legimus quidem de Philosophis quibusdam, quod & ipsi omnia huius mundi abiecerint, sed idè vt possent vacare liberius sapientiæ, imò stultitiæ suæ. Non nouerant il- li Deum, nec promissam fidelibus beatitudinem perspectam vel sola fide ha- bebant: non ergo poterant se ad Deum totos conuertere, sed stulti facti sunt, & euauerunt in cogitationibus suis, seruiueruntq; creaturæ potius, quam creatori. At verò beatissimus pater Bruno certissima fide sciens esse Deum, sciens in cœlis repositam mercedem iustitiæ omnibus pijs, sicut totum se seuoauit ab hoc seculo nequam, ita totum se transtulit ad querendum, & erandum, contemplandum, possidendum, fruendum Deum. Id verò nemo potest facere, nisi qui simul vitijs omnibus nuntium remittat. Ergo beatis- sime Bruno absque vllò dubio mundi vinculis primum contritus, deinde ad- uersum seipsum totus insurgens, crucifixit carnem cum concupiscentijs suis, & mortificauit membra sua, vitia & passiones malas omnes, & totum uacatè hominem, vt sicut prius gesserat imaginem terrestris Adæ, ita deinceps ge- reret cœlestis. Oportet enim vt in homine prius moriantur vitia omnia, quæ possit Deo coniungi. Hic si prosequi longius uelim, quam sublimiter beatus pater de vitijs & eorum autore diabolo, de seipso & carne triumphauerit, quantum in virtutibus indies profecerit, quomodo Deo ad quem se conuer- terat, totus semper inhaerit, & quam excellenter denique in Deum transf-  
forma-

formatus sit, nimum prolixus ero. Potest quisque horum aliquam inde cō-  
iecturam capere, quod summus pontifex vocavit eum ad curiam suam: vtiq̄  
non vocaturus, nisi certissima relatione didicisset, adeo eum in omni gratia  
& virtute excreuisse, vt absque sui detrimento posset tuto versari in totius  
orbis arce; id est, vrbe Romana, & suis consilijs toti Ecclesie non mediocri-  
ter prodesse. Sed quid est fratres: quod Deus rursus voluit mundi tumulti-  
bus implicari amicum suum, qui vti ipsi soli posset vacare, mundo profusus re-  
nunciauerat? Vti que nobis patris nostri sanctitatem, prudentiam, sapientiam,  
mortificationem, perfectionem indicare voluit, vt dum discimus etiam in  
medijs periculis à prima conuersione eum minimè defecisse gaudeamus nos  
sub tanti patris signis militare in religione Carthusiana, pudeatq̄ nos vinci  
à vitijs, quando in cœnobio velut in portu ab omni mundi strepitu se iuncti  
vuiuis, nec occasiones peccandi admodum nobis suppetunt, nisi eas ipsi ca-  
ptate velimus. Est etiam hic quod imitari debeamus in hoc sanctissimo vi-  
ro, est vnde & nobis plurimum displiceamus. Hortatur nos mirabilis eius  
ad Deum conuersio, vt memores professionis nostræ, non iam nostris obse-  
quamur desiderijs, non nostris ducamur voluntatibus, non nostris simus sen-  
sibus & sensuum oblectamentis ac curiositate dediti: sed ad Deum extra quē  
nunquam benè esse potest animæ rationali totos nos conuertamus, & synce-  
ris cordibus liberis animis, non coacti sed vtronei faciamus eius volun-  
tatem, odiamus omnem iniquitatem, mutuo nos diligamus, inuicem nos  
verbis & factis adificemus, quæ pacis sunt sectemur, scandala nec præbeamus  
alijs, nec ex alijs capiamus, non iudicemus alios temere, non nobis ipsis pla-  
ceamus, aliorum bonis congratulemur, malis congemiscamus: denique sicut  
filij Dei in hoc vnum vno omnes animo, pari studio, eadem sollicitudine in-  
cumbamus, vt vita nostra sit vera ad Deum conuersio, auersio à peccatis & si  
quispiam in nobis videtur in se habere aliquid ab his diuersum, eum cuncti  
adiuuemus & prouocemus verbis, precibus, exemplis, vt id emendet. Sunt e-  
nim in omni congregatione infirmi quidam, quos non oportet contemnere  
sed commiserando suauiter portare, & omni studio beneuolentiæ ac frater-  
næ charitatis allicere ad meliora maximè quando omnes vnus corporis  
membra sumus, & vnum in cœlis patrem habemus, qui diligit cuncta quæ  
fecit.

Sed ne sim lōgior, tertium nunc pauca pertractabo, quod est stabilis per-  
seuerantia. Non est necess. fratres, vt vobis commemorem beatissimi patris  
Brunonis perseuerantiam, quæ iam toti orbi nota est, quæ fecit vt numere-  
tur inter filios Dei, & ab omnibus sanctus colatur. Perseuerantia autem, vt  
partem iam dixi, non modo sicut complures fecerunt sancti intra cœnobij  
septem inclusus, sed etiam in multis & magnis periculis, in oblati ipsi hono-  
ribus & dignitatibus, idq̄ genus alijs multis. Rara auis est fratres, qui in ta-  
libus perseueret. O quam multi in eiusmodi occasiōibus miserè perierunt.  
Nobiscum benè agitur, si vel in cœnobio & cellis seruare possimus animas  
nostras, & perseuerare vsque in finem. Tamen perseueremus, & si millies la-  
bi nos contigerit, ab ipso lapsu mox resurgamus. Non fraudabitur perseue-  
rantia corona, quisquis etiam post multiplices lapsus tandem vicerit. Quosdā  
permittit Deus subinde labi, vt pessimo præsumptionis spiritu non elidā-

Perseueran-  
tia quali o-  
pus.

Labi in vitia  
cur Deus  
quosdam  
permittit.

Ecce 3 tur

W. VI  
13

cur, quo multi funditus subuersi sunt, qui pro magnis habebantur. Sed est labimur vt homines, non simus obstinati in malo vt dæmones. Sæpè milites illi maiorem reportant gloriam, qui in bello crebra accipiunt vulnera & cæmen non penitus fugiunt, è pugna, sed semper animum viresq; recipiunt, quam qui non vulnerantur vnquam, sed frigidè decertant.

Psal. 90.

Surgendum  
quoniam sit  
ex lapsu vi-  
tiorum.  
1. Cor. 10.

Iacob 4.  
1. Pet 5.  
1. Cor. 4.

Matt. 25.

Perseueremus igitur & vt perseuerare possimus, non nostris fidamus vi-ribus, sed in adiutorio altissimi habitemus. Ab illo est bona voluntas nostra, qua bene inchoamus: ab illo est fortitudo nostra, qua magis ac magis progredimur, ab illo denique est perseuerantia nostra, qua ad finem vsq; viriamur perstamus. Qui lapsus est, certus de diuina misericordia iam resurgat: & si plus quam milies relapsus fuerit, non maneat prostratus, sed rursus resurgat, semperq; in finem vsque pugnet contra seipsum & instabilitatem suam, qui vero *si uideat ne cadat*. i. sit humilis, lapsis non insultet, sed condoleat, meminerit se hominem esse, qui possit faciliè excidere, nisi seruetur gratia & benignitate Domini Iesu qui *superbis resistit, & humilibus dat gratiam*. Nulli sanè ita perniciosum est homini religioso, vt cæca præsumptio & nimia sui præfidentia. Quid quæso habes ô frater quod non accepisti? Si autem accepisti, cur tibi tribus quod tuum non est? cur non magis times, ne ob tuam superbiam tibi auferatur quod habes, & alteri quem tu fortassis modo tuquam infirmum participandis, detur? Hæc dixerim vt caueamus animi elationem, quæ sæpè etiam bonis hominibus sub quadâ Zeli & iustitiæ specie subrept, atque vitiam non multos penitus euertat. Ab hac peste tutus est, qui cum S. patre Brunone in perfecto mundi ac sui ipsius contemptu, & stabili sui ad Deum conuersione perseuerat vsque in finem. Sed quid fratres charissimi, quid gloriæ, quid beatitudinis, quid dignitatis credimus obtinuisse sanctissimum patrem nostrum Brunonem in cælis? quando post tam felicem perseuerantiam, post deuictos hostes omnes, post confectum vitæ huius curriculum, solutis corporis vinculis, felicissima anima eius ad cælos migravit? Quis dubitet summa cum benignitate occurrissè illi Dominum Iesum cum innumeris angelorum & sanctorum agminibus, dixissè què illi quod tam supra thematis loco recitaueram. *Euge serue bone & fidelis &c. intra in gaudium Domini tui?* Quis capiat gloriam illi animæ purissimæ ac sanctissimæ a Deo collatam? An verò dubitare quis potest inter præcipuos ecclesiæ Hierosalem ciues receptum esse, hunc virum sanctissimum, qui tam sublimem egit vitam in terris, & tot animas Christo lucrificet, hodiequè lucrificat? Obsecro fratres mei, imitatores simus patris beatissimi, vt & ipsi cû aderit extremum vitæ punctum, audiamus à Domino singuli: *Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui:* quod nobis præstet meritis Sancti

Brunonis sanctorum omnium splendor & gloria  
Iesus Christus in secula benedictus,  
Amen.





IN SOLENNITATE OMNIUM SAN-  
CTORUM.*De via Sanctorum planè mirabili.**Sermo I.*

**R**eddedit Deus mercedem laborum sanctorum suorum, & deduxit illos in via mirabili. Sapie. X. Charissimi fratres, quam diu in hac vitam sumus, in itinere, in labore, in afflictione, in ærumnis, in miseria & exules & peregrini sumus. Væ qui hanc vitam, qui huius mundi incolatum, pro patria diligunt, quia non gloriosus eorum erit vitæ finis. Væ qui aliud nesciunt quam edere, bibere, ociari & nugari, ut hæc sit pars eorum, hoc studium atque gaudium, dum interim sancti circue-  
Heb. 11.  
 runt in melotis, in pellibus caprimis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, media macerati, extenuati vigilijs, orationibusq; instantes, & carnem suam cum vitijs ac concupiscentijs crucifigentes. Habiti sunt in derisum & in similitudinem improperij, & vita eorum reputata est sine honore atq; insania, propterea quod stulti propter Christum quæ mundus amat, ipsi abiecerunt: quæ vulgi opinio magnificat, contemplerunt: quæ caro concupiscit, execrati sunt. Itaque cum in laboribus & afflictione esset vita eorum, mortem habuerunt in desiderio, vitam verò in patientia. At modo quam sunt felices, quibus reddidit Deus mercedem laborum, à quorum oculis absterfit omnem lachrymam, quorum paupertatem donavit regno cælorum, quorum luctum consolatus est, ut non sit illis amplius lamentum, neque labor, neque vllus dolor, quorum esuriam & sitim reficiens exultatione satiavit. Quid dicam? quorum merces copiosa est in cælis. Apoc. 11.  
 Aded, ut neque oculus viderit, neque auris audierit, neque in cor hominis ascenderit, quæ illis præparauerit Deus, utpote diligentibus se. Agite nunc charissimi & imitamine: non sint vobis vigiliae prolixæ, non austera iudicentur ieiunia, non carnis afflictio grauis, non importabilis solitudo, non triste silentium, non dura aut molesta obedientia, non denique intoleranda fratrum immortificatorum inciuilitas. Exemplum habemus eorum qui præcesserunt. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt, & væ interminatur his, qui Matt. 3.  
 perdiderunt sustinentiam. Interrogate & discite quid nocuerit, imò quid contulerit beato Laurentio crates ignea, quid Paulo persecutio & gladius? quid Esa. 64.  
 Petro crux, quid denique cæteris sanctis laniatio carnis, truces bestia, ignes, 1. Cor. 2.  
 catastra, eulei, pices feruentes, flagella, pressuræ, exilia, atque aded ipsa ignominiosa mors. Nōne etiam nos hæc in illis osculamur, veneramur, prædicamus exollimus? Quanta est igitur illorum nunc beatitudo in gloria, quorum tam gloriosa hic in terris sunt tormenta. Itaque reddidit Deus mercedem laborum sanctorum suorum. Labor & afflictio spiritus deserunt, & Eccle. 2.  
 laborum gloriosus nunc apparet atque sentitur fructus. *Eiites ibant & flebant mittentes semina sua. At nunc venientes veniunt, cum exultatione portantes manipulos suos.* Et vos charissimi nunc dum tempus haberis, operemini bonum ad Rom. 8.  
 omnes, & quæ vobis occurrunt aduersa sufferte in patientia. Nullum enim quod. Sap. 3.  
Psal. 123.  
Galat. 6.  
Salutis indicium certum.

certius

Φ. VI  
13

certius est indicium salutis, quam bona agere, & mala pati. Ea propter feminate in lachrymis, vt in exultatione metatis. Seminate bona operando, feminate in lachrymis, mala æquanimiter tolerando, vt etiam vobis reddat Deus mercedem laborum vestrorum. Quando? cum laborum, hoc est, cum vitæ huius ærumnis & laboribus plena finis aduenerit. Breue est & satis tolerabile, quod portamus pondus diei & æstus. Et quid dico tolerabile, quando bonæ voluntati, quando cordi Deum amanti, est etiam dulce ac desiderabile? Qui ergo sub onere murmurat, qui ad vias vitæ laxioris ahelet, qui adhuc ad carnis ac sensuum oblectamenta suspirat, nonne conuincitur, quia Deum non amat? Quis sanctorum pro cibo aut potu, quis pro necessitate etiam vel in penuria, auditus est murmurare? quis in laudum diuinarum prolixitate auditus est conqueri? Quis visus est, aut pijs operibus, aut diuinis officijs deesse, quis carnem suam fouere? Nonne supra etiam vires, nonne super cæterorum consuetudinem, nonne vltra quam iusserunt diuina seu humanæ leges in opera pietatis se extenderunt? Vbi est nunc fratres in nobis illa sanctorum deuotio? vbi feruor & impulsio spiritus? Tædet me, & omnes non merito sedere debet ignauiæ & teporis nostri, quando quidem plerique nostrum inueniuntur sine affectione, sine deuotione, sine feruore: quasi animalia ad præsepia assueta, sic ad diuina accedentes, sine gustu spiritus, aridi & frigidi hinc reuertentes ad ea quæ spiritus sunt, & nos Deo coniungere deberent, aut stupidi, aut impatientes: pro cibo & potu, imò & pro illecebri gulæ solliciti, aut etiam murmurantes. Hæc charissimi non fuit sanctorum deuotio, quibus modo reddidit Deum mercedem laborum, quosque deuotum in via mirabili. Certè via sanctorum mundo, & ipsi qui terrena sapiunt, est mirabilis. Nam contumelias pati, iniuria non vlcisci, odientem diligere, carni non solum delectabilia, sed etiam necessaria multa subtrahere, honores spernere, laudes & gloriam aspernari, velle ex animo contemni, mundum fugere, res temporales relinquere, corpus affligere, aduersa vitro sustinere, pro malis bona retribuere, videtur profectò huius mundi amicis & prædentibus seculi stolidum, & indignum. Nam aliam longe viam monstrat præsentia carnis, sapientia mundi, quæ inimica est Deo. Gaudere enim malant ad organi sonitum, ad tympanum & citharam, vt ducant in bonis die: suos, sed in puncto ad inferna descendant. Vos itaq; charissimi memores vocacionis vestræ, memores propositi vestri, memores promissionis atq; solennis professionis vestræ, studete mortificare vestra membra super terram: discite à Christo magistro vestro, humiles & mites esse corde, *quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.* Scitis quod omnium rerum sobrietas, vilitas, asperitas, rusticitas, atque paupertas magis ad nos pertinet, quàm ad alios quoscunque monachos. Secundùm mensuram igitur vocacionis nostræ obliti quæ retro nos sunt, extendamus nos in anteriora, vt cum omnibus sanctis, hic in virtutum via nunc gradiamur, & posthac in gloria coronemur, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula,

Amen.

Matt. 20.

Deuotio  
Sanctorum  
quanta.

Via Sãcto-  
rum que quib.  
sit mirabilis

Rom. 8.

Iob 21.  
Col. 3.

Matt. 11.  
Coloss. 3.  
Philip. 3.

IN

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Via mirabilis Sanctorum qua sit, quam Christus prior, deinde Sancti  
omnes ambulauerunt, nosq; doceat imitari.*

*Sermo II.*

**R**eddedit Deus mercedem laborum sanctorum suorum, & deduxit eos in via mirabili. Sapientie X. &c. Omnium hodie sanctorum, charissimi, memoriam agimus festiuam, ipsis gratulantes quod de miseria ad beatitudinem, de labore ad requiem, ad victoriam de bello, de pugna ad coronam, de luctu ad triumphum, de metu periculisque ad securitatem, de morte transferunt ad vitam, & hanc tum felicissimam tum sempiternam. Itaque his gratulantes nos quoque simul excitemus ad eorundem imitationem, confortati inde quod non ignoramus homines eos fuisse quemadmodum nos, utpote mortales, infirmitatibus subiectos, tentatosque per omnia licet gratia Dei illustrioribus, utpote cui in se locum maximè congruum præbuerit. Scimus quoque eandem beatitudinem, quam illi receperunt, nobis esse promissam. Legimus itaque: *Reddidit Deus mercedem laborum sanctorum suorum, &c.* Quam mercedem? quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quam præparauit Deus diligentibus se, nimirum quæ nec videri nec dici, nec capi potest, nisi ab eo, qui extra hanc miseriam constitutus, totus iam felix, totus vnus cum Deo factus est. Ad hanc felicitatem sanctos suos deduxit Dominus in via mirabili, hoc est, in via à mundi sapientibus incognita contempta ac reprobata, quam Christus ipse prior ambulauit, docuit, nobisque imitabilem fecit. Quo circa in Euangelij quoque principio hodie dicitur: *Videns Iesus turbas ascendit in montem, & secute sunt eum turbae multae. Videns Iesus turbas? Nempè quas creauit, quas vocauit, quasq; saluare volebat omnes.* Itaque ascendit in montem. Ascendit super coelos coelorum, sedetque ad dexteram patris. Ascendit in montem. Ipse est qui & descendit propter nos. Quum enim diues esset, propter nos egenus factus est, ut pauperes spiritu omnes faceret regni celestis ciues. Denique cum esset æqualis Deo, propter nos semetipsum humiliavit, formam serui accipiens, ut de se & verbo & opere clamaret: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Aded sanè mitis, ut sicut agnus coram tondente se non aperiret os suum, & sicut ouis duceretur ad victimam, & cum malediceretur, non maledicebat, quo mites quoque qui se hic non defendunt, faceret beatos omnes. Misericors præterea qui non venerat iudicare, sed saluare quod perierat. Esuriens quoque & sitiens iustitiam, quâ obrem prædicationi aded feruens insistit, aded orationi, ut nocte somnû intermitteret, & die differret cibum. Porrò, quam fuerit pacificus, liquet inde, quod non pepercit sibi, sed tradidit in mortem animam suam, ut nos patri, quum inimici essemus, reconciliaret. Luxisse autem & illum nostra peccata testantur lachrymæ, quas vel super Hierosolimam flens, aut in cruce fuderat. Porrò, quam mundo corde sit quis enarrabit? Nempè speculum sine macula, candor lucis æternæ, in quam nil potest coinquinatum intrare. Ad extremum non modo persequutionem propter iustitiam passus est à Iudæis

Esa. 64.  
1. Cor. 6.

Sap. 10.  
Via mirabilis Sanctorum qua sit, & quo modo Christus eam ambulauerit.

Matt. 5.  
Beatitudines octo quò Christus in se expressit.

Ephes. 4.  
Hebr. 12.  
2. Cor. 9.

Matt. 5.  
Phillip. 2.  
Matt. 11.

Esa. 52.  
1. Pet. 2.  
Ioan. 12.

Matt. 5.  
Luc. 6.  
Esa. 53.

Rom. 3.  
Luc. 19.  
Sap. 7.

Apoc. 11.  
Matt. 5.

FFF

illi

Φ. VI  
13

Thren. 1.  
Matt. 4.

illi insidiantibus, verum etiam inuisus exosusque habitus, atque tandem extra ciuitatem eiectus, & in crucem suspensus. Hoc modo saluator, doctor, & legifer noster docuit nos viam illam, imò factus est ipse via omnibus credentibus atque se imitantibus in salutem. Propterea enim in mundum ad nos venit, vt viam ad regnum cœlorum hanc mundo supra quinque annorum milia incognitam ostenderet. Tanto namque tempore nemo hanc inuenire, nemo reperire introitum poterat ad regnum cœlorum. Adeo vt via etiam si multi recta ambularent via, portam tamen introitum que ciuitatis supernæ inuenire non potuerunt nisi clausam, quousque Christus veniret, & ad regnum cœlorum viam omnibus faceret manifestam, primus ambularet, primus reperiret, primus intraret. Inde sequuta sunt eum turbæ multæ, nimirum hæ, quarum omnium festiuam hodie agimus memoriam, quibus aliquando & nos iungendo: & speramus, & votis supplicibus oramus. Ad Christum enim cupimus, ad Deum venire optamus omnes, in quo refectio, vita, gaudium, quies, felicitasque est sempiterna. Quis enim non cuperet? quis non optaret? Veruntamen videte, charissimi, quomodo optemus. Nemo seipsum fallat. Est seruus quærens, atque sequi cupiens dominum suum terrenum. Respondetur ipsi ex Colonia illum in Angliam migrasse. Inquiret de via in Angliam perueniendi seruus, commonstratur via per Brabantiam, aut si alia vicinior est veniendi ad Angliam. Ille vero hæc audiens, ascendit Noricum, Bavaricamque & Austriam, nihilominus dicens se optare quærereque, quo possit modo venire ad dominum suum. Quomodo verò in veritate hæc dicere queat, aut quomodo dominum ex animo suum quærat, quis est qui non videt? Cui non ridicula videbitur responsio, dominum in Anglia habitantem, quærere in Austria? Hoc modo vereor multis nostrum contingit. Quis nostrum non optat esse cum domino Deo? Quis mortalium non optat se fore felicem? Hoc enim modo loquimur plerique omnes: Vtinam essem cum Christo in regno cœlorum. At quomodo hoc verè dicimus, quamdiu hunc mundum amamus, quamdiu ab eius negocijs, ab eius occupatione, ab eius amore non auellimur? Scimus viam illam arctam & angustam quæ ducit ad vitam, quam Christus ipse prior, deinde sancti omnes ambulauerunt: hanc ambulamus, illos qui præierunt, sequamur, & perueniemus quo ipsi peruenierunt ad Deum. Veruntamen qui latam viam, quæ ducit ad perditionem, vult ambulare, hic quærit in occidente, aut dicit se potius quærere Christum, qui habitat in oriente. Quapropter qui dicis, Vtinam essem cum Deo, pedum tuorum gressus, hoc est, affectuum & motuum singulorum tuorum gressus consummationesque considera. Vide iter pedum tuorum quo ambules, vide & diligenter expende, hæcine sit via quam Christus ambulauit, in qua securæ sunt eum sanctorum turbæ multæ? Dicitur autem via hæc quoque mirabilis, quia reuera mirabile est & infuerum seculi prudèribus ad diuitias, ad opes venire per paupertatem omniumque rerum contemptum.

Nunquid non via dici potest mirabilis, paupertatè suadere, qua heres efficiaris regni cœlorum aut dicere enim paupertate? An mirabile non est, patientiam obtinere victoriã, per sustentiam obtinere coronam, labore peruenire ad requiem, per angustias atque pressuras multas obtinere requiem & securitatem?

Matt 7.

Via Sancto-  
rum cur di-  
catur mi-  
rabilis.

tem? Ecce omnium videt desideria Deus. Itaque primum interrogans: Quid, inquit, optas? Diuitias, opes, regnumque si habere possem, responderet, cupio, Esto, inquit Deus, pauper spiritu, & habebis regnum caelorum. *Relinque omnia que habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo.* Alius, inquit, volo honoras. Esto, ait Christus, despectus. Sustine ut oderint te homines, & exprobrauerint & tibi maledixerint propter Deum, hoc est, propter iustitiam, propter veritatem, propter virtutem. Sustine ut derideant te, ut tibi illudat, ama nesciri & vilis reputari, & coronaberis gloria & honore, & hoc tempore opportuno. Alius optat libertatem, & huic dicitur: Sustine pressuras & contradictiones. Alius consolationem cupit & latitiam. Veruntamen respondetur illi, per luctum esse veniendum ad consolationem. Videtis quomodo contraria, & his quae optamus ex diametro repugnantia iubemur amare, quomodoque via illud dicatur esse ad id obtinendum, a quo maxime videtur distare? Mirabilis est igitur via, in qua suos deducit electos Dominus Deus noster. Sed mirabilius multo est quod sanctis suis, quando viam hanc ambulant, non solum toleranda, sed maxime etiam optata facit haec carni alioqui molesta, mundi que amicis inuisa, puta frigus, aestum, famem, laborem, vigiliam, sitim, exilia, persecutiones, opprobria, contumelias, poenas, iniurias, persecutiones denique & mortem, quae sancti laeti & alacres pro Christi subierunt amore. Inde videre possumus charissimi, quanto intervallo distemus, quanto ve accedamus ad sanctorum vitam. Idem nobis cum illis Dominus est aequus ac olim misericors, non inferior largitate, nec bonitate minor. paratus ignoscere, paratus misereri, paratus subuenire, paratus quaecumque necessaria sunt, nobis largiter donare, modo ipsi nos non impediamus, non pracludamus eius gratiae ostium, nec pulsantem ad ostium, cordis propellamus. Caterum, quia in omnibus delinquimus, in omnibus non solum inferiores sanctis, sed miseri etiam & peccatores sumus, multisque debitis impliciti indefinenter ad Dominum clamemus, sanctosque Dei omnes intercessores ad Deum mittamus pro nobis. Cognoscunt enim quid nobis sit necessarium. Amant etiam charitate perfecti, optantque bonum nostrum, nec minus licet eisdem orare nunc pro nobis quam olim, dum de sua adhuc salute haud erant securi: nec intercessores pro nobis mittere eos ad Deum, a Christo est deficere vel diffidere Deo, quandoquidem Paulus non Deo diffidit, aut a Christo defecisse credendum est, quando homines adhuc mortales, & ipse mortalis pro se ut orarent, rogavit. Possunt igitur sancti pro nobis orare, possumus & eos ut pro nobis intercedant (quomodo homines pios adhuc mortales possumus) inuocare. Quae sanctorum inuocatio omni modo licita, diuini que scripturis consona est. quamque felicior sit, ut puro, oratio haec, qua confidens in Dominum quis, quam humillime, quamque feruentissime potest ipsemer salutaria desideria sua portat, refertque coram Deo, humiliando verecundem animam suam coram illo vituperansque & accusans seipsum: illum vero laudans & bonitatem allegans illius pro se, dum prosterne effunditque in preces se ante illum. Hoc enim modo se in cognitionem amoris Dei perducit, assuescitque quod super omnia optimum suavissimumque est, fiduciam habere in Deo, qui super omnia est benedictus in secula. Amen.

Matt. 5.  
Matt. 19.  
Marc. 10.  
Luc. 13.  
Luc. 6.

Psalm. 6.

Ioan. 16.  
Matt. 5.

Jacob. 3.

Suffragia  
Sanctorum  
inuocanda.

1. Tim. 2.

## IN EADEM SOLENNITATE.

Quod sanctis & meritum & mercedem operetur Deus: quomodoque  
per viam ducat eos mirabilem.

Sermo III.

Mercedem  
nemini a  
Deo dari si-  
ne merito.

Jacob 3.  
Matt. 6.  
Psal 102.  
Mich 7  
Meritum &  
mercedem  
Deum ope-  
rari nobis.  
2. Pet 1.  
Apoc. 22.

Esa 26.

Merces eter-  
na quibus  
solis operi-  
bus iure de-  
beatur.

1. Cor. 15.

**R**eddedit Deus mercedem laborum sanctorum suorum, & deduxit eos in via mirabili. Sapient. X. Charissimi vbicunque promittitur merces, ibi habet dubium meritum cui merces debeat, præcesserit necesse est. Alioquin merces non erit merces, id est, laboris præmium, sed donum potius, si non sit labor, virtus, opusve, cui compensetur præmium quod merces dicitur. Quia ergo Sanctis legimus redditam mercedem, fateri cogimur quoque illis hanc non aliter redditam atque iuxta merita, id est, non aliter quam meruerunt, vt respondeat merces merito, hoc est, labori aut operi quod accepto fert Deus. Itaque cuiunque merces debetur, meritum habere credendus est, sine id probrium fit, siue à Deo sibi donatum. Hoc idè sic distinctum loquor, quia quomodo merces donatur, donatur & meritum, & eduersò, vt gratia Dei in omnibus commendetur. Verum dicit quispiam. Quæ habent sancti, aut quæ nos valemus habere merita, quibus obligetur quibusue debeat Deus, quando contra in multis adè offendimus omnes, pro quibus ipsi satisfacere non possumus, vt cogamur etiam quotidie inter orandum ad Deum clamare: *Domine, mitte nobis debita nostræ*. Respondeo, videndum quis sit qui reddat nobis mercedem. Nempe is, qui propitiatur peccatis nostris, & in profundum proicit omnia peccata nostra. Ille reddit mercedem, qui simul nobiscum nobisque operatur, & meritum cui idè debetur, quia reddere vult mercedem. Neque enim ex nobis, neque à parte nostra est, oriturue meritum, sed ex gratia præcipue Dei, quæ gratis hominem peccatorem iustificat, & ex diaboli ac ira filii Dei efficit filium, confortemque (quomodo Petrus ait) diuinæ naturæ. Vnde homo sic iustificatus, iustificatur adhuc, id est, crescit in iustitia, gratia Dei in se iustitiæ augmentum operante. Hoc itaque iustitiæ augmentum, cui merces promittitur æterna, meritum est, quod gratia Dei operatur in nobis, non tamen sine nobis, quomodo scriptum est: *Omnia opera nostra operatur in nobis*. Hæc autem opera quæ gratia Dei operatur in nobis, necesse est vt sint bona, quemadmodum eduersò quæ bona sunt, opera in nobis, siue merita quibus tribuenda sit merces æterna, necesse est vt eadem in nobis nobiscumque operata sit gratia Dei. His enim solis æterna merces promittitur quæcumque Deus in nobis, non his, quæ nos sine Deo operamur. His, inquam, quæ Deus operatur in nobis iure debetur æterna merces, quandoquidem sic statuit Deus misericordissimus & iustus, vt ipse in homine pio sit qui operetur bonum, ipse qui bonum, hoc homini donet, imputeque in meritum, propter bonæ voluntatis assensum: quandoquidem cum potuisset homo Dei gratiam non assentire, non cooperari, sed resistere, non restitit, sed cooperatus est, quæ admodum Apostolus dicit: *Plus omnibus laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum*, hoc est, plus omnibus laboravi, non ego solus absque gratia Dei, sed gratia Dei sola absque me, sed Dei gratia mecum. Potissimè licet gratia Dei in me

in me operata sit, non tamē sine me, sed mecū. Itaque q̄ hoc modo in nobis bonū operatur Deus, nobisq̄ id donat seu imputat in meritum, in nobis, etiā coronat: sua igitur in nobis, q̄ operatus est bona nobiscū coronat: his debitorē se cōstituit, his promittit reddi q̄ mercedē. Quādo enim aliqui is qui calicem aquæ frigidæ (vt Christus ait) sitienti porrigit in nomine Christi, pro tam leui faciliq̄ opere non amitteret, hoc est, haberet mercedem in regno cœlorum: aut quando illi immensæ retributionis pondus infinitaq̄ felicitatis merces redderetur, nisi Deus ipsemet esset, qui operatur in homine, ageretq̄ vt sui contemplatione suiq̄ amore homo sitienti compatiens potum aquæ porrigat? Vnde pro tantillo (quia ipse Deus operatus est) homini immensam reddit mercedem. Quis enim neget auctori tanto tantam quoque operis mercedem deberi? Quicquid itaque in nobis operatur Deus, & quicquid huiusmodi operi ab ipso in nobis sic operato iuste debetur, hoc imputat donatq̄ nobis. Inde fit igitur, vt pro leui opere merces æterna iuste debeatur. Iuste, inquam, attento eo qui operatur in nobis. Neque enim nos minimum quid operari possumus ex nobis, quod Deum nobis reddat placatum, aut quod merito præmiove dignum sit, aut quod purē ex charitate oriatur ad placendum Deo, sed huiusmodi operis auctor est Deus. Multum enim interest inter eum qui calicem aquæ frigidæ porrigit sitienti, & qui porrigit Dei amore sitienti. Primum absque singulari gratia potest homo. (Nam generales gratias si excludamus, tunc homo etiam desinit esse homo, quia à se non est.) Alterū seu secundūm absque gratia Dei singulari Deo se gratum faciente, non potest homo. Vniuersum igitur meritum nostrum est Dei gratia, licet gratia non ita sola velit esse, vt absque nostra voluntate operetur. Est enim aliquid etiam in nobis (quo assentimus non repugnantes, nec obicem ponentes, sed pro modulo nostro cooperantes gratiæ Dei) ad meritum necessarium. Hinc videtis quam magna sit in hoc loquendi modo gratiæ Dei commendatio. Ipse in nobis operatur meritum, idq̄ nobis imputat ac donat, vt iustam habeat occasionem nos coronandi, seu mercedem nobis reddendi. Quis iam adeo est insulsus, vt eiusmodi operibus à Deo operatis & homini donatis, neget inesse meritum, neget deberi præmium? An gratia Dei adeo est inefficax, aut impotens, vt nequeat operari bonum, quod laudem virtutemq̄ habeat (et si homini hoc imputetur) & meritum & præmium? An oculus eius simplex & bonus est, oculus verò tuus ò hæretice nequam? An quæ vult non potest facere? An ei non licet bona in homine atque per hominem operari, & opera illa bona homini donando ad meritum eidem imputare? Nonne hoc modo de Deo sentire (quomodo etiam B. Augustinus in duabus epistolis contra Pelagianos disputans, sentit) magis est gratiam eius prædicare, commendareq̄ simul & iustitiam eius & bonitatem, quam dicere nulli prorsus operi bono, quāuis à gratia diuina operato inesse virtutem, laudem ac meritum, nec vili deberi mercedem Deo licet volente, nec respectum boni esse operis apud Deum, licet à se operati, sed pro suo duntaxat arbitratu. Deum vni benē, alteri male, absque merito & ordine iustitiæ facere: idq̄ potissimè eo ipso, quo videlicet post hanc vitam vniuersa scriptura & fides nostra testatur, vnumquemq̄ recepturum iuxta opera sua. Ad opera mala certum est nos non indigere singulari adiutorio gratiæ Dei. Ad hæc enim sufficit prauitas nostra & malum

Matt. 10.

Merces æterna cur iuste pro paruo opere debeatur.

Gratia quæ non sola velit operari in homine.

Matt. 6.  
Matt. 20.

Augustin.

Prou. 24.  
Rom. 2.

Φ. VI  
13

Arbitrii libertate efficaciam in bono & malo, quæ sit.

Rom 7.

Luc 16. Via Sanctorum quibus fit mirabilis. Luc 6.

Sap 5.

1 Cor 4.

Paradigma de mirabili Sanctorum via.

2 Mach 7.

arbitrium. Atque idem quidquid de eiusmodi in nobis inuenitur, totum nostrum est, & iuste nobis imputatur. Porro ad opera bona nostra sufficit arbitrium nostrum solum. Non est enim adeo efficax in bono quomodo est in malo, quia, ut dixi, ad malum nullus ope indiget. Porro, in bono, seu ad bonum, nisi ope fulciatur diuinæ gratiæ, prorsus inualidum est, & languet, nec neutrobique cogatur. Ea propter Paulus dicebat: *Velle mihi quidem uolunt, perficere autem non inuenio*, loquens haud dubium de perfectione illa, quæ est interiori homini necessaria (etiam sine opere exteriori) ad consummationem virtutis seu operis boni, quam nemo hominum inuenit in se, sed à Deo necesse est ut recipiat. Verum de hoc satis.

Videndum nunc quomodo sanctos suos Deus duxerit in via mirabili. Mirabilis planè erat estque sanctorum via, non sibi, sed mundi amicis, filijs seculi huius, qui prudentiores, hoc est, callidiores sunt filijs lucis: idè quæ generatione sua. Dum igitur sancti mundi gloriam spernunt & honores, dum uoluptatibus sese abdicant, dum ieiunijs se affligunt, dum odientes se diligunt, dum benefaciunt se persecuentibus, dum abijciunt diuitias, & paupertatem amant, dum gaudent ad sui contemptum & iniurias, nonne amicis mundi, qui contraria prorsus amant & querunt, in admirationem ueniunt? Et quis dico in admirationem: quando propterea etiam in contemptum illis quædam amentes ueniunt? Quomodo enim post iudicium gementes plangent se impij, qui modo seculi uocantur prudentes & mundi lumina, quum uiderint Dei amicos, quos spreuerunt hic, in gaudio tunc esse, maximoque honore constitutos? Sera profectò pœnitentia cognoscent se à lumine ueritatis aberrasse, turbabunturque timore horribili, & mirabuntur præ angustia spiritus, dicentes: *Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum & in similitudinem impij. Nos insensati uitam illorum estimabamus insaniam, & finem illorum sine bono.* Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est! *Uultis scire quæ sit uia Sanctorum mirabilis? Audite Apostolum: Spectaculum facti sumus mundo, & angelis & hominibus. Usque in hanc horam esurimus & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cadimur, & instabiles sumus, & laboramus operantibus manibus nostris. Maledicimur & benedicimur, persecutionem patimur & sustinemus, blasphemamur & obsecramus. Tanquam purgamentum huius mundi facti sumus omnium perissemus usque adhuc. Hæc quis putatis cum euadere posset, uellet potius quis amaret? nisi Sanctorum hæc esset uia, & nisi Deus ipse in hac uia ambulantes conduceret? Et tamen legimus uidemusque, quod non solum tolerabilia, uerum etiam desiderabilia Sanctis hæc Dei fecerit amor. Nam ueteri testamento recenseamus è multis unum. Antiochus rex, qui cognominatus est nobilis, figuram habens Antichristi, cum Iudæos à patrijs legibus ad ritus moliretur transferre gentium, & hoc per uaria pœnarum genera retararet, contigit matrem quandam cum septem filijs offerri, compelliq; ad manducandas carnes porcinas in Iudæorum lege à Deo prohibitas. Verum, cum sex filios grauissimis impijs: mus rex extorsisset pœnis varijs eos cruciatu ad consensum matris astante inflectere uiteretur, neminem eorum vincere potuit, quin omnes eius tormenta pariter ac mœnas spernerent, atque pro Deo legisq; ab eodem traditæ amore in mortem se traderent. Astabat autem, ut dixi, mater, & in singulorum filiorum, quam uidebat, morte, pro natura adfectione*



fectione moriebatur quidem, verum cordi foemineo virilem animum adijciens, omnes ad patiendum cohortabatur. Sic enim legimus: *Supra modum autem mater mirabilis, & bonorum memoria digna, quae praecuntes septem filios sub vnius diei tempore coſpiciens, bono animo ferebat propter ſpem quam in Deo habebat: ſingulos illorum patria hortabatur voce, ſortiter, repleta ſapientia, & cogitationi foemineae masculinum animum inferens, dixit ad eos: Neſcio qualiter in ytero meo apparuiſtis. Neque enim ego ſpiritum & animum donavi vobis & vitam, & ſingulorum membra non ego ipſa compegi, ſed mundi creator, qui formavit hominis naturam, quique omnium invenit originem, & ſpiritum vobis iterum cum miſericordia reddet & vitam, ſicut & nunc voſmetipſos deſpicitis propter leges eius.*

Hac mater, quaſi denuo pariens filios Deo, dum profequeretur, ſeptimus qui adhuc ſuperſtes erat filiorum, & is natu omnium iunior adducitur, multuſque blanditijs ac promiſiſ a rege ad conſentiendum ſibi tentatur. Quae cum vilipendens adoleſcens omnia refutaret, vocata ad regem mater admonetur ſuadere filio, eiſque fieri in ſalutem, promiſit ſuaſuram ſe mater filio. Itaque irridens tyrannum, inclinavit ſe ad filiolum, & dixit: *Fili mi, miſerere mei, quae te in ytero novem menſibus portavi, & lac triennio dedi & alui, & in iſtam aetatem perduxi. Peto mi nate ut aſpicias ad caelum, & terram, & ad omnia quae in eis ſunt, intelligas, quia ex nihilo ſecit illa Deus. Non timeas carniſicem iſtum, ſed dignus fratribus tuis, eorumque particeps ſuſcipe mortem, ut in illa miſeratione cum fratribus tuis te recipiam.* Hac illa dicente, adoleſcens ultro tortores prouocavit, & regis ferocem ſuperbiam & tyrannidem increpans. Quo per varias poenas conſumpto, nouiſſime eiſdem poenis interempta eſt, & mater mirabilis, veruſque mirabilis, cui Deus tantam inſidit conſtantiam, tantamque charitatem, ut ſuperata natura cum gaudio ſeptem ſe praecite cerneret filios, eoſdemque horraretur ad mortem. Huiusmodi autem virtutes viamque Sanctorum mirabilem in nouo teſtamento ſanctorum geſta innumera teſtantur. E quibus referam vnum alterumve, Valens imperator Arrianus quum in Ediſſa eſſet ciuitate, & Chriſtianos ab Eccleſijs, hoc eſt, templis excluſos, vidiffet in campum conuenire, miſit praefectum iratus, qui inde quoque eos exturbaret. Praefectus licet paganus, hoc ipſum edictum clam per ciuitatem fecit Chriſtianiſ innotefcere, quo ſibi cauere, neminemque ipſe caſſina luce, quem laederet, in campo inueniret. Mane altera luce Praefectus vidit frequentioreſ ſolito populum congregari (licet adhuc cum maiori terrore apparatus faceret, ut interim Chriſtiani ſibi proſpicerent) atque ad locum feſtinantes praecipiteſque currere, quaſi nemo omnium deeſſe veller ad mortem. Interea vidit Praefectus mulierculam aedeo feſtinam e domo prorumpere, adeoque properare, ut neque oſtium domus clauderet, neque muliebri ſe habitu, ut decebat, contegeret, ducebat autem ad manum ſecum infantem, curſuque rapido etiam officij atque armatorum agmen tranſire feſtinabat. Quam praefectus capi, adducique iubens, Quo, inquit, properas tam feſtina mulier? Ad campum, ait, propero quo Catholicorum populus conuenit. Non audiffi, inquit, quia Praefectus illuc pergit, quofcunque inuenit perempturus? Audiui, reſpondit, atque adeo feſtinat e curro, ut ibi inueniar. Et quo, ait Praefectus, paruulum hunc trahis? Ut ipſe quoque, ait, nobiſcum martyrium aſſequatur. Aedeo Chriſtiano-

Paradigma.

Socrat. hiſt.  
Eccleſ. 1. 4. c.  
14.

Paradigma.

norum feruorem hinc est admiratus Praefectus, vt infecto negotio, ad Imperatorem rediens, diceret se hoc praecipuum exequi non posse.

Videtur quam via mirabili suos Deus ducat. Simile quid in Vandalorum persecutione contigit, dum Episcopi, Presbyteri, Diaconi, alijque quorum numerus simul erat quattuor millia nōgenti septuaginta sex missi in exilium proficiscerentur, secuta est anus quaedam sacculum, aliaque vestimenta portans, manuq; infantulum tenens: quem his sermonibus audita est consolari. Curre, domine mi, vides vniuersos Sanctos, quomodo vadunt & festinant ad coronam. Quam cum episcopi & reliqui sancti viri increparent q; importuna esset quae cuperet viris iungi vepote propter disparitatem sexus molesta, respondit mulier: Benedicite benedicite, & orate pro me, proque illo nepote paruulo meo, cū quo ad exilium pergo, ne inueniat eum solum inimicus, & à via veritatis reuocet ad mortem. Ad quae verba lachrymis Sancti quoque infusi Domini, inquirunt, voluntas fiat. Est igitur, quod dixi, via Sanctorum mirabilis, quam tamen non ambulant nisi eo ductore, quo & auctore. Christus namque viam hanc docuit, prior idem ambulauit, & quotquot se dicunt Christi esse. oportet sicut ipse ambulauit, ambulare. Est autem mundo valde haec via mirabilis, quia qui spiritum habent mundi, non possunt capere quae sunt Christi. Eam ob rem, vt in gestis Marci & Marcelliani legimus, inter multa variaq; tum patris, tum vxorum lamenta, quibus martyres labefactare, atque à proposito martyrij retrahere nitentur, mater eorum adueniens plorandoque dicebat: Heu me miseram. Amitto filios ad mortem vitro properantes. Quos si mihi hostes auferrent, per medios sequerer acies bellatorum. Si iudicia violenta concluderent, carcerem simul irrumperem moritura, Nouum hoc genus pereundi, in quo carnis flex rogatur, vt perimat, vita offertur, vt pereat, mors optatur, vt veniat. Est igitur via sanctorum mirabilis mundo, licet exosa, pijs tamen omnibus amplexanda. Quam ambulare cum feruenti desiderio nos faciat Iesus Christus, omnium Sanctorum rex & dominus, qui cū Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

1. Ioan. 2.

Marcus.  
Marcell.  
Vide ca. 3.  
vita S. Seba.  
ex M. SS.  
apud Suriū  
edit nouissima.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*De paupertate spirituum, de triplici pauperum genere, alijsq; huc pertinentibus. Sermo IV.*

**B**Eati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum Matt. V. Hoc omnium Sanctorum agimus festiuitatem fratres charissimi, tanto solenniorem, quanto eorum plures sunt, quorum est ista festiuitas. Non est autem vnus, duorum, decem, centumve Sanctorum ista solennitas, sed omnium qui à principio mundi deuicta morte, superatis omnibus quae contristare possunt, nunc de aeterna felicitate cum Christo securi latantur. Quia verò & hodie non solum id agimus, vt Sanctos honoremus, gratulemurq; eorum felicitati, qua iam ab omni peccato, ab omni aduersitate, ab omni periculo, ab omni infirmitate, ab omni timore liberati & securi impleti sunt, omni bono, satiati delectatione & gaudio inenarrabili: verū etiam vt accen-

damur & nos ad illorum imitationem, quia ad illorum pertingere cupimus gloriam, consideranda est nobis via, quam ambulauerunt, vt sequamur. Hoc enim magis prodest nobis (licet gloria eorum, quam modo habent, etiam copiosa esset materia prædicandi) videre exēpla, quæ nobis reliquerunt, & inuestigare regulam, quam seruando ad gloriam & felicitatem interminabilē perueniunt, vt nos eadem via sequentes, vbi ipsi modo sunt illuc tendamus illuc perueniamus. Hæc autem regula, quam seruauerunt, lex est Euangelica, quæ hodie in missa legitur quasi summam comprehendit. Christus legem nouam in octo beatitudinibus, siue in septem virtutibus tradidit, quia octaua beatitudo magis probatio est virtutis, quam virtus. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Sicut in his octo beatitudinibus tota lex comprehenditur Euangelica, ita prima ferè omnes alias complectitur, & fundamentum est aliarum, adeo vt nulla aliarum habeatur beatitudinum, vbi prima defuerit. Et iterum, vbi prima perfectè adfuerit, necesse est alias subsequi: quod forsã postea declarabitur. Quia igitur in prima habebimus quod querimus, maneamus circa illam declarandam. Siquidem omnes querimus regnum cælorum, illuc redimus omnes: quia ibi erit salus & felicitas nostra. Sed quid dicit Dominus? *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Bene quidem. Si vis habere regnum cælorum, sis pauper spiritu. Iam audio omnes posse saluari, omnes posse habere regnum cælorum. Tale enim precium posuit, quo emitur regnum cælorum, quod omni homini est commune, nulli impossibile. In temporalium rerum comparatione, diuites habent maiorem facultatem, quia precium eis in manu est facilius, quam pauperibus, aut mediocribus: sed in comparatione æternorum aliter est. Ibi namque tale precium constitutum est, quod nemo non possit habere, quod in vniuersiusque facultate consistit, Paupertas scilicet spiritus. Si dixisset: Beati diuites, quoniam ipsorum est regnum cælorum, nullus pauper potuisset saluari: & diuites quomodo fuissent inflati, quod soli ipsi potuissent mercari in foro nostræ salutis, quomodo contempserunt & oppressissent pauperes? quãdoquidem modo contemnunt, quos sciunt regni cælorum ciues futuros, & ab illis comparandum esse regnum cælorum?

Rursus nec simpliciter dixit: *Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cælorum* alioqui exclusi fuissent omnes diuites, saluandi omnes pauperes, quum plerunque e contrario, nonnulli sint diuites, quos bona commendat vita: multi verò pauperes, quos vita reproba damnat. Dixit ergo: *Beati pauperes spiritu.* &c. Posuit aliquod medium. Temperauit ita virtutis modum, vt omnes attingerent, vt diues possit esse pauper, & pauper, nisi spiritu sit pauper, nihil profit ei sola egestas.

Est autem paupertas spiritus virtus quadam animi simul voluntariam paupertatem, seu paupertatis amorem cū humilitate complectēs, quod patet ex contrario: quia sicut amatores diuitiarum, cupidi, auari non sunt pauperes spiritu, quantacunque etiam egestate premantur, ita inflati, tumidi, qui sibi aliquid esse videntur, qui sunt magni in oculis suis, non possunt dici pauperes spiritu. Paupertas igitur vera spiritus & amorem paupertatis & humilitatem simul vult esse connexa. Qui enim est pauper spiritu, id est, qui modicus & vilis est in oculis suis, id est, qui semetipsum non reputat, nec reputari

Regula Sã  
torum quæ  
fit virtus.

Beatitudinis  
primæ quãta  
fit virtus.

Preciũ quõ  
emittitur re-  
gnum cæ-  
lorũ quod.

Paupertas  
spiritus quid

Esa. 5.  
Paupertas  
spiritus quæ-  
nam com-  
plectitur.



Φ. VI  
13

tari cupit, nec in viribus suis, aut in semetipso confidit, & quia sibi displiceat, non cupit honores: quia verò indignum se reputat, nec officia ambit, nec ciuitas, nec cupit videri, sed celari, quia nihil sibi videtur. Econtrario tunc superbiorum & tumidorum spiritus, quia sibi magni videntur, & volunt honorari, & videri, & diuitias, & gloriam, & cætera habere, de seipfis præsumunt & sibi confidunt. Consistit ergò paupertas spiritus in diffidentia propriarum virutum, in contemptu terrenorum, in contemptu superfluis ac propriæ excellentiæ. Vnde D. Bernardus ait: Possumus tamen dicere, paupertatem spiritus consistere in duobus: In humilitate spiritus, & temporalium rerum abdicatione. Humilitatem autem sic describit S. Augustinus: Humilitas est ex intuitu propriæ conditionis & sui conditoris voluntaria mentis inclination in tuo inordinabili ad suum conditorem. Humilitas est velut quasi mentis incuruatio, seu genuflexio coram Deo eum semper venerans. Causa vna huius inclinationis est, intuitus propriæ conditionis. Propriam conditionem intuebatur Abraham, cum diceret: *Loquer ad Dominum meum, cum sis pulvis & cinis.* Porro eandem humilitatem S. Bernardus libro de deuotionis gradibus humilitatis sic describit: Humilitas est virtus, qua homo ex veritate sui cognitione sibi ipsi vilescit. In epistolis verò hoc modo eam describit: Humilitas est contemptus propriæ excellentiæ. Prior descriptio S. Bernardi humilitatem intellectus pertinere videtur: posterior autem ad humilitatem affectus. Huiuscemodi humilitatem, seu paupertatem spiritus habuit S. Franc. qui interrogatus, quidnam opinaretur de se, respondit: Videor mihi maximus peccator. Qui etiã sepe habebat fratrem, cui præmitteret obedientiam pro Guardiano. Idem frequenter præcipiebat sibi inferre contumelias. Eiusmodi paupertatem spiritus, id est, humilitatem S. vir Constantius Mansionarius habuit. Qui v. B. Gregorius in 1. Dialogorum libro refert, à rustico quodam contumeliam, seu contemptum passus, in eiusdem rustici amplexum ruit, eumque ex amore nimio constringere cœpit brachijs, & osculari, magnasque gratias agere, quod a de se talia iudicasset, dicens: Tu solus es qui in me apertos oculos habuisti. Et subdit ibidem B. Greg. Qua ex re pensandum est, cuius apud se humilitatis fuerit, qui despicientem se rusticum amplius amauit. Qualis enim quisque apud se lateat, contumelia illata probat. Nam sicut superbi honoribus, sic plebunque humiles sua despectione gratulantur. Cumque se & in alienis oculis viles aspiciunt, idcirco gaudent, quia hoc alieno iudicio confirmari intelligunt, quod de se & ipsi apud semetipsos habuerunt. Talem quoque paupertatem spiritus habuit B. Hilarion, qui terram & maria peragravit, ut ignobilis & ignotus haberetur, fugiens hominum laudes & notitiam. Huiuscemodi quoque paupertatem spiritus habuit S. Catharina de Senis. Propter cuius merita vas quoddam vacuum ex dono Dei miraculose pro magna parte vino optimo fuit repletum. Quapropter cuncti sanctæ virginis filij exultabant in Domino, gratiasque referebant virginum sponso mirabilia facienti. Sed & ciuitas totam hæc fama intantum peruagata est, quod paucis post diebus virgine sacra accedente ad quendam Patriarcham Apostolicum legatum, qui recentiter ad eandem venerat ciuitatem, vniuersa commota est, adeo ut cuncti etiam artifices proprijs officijs relictis currerent ad eam videndam, dicentes: Qualis est hæc, quæ vinum non bibens, vas vacuum miraculose vino potuit adimpleri.

Paupertas spiritus in quibus consistat. Bernardus Augustinus. Humilitas quod sit.

Gen. 18. Humilitas quò definitur a S. Bernardo. Humilitas duplex qua Humilitas S. Francisci cuiusmodi.

Humilitas S. Constantii Gregorius.

Mores superbiorum & humiliu quam sint diuersi.

S. Hilarionis humilitas quanta S. Catharine Senensis paupertas spiritus quanta

implere? Hoc ex cursu virgo sacra dolore cordis intrinsecus tacta, percepta causa concursus illius, mœrens & lugens ad consuetum accessit orationis refugium, dicens mentaliter hæc, vel similia verba: Vt quid Domine me miseram ancillam tuam tanto cordis flagello affligere voluisti, vt facta sim opprobrium vniuersis? Omnes alij serui tui possunt viuere inter homines, præter me. Quis petiuit à clementia tua vinum? Ego inspirante gratia tua corpus meum iam diu vino priuauit, & nunc propter vinum facta sum omni populo in derisum. Propter omnes misericordias tuas pietatem tuam obsecro, vt vinum illud taliter euanescere facias, quod cesset hæc fama, quæ inter hos homines est diuulgata. Quid plura? Exaudiuit Dominus vocem eius, & quasi contristationem eius sufferre non valens, primo miraculo secundum addidit. Nam postquam vas vacuum, repletum pro magna sui parte fuerat illo vino miraculoso, multique ciues de ipso ex pura deuotione bibissent, nec esset propter hoc vas diminutum: subito totum vinum conuertitur in feces: & quod erat prius dupliciter delectabile, sic postmodum impotabile. Sicque tam Domino illius cellæ vinariæ, quam venientibus ad bibendum, silentium imponitur: & quod prius prædicabant erubescerent, non audent amplius enarrare. Ipsa verò sacra virgo tota iucunda & lata efficitur, gratias referens sponso suo, quod eam liberauerat à publicis laudibus hominum. Hactenus ex vita eiusdem sanctæ virginis.

De paupertate verò notandum, vt ante dictum est, non simpliciter omnes pauperes beatos dici, sed pauperes spiritu. Vnde D. Bernardus in sermone vocat paupertatem spiritus voluntariam paupertatem, quæ est cum spirituali intentione, sic dicens: Diligenter attende, quod non simpliciter pauperes nominat, propter plebeios pauperes, necessitate miserabili, non voluntate laudabili. Spero equidem profuturam eis apud diuinæ bonitatis misericordiam, hanc ipsam afflictionis suæ miseriam. Scio tamen hoc in loco Dominum non de huiusmodi fuisse locutum, sed de his qui possunt dicere cum Propheta: Psal. 53. *Voluntarie sacrificabo tibi.* Attamen nec voluntaria quidem paupertas omnis laudem habet apud Deum. Nam & philosophi sua omnia reliquisse dicuntur, vt expediti mundialibus curis, studio vanitatis possent vacare liberius: & nolebant censu abundare terreno, vt abundarent in sensu suo. Hos discernit quod dictum est, Spiritu, id est, spirituali voluntate. Beati verò pauperes spiritu, spirituali scilicet intentione, desiderio spirituali, propter solum beneplacitum Dei, & animarum salutem. Porro, pauperes triplici ordine distinguuntur. Quidam enim demerentur, quidam merentur, quidam neutrum horum attingunt. Primum enim sunt tria hominum genera, qui malè vtuntur paupertate, qui sunt mali, peiores & pessimi. Primi dicuntur mali, quia cum sint pauperes, tamen suam paupertatem non ad Deum referunt, vt eam scilicet propter Deum ferant, sed in ea sunt quæruosi, impatientes, & ignorantes, viam Domini scire & tenere negligentes. De quibus per Hieremiam dicitur: *Pauperes sunt & stulti, ignorantes viam Domini, & iudicium Dei sui.* Secundi sunt peiores, id est, qui aliquod peccatum habent, quod aufert eis paupertatis meritum, vt quando sunt superbi, vani, gloriosi, aut præsumptuosi. Vnde dicitur in Ecclesiastico: *Qui gloriatur in paupertate, quanto magis in sustantia?* Et iterum: *Odit Deus pauperem superbum.* Tertij sunt pessimi, scilicet, qui de dono

pauperes  
cuiusmodi  
sunt beati.  
Bernardus.

Pauperes vt  
sunt triplici  
in ordine.

Pauperes  
mali qui  
sunt  
Hierem. 5.  
Pauperes  
peiores qui.  
Eccles. 10.  
Eccles. 25.  
Pauperes  
pessimi qui.

Eccl. 13.

paupertatis contra Deum murmurant, & de dono salutari, quod dedit eis ad salutem acquirendam, se occidunt: & vnde gratias Deo reddere debuerant, iam impugnant & blasphemant. Hinc dicit Ecclesiasticus: *Nequissima paupertas ore impij*: quia de ea se nequiter occidunt, & Deum blasphemant. Primi sunt insipientes: quia lucrum paupertatis & patientiæ amittunt. Secundi magis quia bonum paupertatis superbia sua, vel alio suo peccato inficiunt. Tertij pessimi, qui datori huius boni, cui gratias agere deberent, non solum ingrati sunt, sed ei etiam contumeliam inferunt.

Paupertatis bonæ genus triplex quod

Secundo, sunt pauperes, quorum paupertas habet meritum. Et horum paupertas etiam in triplici est differentia. Prima enim est bona, ipsam patienter ferentium, eorum scilicet qui sunt pauperes necessitate. Secunda est melior, eam non solum patienter ferentium, sed etiam hilariter. Tertia est optima, eorum scilicet, qui omnia abijciunt bona temporalia propter Deum, & sustinent paupertatem libenter.

Paupertas philosophorum quam fuerit vana. Paupertas sine merito qua sit. Diogenis paupertas qualis erat.

Tertio denique sunt pauperes, quorum paupertas nec habet meritum nec demeritum: quia non propter Deum onera diuitiarum reiiciunt & solitudines, sed vt liberius vacent philosophiæ studijs & secularibus scientijs, quæ tamen non referunt in Deum. Sunt alij, quorum paupertas non habet meritum, qui propter hoc solum diuites fieri nolunt, & diuitias habitas reiiciunt, ne earum curis & sollicitudinibus & oneribus affligantur, neq; id tamè propter Deum & suarum salutem animarum: sicut legitur fecisse Diogenes philosophus: qui cum haberet pecuniam, quam ad caput suum posuerat vt dormiret, quidam latro hoc percipiens, nocturnis horis furum eam illi furripere moliebatur. Et ille contra hæc aduertens, sollicitudine seruandæ cum affligeretur & dormire nequireret, vocato latrone, & accepta pecunia illi proiecit ei, dicens: Tolle miser, & vtunque me sine dormire. Verum hæreticis fratres charissimi, potius beatos illos, de quibus præfati sumus pauperes imitari satagamus, qui propter Deum voluntariè virtutem paupertatis charius amplexi sunt: quia nimirum primum locum obtinet inter beatitudines, eo quod est prima perfectio sequi volentium vestigia Christi, & fundamentum quoddam totius spiritualis ædificij, præsertim cum facit hominem cuncta contemnere temporalia, vt diuinæ contemplationi possit liberior in hære. Notandum est autem, quod paupertas spiritus omnes alias virtutes in huius diei Euangelio enumeratas in se continet: sicut inflatio aut præsumptio spiritus vitia omnia. Nam superbus tumidus ac præsumptuosus, quia in se confidit, non se humiliat Deo, nec reueretur aut precatur, nec subijcit se proximo (quandoque enim potius damna sentit animæ & corporis, quam auxilium petat aut consilium, ne videatur inferior) vult omnia legem ponere, & in oculis aut respectu esse aliorum. Quæ dicit, non potest contemni debere, sicut Achitophel. In omni re vult videri, & loquitur multa saltem ne videatur ignorans. Inde oritur iactantia. Si leuiter aliquis se illi, nimis dolet: quia non putat sibi fieri debere, quem se tantum reputat. Inde ira & rancor oriuntur & immitas. Et licet etiam humilibus nunquam placeat iniuria per se, quia iniustitia est cuiuscumq; etiam homini fiat: superbi tamen hoc solo nomine displicet, quia sibi fit iniuria. Nam alijs si fieret, non curarent, aut potius gauderent: quia ex oppressione aliorum fierent gloria.

Superborum mores quales sunt.

2 Reg. 15. Superbia vt omnia alta vitia in se contineat.

fiore. Inde sequitur inuidia. Item honores ambit & temporalia: quia hæc sunt quibus vult magnus videri: inde auaritia & ambitio. Inordinate consumit, quæ habet: quia vult videri magnificus & liberalis: inde luxus & multa vitia. Et ita fit, vt nec mitis sit, nec misericors, nec pacificus erga proximum, nec luget peccata sua, quia cæcus est, & putat se omnia bene agere: aut si scit se male agere, tamen non putat sibi imputari. Non timet idcirco, non luget, nec furit iustitiam, nec mundus est corde. Ita ediuersò qui verè pauperes sunt spiritu, nihil de se sentiunt, timent se male agere, & graua reputant peccata sua, idcirco se deprimunt coram Deo & hominibus, & neminem despicunt nec iudicant quia neminem putant seipsis viliozem. Item honores, officia, consultationes, & cætera huiusmodi fugiunt, quia non videntur sibi ad ea idonei. In iniurijs sunt patientes, quia iuste se credunt mereri. Nihil temporale diligunt, quia se non habent eo loco, quibus aliquid debeat. Ista paupertas spiritus facit eos mites erga proximum, lugentes coram Deo (cuius magnitudinem cum sua vilitate comparantes considerant) pacificos, misericordes, fitientes iustitiam, mundos corde, denique virtutum omnium studiosissimos. Quod & nobis omnibus largiatur veræ paupertatis præcipuus doctor & cultor Dominus noster Iesus Christus pauperimæ Virginis filius, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat per infinita secula, Amen.

Humilium mores quales sint.

Paupertas spiritus vti alias beatitudines in se cõtineat.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*De sectanda vera spiritus paupertate, & quibus eam liceat rationibus adipisci. Sermo V.*

**B**eat pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. Matt. 5. O verbū dulce, verbum consolatorium illis, qui verè pauperes spiritu sunt. Aliubi quidem dicit Dominus: *Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit.* Hic autem: *Beati sunt, inquit, pauperes spiritu.* Vnde nimirum gaudendi magna suppedit materia illis, qui hanc possunt paupertatem adipisci. Obtinetur autem ea precibus multis, lachrymis, poenitentia studijs, sui mortificatione, ac sui ipsius in omnipotentis Dei, & superiorum suorum voluntatem integra resignatione. Superiores enim nostri, qui nobis sunt diuinitus destinati, tanquam viua quædam Dei instrumenta sunt, ipsi Deus suam præstat gratiam, qua nos per veræ paupertatis ducant iter, quatenus ipsis placet, & nostræ salutis poscit ratio. Quos enim benignissimus Deus ad veram vocauit sectandam spiritus paupertatem, eos etiam ex omni æternitate ad eam elegit, ipsedemq; ab æterno quosdam præordinauit superiores, quibus singularem velit infundere gratiam & sapientiam suam in subsidium atque adiuuamentum eorum, quos hoc itinere ducturus est. Atque eos ipsos superiores ad id prædestinavit, non alios omnino. Nam tamen si reperiantur alij is sapientiores: tamen verendum est subditos erroribus implicandos, nec vnquam humilem apprensuros simplicitatem, nisi simpliciter contenti sint superioribus ipsius diuinitus datis, ipsiq; se totos accommodent, sibiipsis renuncient, firma fide Deo innitantur, submittantq; sese suo prælato, qualis qualis ille sit, quã diu nihil manifestè exigit quod sit contra Deum. Si enim possint subditi sim-

Mar 16.

Paupertas spiritus qui obtineatur.

Simplicitas vera quò acquiratur.

Prælati qui nam nos subijciamus

Gggg 3

plici-

Rom. 13.  
Matt. 18.

Paupertatē  
spiritus  
quam  
probeat.

Pauperes  
spiritu quā  
sint Deo  
chari & se-  
creti.

pliciter credere, praelati ipsorum pro illorum necessitate satis intelligentes ac prudentes erunt. Loquitur enim per illos Deus ut vult, & sicut nouit subditis expedire, siquidem suo illos loco ipse constituit, non quinquam aliter. *Non est enim potestas nisi à Deo.* Vnde etiā ait Dominus: *Super cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei: quacumq; dicunt facite.* Atque adeo si praelatus quilibet vitam viuat planē diabolicam, modo tamen subditi simplici sint fide praelati, nunquam eos falli sinet Deus: tamen firmiter confidant & credant Deo, & dicta praelati simpliciter sequantur, aliorumq; bonorum hominum exemplis sese conforment.

Enimuerō si verē velint pauperes effici, omnes quibuscumq; aderunt, exemplo eis erunt. Si quos loquentes viderint vel audierint, periuadebunt sibi omnes illos prophetas & Dei nuncios esse, eorū incitari à Deo, ut ipsos ad hanc beatam promoueant paupertatem. Homines impij mundi amatores contempnent eos intro se recipere: boni & virtutum studiosi trahēt eos ad contemptum sui & ut se virtutum inopes sentiant, nihilq; esse quicquid hactenus egerint. Bona enim facta per illos Deus operatus est: ex seipsis autem nihil male agunt: & sunt in quouis vitia procliuēs, nisi à Deo retineantur. Inde fit, ut meritō debeant aliorum infirmitati cōdolere, utpote quam in seipsis probē experti sunt, possuntq; ex aliena fragilitate semper meliores effici, si cogitent ex mera benignitate & gratia Dei à simili lapsu se praeferuari. Quanto enim studiosius propriam considerabunt imbecillitatem, tanto citius & facilius ad hanc pertingent paupertatem, quo verō pauperiores erunt, eo Deo bonitatem melius perspectam habebunt. Tanta nimirum est Dei benignitas erga beatos hos pauperes, ut continere se non possit, quin arcanas seminat & dona sua illis patefaciat, quae tamen multis alijs admodum sapientibus & opulentis abscondit. Et quia ipsemet huius est doctor & amator paupertatis, libenter in horum pauperum cordibus demoratur, atq; in eos solus ipse huius vendicat, sicutq; duntaxat eos vñibus seruat. Atque hac ex causa omnimodios pauperes efficit, nec quicquam eis relinquit, quo possint perfrui, nisi ipsorum infirmitatem. Porro quantumuis pauperes sint, saepe nihilominus omnem eis subtrahit consolationem, ut scilicet solus ipse in eis habitet, potestque illis ab omnibus expeditis tanquam aptissimo instrumento vti pro sua voluntate, & ipsorum ac aliorum salute. Siquidem adeo ipsi placent in pauperes, ut tam perfectē eos sibi coniungat, acque in vera paupertate in tantum eos sibi adglutinet, atque in seipso confirmet, ut neque daemones, neque homines possint eos in ruinam impellere. Non enim permittit cuiquam vllum ius in eos, nisi vni sibi duntaxat. Deinde etiam illis, quos eorum voluntate praelatos, curam exterioris hominis illorum refrenandi & custodiendi committit, ne is interno homini sit impedimento. Ipsi autem ipsidem pauperibus sedulam sui custodiam committit. Atque ita denique solus ipse potestimum illis seruandis inuigilat. Inde verō vnus ipse cum Deo spiritus sunt, summaq; Deo pace, concordia & amicitia copulantur: quando nulla est inter Deum & ipsos dissensio voluntatum, sed adeo inter sese cōspirant & concordant, ut non possint abinuicem discerni aut interuolui: nō quo creatura Deus sicut per essentiam, sed quod magnam illius induant similitudinem, sicut illi per gratiam intimē vniti. Jam verō sic vnus vna est voluntas, idem de-



fiderium, consimilis operatio, mutua consiliorum, & secretorum cōmunicatio. Unde iustitia Dei hominibus iustam minitante vindictam, benignissimus Deus, qui horum pauperum formam olim gerens non est dedignatus, iisdem id significat, ut imminentem vltionem deprecetur. Ipse quidem in cœlis secundum humanitatem orat pro peccatis hominū, & hi pauperes in terri, sicquē horum flexus precibus, pro mera bonitate sua reprimat irā suam Deus, nec potest in homines animaduertere. Imò sœpè ut pueri à fletu mox cohibentur pomo vniuo oblato: sic Deus vno horum clamore & gemitu ilico ab ira sua reuocatur, quamuis illa vehemens sit, si tamen ipsis eam scire liceat. Si ergo fratres charissimi, tanta benignitate ac prōptitudine Deus gratiam imperat suam, & arcana reuelat cōsilia sua hisce pauperibus, iisdēq; prē nimio erga illos amore & complacentia ad eō se illis coniungit, qua tandem rone committere poterit quisquis Deum amat, quo minus nocte ac die laborando, obsecrando, clamando hanc à Deo paupertatem consequi nitatur, finatquē creaturas omnes quasi dominari sibi, seseq; vrgere ac exercitare quo homo exterior melius refrænetur? Potissimum tamen legitimos pastores siue praelatos suos sœpè obsecrabunt huius paupertatis studiosi, ut liberè ipsis imperent, detegantq; illis ea in quibus crebrius delinquant, ut scire possint qua ratione ipsos moderari, instituire, coercere, & exercitare debeāt ad hanc capiendam paupertatem: Data autem à pastoribus consilia absque curiosa discussione simpliciter sequentur: alioqui diabolus quoddam illis aduehet impedimentum, quo omnem Dei gratiam fructumq; omnem amittent. Tum verò extra simplicitatem excident, & magnis angustijs constringentur, ita ut ignorent qua sit via gradiendum. Et quamuis bona ipsis maneat voluntas & intentio, tamen ex quadam cœcitate poterunt labi, antequam id ipsi nōrint, vel ab alijs eis possit persuaderi, donec reddita vera cognitione, omne à se propriū tentare ac sapere abijcāt, & in pristinā suam se demittant simplicitatem: nā alioqui priuati iudicij vel proprii sensus diabolū nunquam vincunt. Enimverò simplicitas sine proprii sensus vel sapientiæ discussione discenda est. Quo fit, ut plerique admodum sapientes sœpius labantur, & errent, quam simplices, multiq; ex sapientum numero acerbis nimium ruinas faciant, antequam possint ad humilem istam paupertatē pertingere. Volūt. n. omnia ratione & ingenio peruestigare: putantq; ex diaboli persuasū se viasq; suas nō intelligi, dum non redditur eis responsum quale ipsi vellent, atque ita existimant sapientiozem se consulere debere, qui ipsos melius capiat, & sit fortior ad tolerandam & mortificandam ipsorum imbecillitatem. Credunt enim infirmiores se esse, quam ut possint parua exequi, & humilia sectari, nec acquiescūt nisi ratione vincantur. His atq; alijs sexcentis modis nequam spiritus istiusmodi stultè sapientes boni specie deludit. Vbi verò iam intra se errare incipiunt, non possunt verum lumen cognoscere: sicq; quibusdam corripuntur angustijs, & quo se pacto gerere debeant, ignorant. Sentiunt quidem quippiam sibi deficere, sed quid sit nesciunt. Interim animum habent paratum, si quo diuino lumine se trahi perciperent, toto studio illi obsequēdi: dumq; eiusmodi bona intentione præditos se cernunt, errorem suum nequeunt agnoscere. Hac nimirum ratione tum Lucifer, tum humani generis primi parentes, pluresque alij euerfi sunt. Certè si Adam primo Dei praecepto,

Paupertatē  
spiritus desi-  
derantibus  
quidā faci-  
endum sit.

Simplicitas  
quā discenda.

Intellectu  
superbi quō  
decipiātur.

Φ. VI  
12

cepto, prioriq; proposito & cognitioni suæ ipsi diuinitus inditæ inhæsit, non esset prolapfus vnquam. At vbi cepit auscultare persuasioni diabolice, tanquam ipsius carni & sensibus plausibili, sensim à sua simplicitate excidit, corrumpitq; antequam ipse sciret. Quod idem etiam hisce natutis & stolidè prudentibus vsuuenit, quando primam deserunt simplicitatem suam, ad quam erant diuinitus vocati, cuique se Deî causâ tradiderant, applicuerantq;. Porro vbi malus spiritus eo illos potest adducere, vt à primo deficiant, excidit deinde, v: & alterum, & tertium, denique paulatim multo plura de se. Ita ad extremum penitus obscurantur, vt etiam si mortis velint subire discrimen, non possint verum reperire lumen. Enimvero ð Deus aliquandiu quadam miseria & desolatione eos derelinquit, vt rectius sese nosse discant, adeoque propriæ sapientiæ capiantur latetate, vt prorsus illis fateatur. Tum vero secum cogitant, si ipsis contingeret ad veram redire viam, nec pro morte ipsa inde se discessuros. Deinde vbi seruo clamant ad Dominum, diuè in precibus perseverarunt, & mira sunt grauamina perpessi, nõ abiicit eos Deus: quandoquidem bona in eis voluntas inest. Itaque quandam eis redit cognitionem: qua freti denuo inquirere incipiunt quod amiserant. Hicramillibus à minimis rursus exordiedum est, cunctisque instar paruulorum ingredi discendum obsequuntur, & morem gerent, atque in alijs eiusmodi, quæcunque excogitare poterunt, sese exercebunt, quo beatam possint assèqui paupertatem, etiam si non semper verum cernant lumen: quod vbi sentierint ad humilitatis studiũ se innitare ac ducere, non detrectabunt, nec recutabunt, sed ab alio se sinent vrgeri & instigari ad progrediendum. Hac ratione paulatim ad vix amissæ cognitionem reducentur: quanquam interim magno habebunt exantlare labores. Insequitur enim eos tartareus spiritus, multa vtens calliditate, quo possit eos suis iterum nexibus implicare. Vbi namque semel assensum obtinere potuit, libens eo reuertitur. Sed firma fide & simplici obedientia cuncta superabunt. Ita demum firmum quoddam ac solidum apprehendent fundamentum, perspicientque, quid hæc paupertas complectatur: quo cognito tanta capientur exultatione, vt omnis antea acti laboris & difficultatis minimè ipsos pœniteat. Quamobrem omnibus vna mecum consultum velim, ne hoc capessere iter pigeat, quamuis rarum & inuisitatum videatur, & non nihil molestiæ ferendum sit. Quod nullo consistit, nec valere aliquid potest. Incipiant simplices cum humilitate à minimis, semperque aliena viuant, non sua voluntate. Deo fauente nullo, aut exiguo negotio cuncta superabunt. Sæpè enim virtus arte quadam & industria ac simplicitate citius, quam ingenti labore obtinetur.

Ductorem ad veram simplicitate cuique necessarium.

Iter simplicitatis quo incipiendum.

Matt 3. Regni Dei quodna sit.

Agedum igitur omnes ad hæc capessendam paupertatem accingamur: maxime cum iam ante dictum sit, quantos illa thesauros secum aduehat, vtque vnum cum Deo sui possessores efficiat. Esto interim pauperes isti rebus omnibus nudi sint, merito tamen exhilarare eos potest, illa sententia Saluatoris qua ipsos beatos prædicat. Neque dicit, Beati erunt, sed beati sunt pauperes spiritu. Imò quod plus est, Ipsorum, inquit est regnum cœlorum. Quod vero illud regnum est, nisi Deus ipse? Anne igitur immentus promittitur & datur thesaurus hisce pauperibus, etiam dum adhuc peccatis obnoxij degunt in terris? Quid ergo postea in cœlis habituri sunt? Quæro fratres charissimi vobis.

vobiscum ipsi expendite, quanta sit benignitas præpotentis Dei, pro labore exiguo tanta reddentis præmia, puta seipsum. Equidem non video, ut pro dignitate hanc Domini sententiam commendare queam qua ait. *Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum caelorum.* Merito sanè dici de illa possit, *O verbum saluiferum, o verbum gaudij plenum, o verbum iubilo refertum, ac vndiquaque consummatum, o verbum anxietatis expers, o verbum cordi omnem angorem & solitudinem superuacaneam auferens, o verbum omnem infrugiferam cognoscendi appetitionem extinguens, o verbum voluntatis propriæ nescium, o verbum cor virile efficiens, ac pace sempiterna confirmans, quam nullus neque dæmonum, neque hominum perturbare queat, o verbum cor hominis ab omnibus cæli & terræ creaturis penitus nudans & expolians: utpote quod Deus sibi vni seruare decreuit. Interim nihilominus eiusmodi verè pauperibus omnia Deus subministrat absque illorum desiderio: & quicquid putant sibi esse necessarium, Deo procurante adipiscuntur, absque sua solitudine. Si enim Deus, horum est custos pauperum, ipse erit & nutritor & pastor. Obsecro fratres charissimi si qui sunt inter vos, qui mea dicta non satis capiunt, ut simpliciter ea accipiant absque curiosa inuestigatione, ne in errorem incurrât: Solis enim expertis ea benè perspecta sunt, nec satis possunt explicari inexpertis. Rogemus Dominum Deum, ut nos verè pauperes spiritu efficiat, quo & nos post momentanea huius vitæ curricula possimus ad beatissimam Sanctorum omnium, quorum solennitate hodie latamur frequentiam, peruenire, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui est Sanctorum omnium caput & corona, quem laudat vniuersa cœlestis Hierusalem in secula seculorum, Amen.*

IN SOLENNITATE SANCTI HVGONIS  
Episcopi Lincolnienſis Carthusienſis ordi-  
nis Alumni.

*De triplici vigilia & tribus hostibus.*

*Sermo I.*

**B**eatissimus ille seruus quem cum venerit Dominus & pulsauerit ianuam, inuenit eum vigilantem, Luc. 12. Charissimi fratres, magni pastoris hodie festiuitatem agimus, qui & se immunem custodire, & pro alijs tuendis eruditus potuit vigilare. Hic noster est Hugo Lincolnienſis Episc. & Carthu. monachus. Idèd moachus, ut sua ruta serualet:

ideo autè est Episc. ut aliena quoque vigilando & docendo protegeret. Sæpè nos, charissimi, ad vigilandum admonet Dominus, eosq; qui suo obtemperât consilio, beatos prædicat. Quippe qui nos inter animæ pericula non ignorat versari, serpentes in sinu circumferre, & laqueos comedere ac bibere. Vigilantia igitur & circumspectio quantopere nobis opus sit, res ipsa loquitur. Quare prima causa ut vigilemus esse potest, ne circumueniamur ab hostibus. Hostes habemus mundum, carnem, diabolum, atque ad eam propriam ipsam nostram voluntatem. Caro nos impugnat, & trahere nititur ad sensuum oblectamenta, ad luxum, ad curiositatem, noua sciendi videlicet, ut quæramus

Hostes ani-  
mæ tres qui  
sunt.

Caro propria quibus  
modis impugnet ho-  
minem.

H h h

mus

- G. lat. 4.** mus mollia, optemus pulchra, procuremus suavia, ã, lætatur cū gaudio quæ & cōmoda propria, & respiciamus laborem fugiamus q̄ aduersa. Caro laetatur diu dormire, lautè comedere, delicata amare, communia ac minus sapida respicere, ociari, fabulari, labores fugere, ex diuinis cœdio affici, & cum creaturis spiritualiter fornicari, Caro conqueritur de ieiunio, murmurat de uoliori cibo, indignatur si parcè tribuitur, contristatur si sobriè ministratur, caro fugit paupertatem, horret abstinentiam, deestatur penuriam, querit consolationem, amplectitur acediosam quietem. Qui eiusmodi sunt, fratres, in carne sunt: & si sponte ita manent, hoc est, si se non corrigunt, si non dolent, si se non arguunt & contra se pugnant, dici quidem possunt Carthufianæ, sed non sunt, quia primam fidem suæ professionis irritam fecerunt. Nam uocationis nostræ scopum finemq̄ attenderimus, omnino ordinem idcirco sumus ingressi, ne secundum carnem uiueremus. Secundum carnem autem uiuimus, si opera & desideria hæc carnis quæ paulò antè recensui, spiritu non mortificamus. Hortor vos, charissimi fratres, abiciatis omne ocium, ne minima tēporis portio in uobis sine fructu pereat: pretiosissimum est uis nostræ tempus, cuius ratio à Deo reddenda à nobis districte exigetur. Doleo saepè vehementer, quod uideo plerosq̄ uestrum adedè inaniter, adedè leuiter, adedè ociosè ne dicam etiam perniciosè tempus suum consumere, & prope modum nihil de fructu seu profectu animæ suæ cogitare, quæ carnis sunt plusquam oportet sapere, ad propria & quæ corpori conueniunt prudenter esse, ad ea uero quæ Iesu Christi sunt, hoc est, ut sciatis quid magis illi placeat quid uitæ eius conformius sit, quid denique eius gloriam uerius promoueat, inertes esse & oscitantes. Sanctus Hugo carni bellum indicens, ipsam adedè ieiunijs afflixit, ut peculiaria etiam multa statutis plusquam teneretur adjiceret, & abstinentias in pane & aqua ter in hebdomada faceret, & manducans, ne de cibi cogitaret delectatione aut uilitate, librum ante se habebat, ex quo continuè legeret. Hoc ipsum boni adhuc hodie omnes faciunt Carthufiani, formidantes à Deo carnalitatibus argui, si refectionem corporis abiq̄ animæ cibo sumerent. At prohi dolor, sunt qui de animæ (cuius refectione magis est, necessaria) cibo parum cogitantes, adedè cum suo cibo, adedè cum saepe corporali sunt occupati, ut anima interim relicta ieiunet, donec etiam non ultra esuriat. Charissimi fratres, sumamus cibum in timore Domini, si ne quo uiuere nemo nostrum potest, non eligentes, non discernentes quid apponatur nobis, modo eiusmodi sit, ut fame urgente comedi possit. Si delectatio (quæ semper comitatur, quamdiu natura est natura) non potest non sentiri, sentiatur ita ut tamen non queratur, id est, ut in illa non quiescat, ut nō desideretur, ut non intro recipiatur, sed à corde, id est, interiori homine perculsa, cum actu ipso comestitionis transeat & pereat. Sentiatur, inquam, ipsa delectatio sed non delectabiliter, id est, non propter delectationem, sed propter necessitatem, cui aliter subueniri non potest. Inde displiceat magis uobis ipsa misera necessitas atque captiuitas humana, quod non potest quo uolet, uili & impura delectatione carere. Si ita naturæ necessitatibus seruitur, necessitati seruitur, non uoluptati, & curam quidem carnis facimus, uerum tamen (quod solum prohibitum est) non in desiderijs. Vigilemus igitur charissimi circa sensuum nostrorum delectationes, circa creaturas quoque & res quas

Scopus moralis  
natura vite  
quis.  
Rom. 8.  
Temporis  
perditio  
quantopere  
sit vitanda.

Quo carne  
sua spiritui  
subiugari  
S. Hugo.

Cibus quo  
eum timore  
Domini sit  
sumendus.

Rom. 12.  
Vigilandum  
quo sit circa  
sensuum de-  
lectationes.

quascunque, vt non ibi sistamus, non hæreamus, nihil nos extra Deum detineat, nihil possideat, sed animus ab omni creatura ab omniq[ue] amore extra Deum sit liber. Est alius hostis noster, mundus ipse, vnde mala haurimus exemplā, malaq[ue] colloquia. Inquinamur malorum consortio, quasi leuius sit peccare vbi multi delinquant, aut quasi corā Deo magis sit excusabile quod inter complices eorundem aliorum ve peccatorum minus erubescimus. Inquinat nos mundus cui placere gestimus, & ferre non possumus ab eo nos esse despectos. Sumus in oculis nostris non nihil, & in cordibus aliorum esse aut haberi volumus aliquid. Cupimus de nobis benè sentiri, nobis faueri, nos æstimari & in aliorum opinione bonos aut præstantes haberi. Hæc quotidiana est fornax tērationis humanæ, qua vrimur fallimurq[ue] à nobis ipsis. Nā carnalis illa superbia in vestium ostentatione aut aliarum rerum gloria, in iactantia scientiæ aut potestatis, minus ad nos spectat, & manifestior est, quam vt opus sit de illa cauenda vos admonere.

Accedit tertius hostis, diabolus, exercitum ducēs malarum suggestionū, id est videlicet, superbiæ, inuidiæ, malarum suspicionum, aliarumq[ue] passionum malarum & vitiolorum, quem vndique colligit, duobus prioribus hostibus, carne videlicet ac mundo suppetias eidem ferentibus. Cui tanto vigilantius tantoq[ue] fortius repugnandum est, quanto mille ei nocendi artes, mille fraudes, mille technæ ac insidiæ, quantoq[ue] ex confesso & palam aduersarius noster est nunquam placibilis. Sed confortat & nos consolatur, quod nihil est ei virium, nisi quantum illi nos tribuerimus. Pugnare etenim potest, at expugnare aut vincere non potest nisi volentes. Quamobrem cauendum maxime à proditore nostræ salutis & omnium pessimo hoste, quem intra nos gerimus, qui vnus si non esset, nulla nobis exterior pugna noceret, hic mala est nostra voluntas, pessimus vtrique hostis, & semper vincens, vbicumque fuerit. Hac abucitur diabolus exuffians & odia, iurgia, inimicitias, iudicia temeraria, variaq[ue] mala concitans. Fratres, cōtra hæc pestē nil iuuant prædicatione, correctio, consilia ve quæcunq[ue] aliena: hanc oportet primum necari, qua mortua, pax erit hominibus bonæ voluntatis. Non vt nulla sit pugna, sed vt tam certa victoria, tam certa sit corona, vt etiam ab aduersarijs nostris nolētib[us] ea fabricetur, qui quanto plus molestiæ, tanto etiam gloriæ adferant. Interim tamen vigilandum, ne circumueniamur: & ne langueat bona voluntas, quærenda sunt orationum remedia, ne dormitet, lectionibus, exhortationibus ac castigationibus excitanda est. *Si, inquit, sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtiq[ue], & non sineret perfodi domum suam.* Quia verò nescit, omnem horam habet suspectam, semper vigilat. Hoc modo nobis, quia hostes habemus qui pretioso thesauro nos spoliare moluntur, semper vigilandum est. Est tamen & alia adhuc ratio vigilandi. *Beatus, inquit, qui vigilat ad fores eius, id est, sapientiæ quotidie.* Beatus qui visitationem obseruat diuinam, qui mundum parat Domino hospiciū, purum videlicet cor, & vigilat super custodia cordis sui quotidie, vt cum Dominus ad ostium eius pulsauerit, cōfestim occurrat & aperiat ei. Tertia est vigilia ad sponsi aduentum, ad egressum media nocte, id est, hora nobis incognita nos euocantis, vt tunc vigiles, præcincti lumbis & ardentibus lucernis parati ad egrediendum de mundo & ad nuptiarum ingressum inueniamur. Hæc triplici vigilia beatissimus Hu-

Mundus iste quō impugnet hominem.

Diabolus quibus tentationibus hominem impugnet.

Voluntas propria quā sit pessimus hostis & proditor salutis nostræ. Luc. 2.

Luc 12.

Vigilanda quo sit ad fores sapientiæ. Prou. 8. Luc. 12. Matt. 25. Luc. 12.

Quo triplici vigilia armatus fuerit. B. Hugo,

H h h h 2

go sem-

Φ. VI  
13

1. Pet. 4.  
Mat. 10.  
1. Cor. 15.  
Psal. 1.  
Rom. 12.  
Libri cuius-  
modi religi-  
osis frequen-  
tandi sint.

Cant. 3.

Iob. 27.

go semper armatus fuit. Contra hostes namque adeo fuit vigil, sicut in vita eius legitur, vt ne vnā quidem victoriam eidem diabolus potuisset subire. Et vos charissimi fratres vigilate in orationibus, ac citiore prudentia sicut serpentes, simplicesq; vt columbæ contra prudentiam carnis, quæ mortis est animæ, & contra prudentiam mundi quæ stultitia est apud Deum. Meditamini in lege Domini interrogantes quæ sit via bona, & discite: quæ Dei sit voluntas beneplacens & perfecta. Eam ob rem bonos frequentare libros, qui spiritum inflammant, vitia ostendunt, & ad virtutes erudiunt: hic enim lectio vestra debet esse scopus & finis. Nam si ex curiositate aut vanitate scioli aut docti habeamini, libros legitis, fructum vestrum hic recipietis sterilem & inanem. Qualis est lectio vestra, quale studium, talis vita. Deo uti duos oportet libros, mundani mundanos. Verum hoc alias. In altera vigilia, orationum, videlicet ac contemplationum, ad visitationem diuinam adeo fuit B. Hugo auscultas, adeo vigil, vt ne dormiens quidem ab oratione spiritum laxaret. Quare potuisset reuera dicere: *Ego dormio & cor meum vigilat.* Nam in somno cum nulla alia ab eo vox audiretur, hæc tamen quæ ad conclusionem orationis sæpenuero audiebatur. Amen Amen. Postremo ad horam mortis quomodo non vigilantissimus fuerit, qui tam inreperidus non nunquam ensibus nudatis & super caput eius vibratis pro iniuria suspensus regibus ac proceribus eorundem, pro Ecclesia, pro populo, pro religione, & qui contra tyrannidem omnem adeo restitit, vt impiorum neminem timeret qui non formidaret Hugonis cenfuram, ipse vero hominum minas fluctu penderet omnes, idq; non ex animi leuitate aut superbia, sed ex virtute, & ex bonæ astæ vitæ conscientia: vt pote qui pro Deo omnia agere, & nihil contra Deum se sciebat velle. Atque idem etiam moriens sibi hunc esse diem dicebat non iudicij, sed gaudij & consolationis, nimirum plenus fiducia in Deo, & securus quod non reprehenderet illum cor eius in omni vita sua. Quæ vtinam pariter nobis tribuat Iesus Christus cum patre & Spiritu sancto benedictus, Amen.

IN EADEM SOLENNITATE.

*Quomodo quis iustus in proximum, quomodoq; placere debeat Deo*  
Sermo II.

Magnum aliquid dici quadrifariam. Altitudo spiritualis quæ sit.

**E**cce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus. Eccl. 44. Festum beatissimi patris nostri Hugonis celebrantibus fratres charissimi tanto nobis ardentiori studio ad eius imitationem attendendum puto, quanto nobis ille & olim fuit professione coniunctior, & modo creditur charitate vicinior. Siquidem ordinis nostri alumnus, simul fuit & pontifex & monachus, nihil ex monastica humilitate vilior, nihil ex pontificali stemmate elatior, in vtroque magnus, & tanto maior, quanto humilior. Dicitur autem quadrifariam aliquid magnum, altitudine, profunditate, latitudine, longitudine. Primum altitudine dicitur aliquid magnum, hoc modo arborem dicimus magnam, quam cernimus altam. Altitudo spiritualis, part.

puritas est cordis. Quanto enim spiritus est mundior, tanto fit ad Deum ele-  
 uatior. Sanctus igitur Hugo magnus dicitur altitudine, hoc est puritate ac su-  
 periorum contemplatione, qua gratia quantum emicuerit palam est ex eius  
 legenda. Secundo dicitur aliquid magnum profunditate, quomodo puteum  
 dicimus magnum. Spiritualis profunditas est humilitas, quæ reuera apud  
 Deum magna est. Siquidem qui se humiliat, exaltabitur. Hic Hugo beatus et-  
 iam fuit magnus, quia humilis: quippe qui semetipsum contemnens, perfe-  
 ctissimè propriū abdicat fensum, propriæ abrenunciauerat voluntati, idē  
 tāta libertate spiritus & alacritate ubique obediebat. Quam humiliter sacer-  
 dotiū acceptauit? quam reuerenter executus est? Porro ad prioratum ac tan-  
 dem ad pontificatum cum peteretur, vrgeretur, ne susciperet quas non qua-  
 siuit vias? quas vt euadere posset non excogitauit artes? Quod cum obtinere  
 prorsus nequirit, ad eodē nihil de pristina humilitate monastica mutauit, vt  
 quod maior sibi dignitas accesserit, non posset aduerti. Nihil enim quod Epi-  
 scopus videretur, præter annulum ferebat. Tertio dicitur aliquid magnum  
 latitudine, quemadmodum latam seu amplā aulam, dicimus magnam. Por-  
 ro latitudo spiritus, quid est nisi latitudo charitatis, vt pote quæ ad proximū  
 quēq; se extēdit? Hoc modo B. Hugo (q̄ppe in quo cumulus operū pietatis ad-  
 eodē excreuerat, vt vir misericordiā dici posset,) nō iniuria vel maximus vo-  
 cari posset. Quis n. beati viri misericordiā, quis charitatē eius nō est exper-  
 tus? Infāculi, mulieres, egeni, peccatores, pœnitētes, extremo supplicio dāna-  
 ti, atq; adeo, & id maximè, defūcti, oēs beati pōtificis iatitudine excipiebantur  
 charitatis. Nulla ætas, nullus sexus, nullus ordo potuit se abscondere à ca-  
 lore eius. Nemo (inqt vitæ eius cōscriptor) ad eū pro qualibet causa accessit,  
 qui non consiliū & consolationē inueniret. Quarto dicitur quid magnum lō-  
 gitudine, sic viam longam dicimus magnam. Longitudo spiritualis, perfe-  
 uerantia est atque constantia. Hic non vulgariter magnus fuit B. Hugo, qui-  
 pe qui neque blanditijs, neque minis potentum huius seculi à via rectitudinis  
 potuit abinci. Non illum potestas, non minæ, non persecutiones regum, non  
 archipræfulis autoritas, non pontificum cæterorum ignauia, non intentata  
 bonorum suorum confiscatio, non collegæ sui impia proscriptio, non deniq;  
 super caput eius nudati enfes potuerunt à veritatis & iustitiæ instituto de-  
 flectere. Vbiq; igitur Hugo magnus, puritate, humilitate, charitate, longani-  
 mitate & perseverantia. Magnus præterea pontificali dignitate, magnus fi-  
 gnorum claritate, magnus doctrinæ exuberantia, magnus meritorum co-  
 pia, magnus diuina gratia, magnus postremo superna cœlestiq; gloria.  
 Ecce igitur sacerdos magnus hoc est, sanctitate præclarus, cuius sanctitatis argu-  
 mentum quoque euidenter subditur, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus  
 est iustus. Multa quidem extant sanctitatis indicia. At nullum potest inueniri  
 certius, quam placuisse Deo. Hoc testimonium infallibile est. Quide-  
 m placeret Deo nisi mundum & sanctum? Hoc igitur vnum desideremus, quod nō  
 est sanctitatis argumentum, quam sanctitas ipsa. Itaque commendatur bea-  
 tissimus antistes perfectissimè, dum nihil eidem, quod sanctum efficiat, præ-  
 dicatur defuisse. Quippe qui placuisse Deo, & iustus, pura erga proximum,  
 fuisse inuentus sit. Ac si dicatur: Ecce sacerdos magnus, qui legem omnem  
 impleuit, quia charitatem ad Deum & proximum perfectam habuit. Ita e-  
 nim

Profunditas  
 spiritualis.

Luc. 14. 18.  
 Humilitas  
 B. Hugonis  
 quanta.

Latitudo  
 spiritualis  
 quæ fit.

Iob 31.  
 Charitas  
 S. Hugonis.

Psal. 18.

Longitudo  
 spiritualis  
 quæ fit.  
 Perseueran-  
 tia S. Hugo-  
 nis quanta.

Sanctitatis  
 testimoniū  
 infallibile.

W. VI  
13

Iustus erga Deum verū quis dici valeat.

enim aprē hoc ita verti posset, vt iustus fuisse Deo, & hominibus placuisse diceretur: quippe cum neutrum horum euidentis sit præconium sanctitatis. Iustus namque erga Deum ( si iustitia dicatur virtus ius vnicuiq; suum tribuens) quis dici queat? Quisnam Domino retribuit, quod tribuendum est? Quis largitur Deo quod suum est? Quis reddit ei vt non magis maneat debitor? At qui soluere Deo nemo potens est, nemo satisfacere, quod debet. Multa interim donat atque iterum donat Deus, & quis est qui vel dignas possit eidem agere gratias? Taceo quod nemo satisfacere valet eius ad nos tantæ charitati, tantæ liberalitati, tantæ beneficiorum multitudini. Quid tandem quod maiora promisit: imò infinita & immensa nobis bona præparauit? Non ergo sumus iusti erga Deum, qui sati faciendo Deo tribuamus quod suum est. Verumtamen ipse sciens nostram impossibilitatem & vilitatem, si nos eandem quoq; cognouerimus & ipsi humiles fuerimus, de suo & gratis nos iustificat, vnde sibi placeamus.

Quō iusti esse debeamus erga proximum.

Ad 3.

Proximo nostro quam debeamus.

Porrò ad proximum iusti esse, & possumus, & debemus, vt illi quæ debemus impēdamus. Multa autem illi debemus, quæ ne quis ignorare se dicat, natura etiam clamat docens quæ sibi quisq; velit fieri, eadem etiam proximo debere impendi, sic tamen vt nequaquam illud negligatur, quod obediēdum porteat magis diuinæ voluntati quam hominis. Quemadmodum enim diligendus est proximus, ita in suo beneplacito anteferendus est Deus. Præliæ namque hominem quam Deum offendisse. Itaque multa ( quod dixi ) proximo debemus. Inter multa illa non minima sunt consilium & auxilium. Cogitate fratres charissimi, si quis inter nos constitutus in aliqua aduersitate, anxietate, perplexitate, aut alteri cuius miseriam obnoxius, cuius molesta, nesciat quomodo posset leuari, quam æstuanter desiderat anhelatq; ad consilium & auxiliū. Quam vellet, quam gaudet, aliorum corda sibi inclinare & compati? quam optat se adiuuari? Hinc ergo discat, quam iustum sit misereri proximo, & eum animum studeat in se transformare erga ceteros, quæ erga se optat inuenire apud alios. Porrò sunt pleraq; alia beneficia quæ quidam non appetunt: vt sunt refrenatio prauæ voluntatis, peccatorum correctio, item ad bonum instrui, à malo arceri, à noxijs retrahi, & ceteræ id genus salutis æternæ instituta, quæ quidam quanto minus optant, tamen maxime querere debuissent, tanto diligentius sunt eis etiam ingerenda. Quemadmodum beatus præsul Hugo fecisse laudatur, qui dum charitatem perbetam seruauit ad proximum, iustus fuit. Neq; enim iustitia hic opponitur misericordix, quandoquidem iustissimum est miseris misericordiam impendere, & eum affectum erga quem liber gerere, quem erga se cuperet quique aut cupere debere haberi. Hoc dico propter malos qui correctionem charitatis fugiunt, quam desiderare & amplecti deberent, quibus non secundum affectum quem habent vitiosum erga se, sed iuxta quem deberent habere bonum, inferuendum est. Neque enim diligunt semetipsos sicut scriptum est, qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Atque idē non quomodo sese ipsi diligunt, sed quomodo nos Christus diligit, iubemur eos diligere. Propterea dixi, placere Deo & iustum esse ad proximum, indicium esse sanctitatis, quia summam totius legis & charitatis geminæ consummationem completur. Porrò sicut Deo hoc modo iusti esse non possumus, ita e contrario homi-

Psal. 139.



hominibus placere non iubemur. Ideo placuisse hominibus nemo dicit signū sanctitatis, præsertim cum placuisse malis, vituperij maior suspicio fit, & de bonis quidem in cunctis debeamus placere, tantum abest ut cupiamus. Differunt enim longo intervallo, placere & cupere placere, quorum illud interdum bonum, interdum noxium est, hoc verò semper (si propter seipsum tanquam finis appetitur) perniciosum est, si verò propter proximi ædificationem, & ultimo saltem propter Deum, est meritorium. Cæterum ut cuius festum colimus, etiam studia imitemur, prima cura sit nobis hunc scopum præfigere, & illuc omnes nostros conatus extendere ut placeamus Deo. Si quidem hoc studium agere, est iam Deum diligere. Unde apud quem hæc inuenitur voluntas, ubi hoc frequenter exercitium, haud necesse est præcepta multa indicare. Non opus est illum obseruari sedulius, moneri sapius, increpari durius: quippe quæ desiderium hoc placendi Deo instruit & ducit ad omnia. Ideo & alijs sociatus, & in solitudine constitutus, semper idem est. Non illum mutat humanus intuitus. Non in oculis hominum est feruentior, & in abscondito segnior, quippe qui semper secum habet eum, quem timeri offendere, cui appetit placere, cuius amore nihil vult negligere, omnia gessit efficere. At contra, quam misera res est, quam onerosa ubi subditis semper oportet inuigilare, nunquam non timere? Vbi necesse est semper imperare, urgere, increpare, impelleret; ad Dei beneplacitum. Vbi oculus duntaxat humanus timetur, ubi clanculum furtiueque præuaricatur, quasi non confideret, qui omnia videt Deus? Non sunt (inquiunt) transgressiones istæ mortalia peccata. O quam modica est nostra charitas, si quod lethale non est, si quod gehennæ nos non facit obnoxios (tametsi Deus inde offendatur) patrare non metuimus. Nōne hinc formidandum est, non ex amore Dei venire, quod vel mortalia deuittamus, quando ipsum in venialibus offendisse pro nihilo ducimus? Nonne timor est seruilis, quādo Deum idē solum timemus, quia nobis metuimus? Atque idē ibi solum eius seruamus præceptum, ubi nostræ damnationis versatur periculum. Atqui oportuit ad diuinam gratiam ita aspirare, ita eius amicitiam ambire (ut si nullus esset etiam infernus) semper tamen maximo firmo feruore solliciti nihil admittere, quo creatorem nostrum offendamus, quo gratiæ eius augmentum nobis præpediamus, quo denique nostrum profectum retardemus, & postremo quo eius amicitiam fruitionem interceptiamus. Porro, hæc charitas quæ mortalia tantum, nō etiam venialia nititur euadere peccata, quantula est? Quam vicina lapsui? Idcirco bonus monachus, fidelis Dei seruus, quicquid Deo nouerit displicere, nititur euitare, quicquid placere, conatur obtinere. Itaque si quid faciendum cognouerit, non disputat, verum eius transgressio fuerit mortalis nec ne, sed an eius observatio Deo fuerit placens: nec (ut quidam) quod iussum fuerit discutat, an in scripturis etiam sacris sit expresse mādaturum, sed ne scripturis sacris fuerit contrarium, hoc ipso satis se obligatum ad obedientiam sciens, quod superiori potestati (siue prælatus sit siue Ecclesia) nō ignorat se perpetuo subiectum. Huic enim potestati cum etiam scriptura nos subiicit, quid aliud facit quam ut ad Ananiam Paulum, ita nos ad prælatum mittit, ut ipse nobis dicat quid nos oporteat facere? Huius humilitatis atque subiectionis obtinendæ gratia non oportuit omnia atque singula in scripturis explicari, sed vno interdum verbo

Desiderium  
placendi Deo  
quanta bona  
efficiat  
in homine.

Timor ser-  
uilis quis sit

Amicitia  
Dei quan-  
topere sit  
ambienda.

Seruus Dei  
fidelis quis

Scriptura  
sacra cur nō  
omnia ne-  
cessaria mā-  
det expresse.  
Act. 9.

innu-

Φ. VI  
13

innumera subinsinuari. Quam multa, quando obedire præpositis nostris iubemur, hoc vno verbo imperantur? Quam multa item propter charitatis obseruantiam proximo impendenda necessario veniunt, quæ in scriptura non singulariter exprimuntur, nisi quod generatim hoc verbo cuncta mandata sunt: *Diliges proximum tuum sicut teipsum?* Item: *Diligatis inuicem, sicut dilexistis vos.* Item: *Quæ vultis vt faciant vobis homines, hæc facite illis.* Itaque pari modo qui præceptis te subdit Ecclesiæ, qui potestati atque præpositis mædat obtemperare, vno simul omnia quæ tibi illi præcipiunt, mandat. Proinde nõ potest quis obedire Deo aut scripturæ, qui non vult obedire prælato suo aut Ecclesiæ quia illicõ vt præceptum hominis (qui Dei vice præcipit) spernit, etiam Dei mandatum (quo homini sibi præposito iubetur parere) contemnit. Verum de hoc hæctenus. Hoc fuit institutum, quod dicerem Deo nos placere non posse, nisi bonos ac virtuosos. Totum igitur nostrum studium impendamus, vt quales Deus ipse benedictus nos desiderat, efficiamur.

Reliquum est quod moniti sumus exemplo beati Hugonis iusti inueniri erga proximum. Neque enim commendatur placuisse hominibus, quemadmodum Deo. Siquidem nõ ita necessarium est ad integritatem fraternæ charitatis, vt proximo semper placeamus. Alioqui in omnibus cogemur nostram proximi voluntati conformare. Porro cùm proximi nostri voluntas plerunque, sit obliqua, contraria ac displicens Deo, quis nefas non diceret ad placendum homini eiusdem impiæ voluntati morem gerere? Potest igitur quis esse bonus, potest in proximum esse iustus, potest proximum verè diligere, & eidem tamen interea non placere: puta si à voluntate eius mala non dissideat, si eius prauitatem arguat, si studijs eius noxijs obsistat. Eam ob re iubemur iusti esse in proximum, vt si semetipsum proximus non diligit, si animæ suæ bona non inquirat, si consilia salutaria spernat & odiat, nos in hoc ei non quasi fauentes blandiamur, sed sicut ipse se perdit, ita nos illum syncerè diligamus, necessaria salutem vel nolenti ingeramus noxia negemus. Et hoc est iustum esse ad proximum. Porro in his, quæ Deum non offendunt, & neque propriam neque proximi salutem impediunt, pertinet ad eandem utilitatem seu charitatem placere proximo, id est, eius voluntati morem gerere, eius pacem quærere, & consolationem ei impartiri. Veruntamen hoc placendi studium fieri debet ad ædificationem, ne nos ipsos quæramus, hoc est, nostrum commodum, laudem, consolationem, & alia id genus, sed proximi utilitatem. Tunc enim rectè placere studemus proximo, si in hoc ipso studio non quiescimus, si finem ibi non ponimus, sed nostra intèrio sit placere proximo, vt placeamus Deo. Et hoc modo Paulo rectè obtemperamus admonenti vt vnusquisque fratri suo placeat ad ædificationem. At si quis ita proximis appetit seu quærat placere, quod placendi ipsa vanitas oblectat, & non tam cogitat vt proximus ædificetur, quam vt ipse glorietur, intentionem suam non in Deum dirigens, sed in hoc ipso quod est placere alijs, finem suum sibi constituit formidare habet scripturam, dicentem: *Dissipauit ossa eorum qui hominibus placent.* Et illud Pauli. *Si hominibus placerem. i. placere quærerè, Christi seruus nõ essem.*

Luc. 10.  
Ioan. 13.  
Matt. 7.

Luc. 10.

Quõ iusti esse debeamus ad proximum.

Placere quõ quis debet proximo ad ædificationem.

Rom. 13.

Psal. 32.  
Gal. 1.

Verum quid de illis sentiendum, qui ne displiceant homini, etiam offendunt.

dunt Deum? Transgrediuntur & Dei & superiorum præcepta vt fauorem hominis seruent. Ex charitate (inquiunt) hoc factum est. Non audebam illum hominem contristare, Et audebas Deum offendere? Quæ est ista quæso tam sancta, tamq; rectè ordinata charitas, quæ ad eò cæcos sui reddit cultores? Hanc charitatem (ne dicam carnalitatem) nescit scriptura, nescit sanctorū vita, Tullius est ethnicus, hanc primam esse legem amicitia dicit, nihil ab amico petere inhonesti. Alteram, etiam rogatos propter amicum nil inhonesti facere. In honestum hic maximè diceremus, quocunq; offenderetur Deus. Quid enim inhonestius, quam ne hominis amittas gratiam, Dei contemneres seu posthabere amicitiam? Sunt alij adhuc magis vecordes, qui non audènt rectè agere, vbi vident, alios delinquere. Ecce tam potens est scandalum, vt sæpenumero scientes & diligentes bonum, contra propriam conscientiam magis aliorum se conforment exemplo, quam diuino beneplacito. Nos verò charissimi fratres Deum super omnia & in omnibus diligamus, proximis propter Deum placere satagamus, & vbi opus est, etiam displicere propter Deum non timeamus, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

Placere proximo in quibus sit illicitum.

Cicero.

Scandalum quam sit potens.

IN EADEM SOLENNITATE.

*De tempore, quo hodie detinentur pleriq; monachi, & feruore deuotionis resuscitando Sermo III.*

**I**n lege Domini fuit voluntas eius die ac nocte. Psalmo I. Lex Domini immaculata conuertens animas, dicit Dauid. In hanc beatissimus pater noster Hugo animam suam contulit, quia die noctuq; Dei beneplacitum inuestigans, non communibus præceptis contentus, nec solum ad ea quæ iubet Deus paratus, sed quæcunq; didicit placere, acceptatq; fore Deo, ad ea impigrum se offerebat. Eam ob rem arctissimum quem inuenire potuit in monastica religione ordinem intrauit, in quo quam nihil socordia, quam nihil ignauia, quam denique negligentia nihil prorsus admiserit, liquet ex ipsius (dum esset Episcopus) testimonio, arguentis aliorum negligentias, & dicentis quod à tempore quo monachus esse ceperit, nulla sibi morantia subrepsisset. Morantiam dicere volens moram negligentis monachi, aut negligentiam aliquam seu obliuionem, vnde monachorum reliquus cogitur conuentus expectare. Videtis studium, videtis vigilantiam, videtis diligentiam magnam. Heu vbi est modo huius temporis miseria, vbi ignauia monachorum ad dilectis suis dormitantium, idè sponte, dum alij vigilantes Deo assisunt in oratione? Quid putatis angeli horum sentiant, quid plangent, videntes reliquos angelos, eos videlicet qui aliorum sunt monachorum custodes, orationum incensa offerre, sibi verò commissos somno stertere, se quod offerant illorum nomine non habere? Erubescant & corrigant se eiusmodi, vel angelorum suorum moti delectatione, & vbi surgendum fuerit surgant, vbi vigilandum vigilant, vbi etiam dormiendum dormiant. Quod si præter voluntatè aut in diuinis somnus, aut in alio quouis negligentia obreperit, cum gemitu

Psalm.

Morantia quid sit.

Tempor quorundam reprehenditur

Φ. VI  
13

Exercitia cuiusmodi frequenter S. Hugo in cella.

cordis plangent, & quicquid neglectum est nequaquam neglectum manere sed emendetur, & pro eadem negligentia satisfiat. Sanctus Hugo inter carnos ordines etiam eremiticum elegit, sciens vitam abstractam & ab hominum conuersatione atque colloquutione sequestratam Deo vacare cupienti- bus non modo vtilem, sed etiam maximè necessariam. Mansit igitur cella re- cola sedulus, nec ibi solus. i. ociosus, sed aut Deo loquens, aut Deum audiens, aut Deum contemplans, semper cum Deo erat. Cum Deo loquebatur orando, Deum audiebat aut legendo aut diuinos instinctus recipiendo. Deum con- téplabatur suspiciendo, cognoscendo, in eius operibus admirando, affec- do, ad illa aspirando, atque eius bonitatem dulcedinemque in seipso gustando. Hæc namque sunt cellæ exercitia, hæc officia eremite. Sed heu quo ruit hodie tepor & inertia monachorum? Heu vita spiritualis quomodo extinguitur! Heu quomodo in plerisque religiosis prorsus nulla inuenitur religio! Sine deuotione, sine affectione, non in spiritu, sed in carne adhuc viuunt. Quæ interna sunt, nesciunt, & externa quoque sua vix in honestate quadam lec- lari continent. Rigorem ordinis, qui maximus tunc erat in initio, S. Hugo seruabat, pluramque quam debuit, feruente deuotione supererogabat. Absidia fuit illi cogitatio, quomodo arcanas Dei semitas ambularet, & nihil, quæ Deo placeret, negligeret. Non ad opes terrenas adeo inhiat avarus, quanti- le sitiebat ad virtutes.

Cordis cu- stodia in di- uino officio seruanda qua sit.

Rogo charissimi fratres emendemus nostras negligentias, sine quibus non sumus. Officium diuinum aliarum domorum & ordinis more, hoc est, non cursim, sed cum grauitate soluamus. Lectiones ita legantur, vt intelligi que- ant. Cur enim legitur, quod non intelligitur? Itaque legantur vt non abbe- ptio, sed distinctio pariter & expressio sit literarum ac syllabarum. Ponantur etiam diuino in officio custodia cordi, vt sit mens ardens, & ex his, que leguntur aut cantantur, eliciat suspiria affectusque castissimi amoris in Deum. Tam varia enim leguntur, tam varia cantantur, vt nunquam desit, quo se occupet deuotio, vel peccata gementis, vel pro iustitia & virtute postulantis, vel infirmitatem suam plangentis, aut ad Deum aspirantis. Deum contem- plantis, Deum admirantis, in Deo exultantis, & pro toto mundo, id est, pro hoc genere hominum, modo pro alio Deum rogemus. Charissimi fra- tres, si quem somnolentia premit, excutiat se & moueat: si victus somno (sic et inuitus) fuerit, negligentias suppleat, & infirmitatem suam dolens, som- nolentiaque causas in diuinis scrutetur & vitet. Sunt, qui adeo sunt in diuinis distracti, vt etiam putent se cum cæteris cantare, cum ne labium quidem mo- ueant. Sunt alij adeo occupati, oculos & caput huc illucque gyrantes, & quasi muscas capturi, nihil non obseruantes. Teneantur quasi oculi, id est, in diu- nis maximè caueatur, ne videatur quod distractionem, quod ve leuitatem aut turbationem cordi adferat. Charissimi fratres, in lege Domini sit voluntas & meditatio vestra die ac nocte. Libros accipiatis, qui ad compunctionem & deuotionem extimulent. Lectio vestra & studium sit non vt doctiores vici- mini, sed vt efficiamini humiliores, mitiores, & in omni virtute perfectiores ac feruentiores. Quotidie propositum melioris atque correctionis vira renouetis, & ad profectum vestrum sagite, vt quotidie incrementi aliquid adijciatis, Vespere iturus ad quietem interroget se vsusque quæ huc in- tona

Oculi quo- in diuino officio te- nendi sint. Psal. i. Studium re- ligiosorum cuiusmodi esse debeat.

boni egerit, & in quo sit factus quam heri melior. Si nihil inuenerit, quin etiã à bono defecerit, ex toto corde gemat, & proficiendi animum fortius resummat. Desinant quãso inter vos clandestinæ ille obseruationes & explorationes, quæ pacem turbant, charitatem vulnerant, & monasticum regimen pessundant. Studeat potius bonus cellita, quicquid extra suam cellam agit, nescire, cum dictis & factis aliorum se non occupare, ab omni colligatione, ab omniq; sollicitudine liber esse, & ne Deum offendat, ne Dei gratiam in se vel minuat, vel impediatur, ne denique tentationum laqueis se inuoluatur, neue delinquendi occasiones incidat, semper formidare, vigilanterq; aduertere. Hæc sit sollicitudo vestra charissimi fratres, hoc studium vestrum, quomodo Deum ex toto corde diligatis, quomodo illi semper placeatis. Et ne aliquid in cordibus vestris versetur vnde coram Deo erubescatis, idem eius præsentia semper in oculis sit vestris, & quod omnia vestra secreta, omnes cogitatus, omnes motus intentionesq; animorum in eius oculis sint, timorem & reuerentia in vobis generent, aded vt nihil, quod illi displiceat, audeatis. vt sic circa interna vestra occupati, & ab externis abstracti, verè spirituales efficiamini, meditates in lege Domini, quæ sit eius voluntas beneplacens atque perfecta, ad laudem Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, Amen.

Obseruationes clandestinæ cauendæ quæ sint.

Sollicitudo cuiuslibet necessaria quæ sit.

Rom. 12.

IN SOLENNITATE D. BARBARÆ REGINÆ,  
Martyris, virginis, sponsæque Domini nostri  
Iesu Christi.

*Amor inter sponsum & sponsam quidnam habeat proprietatis, quomodo  
item amor quibus ordinandus sit.*

Sermo I.

**M**edia nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obviam ei. Matth. 25. Vox est hæc charissimi fratres præconis celestis, qui Christi animarum nostrarum sponsi nobis nunciat aduentum. Quæ verba si diligenter spectemus, miram erga nos dignationem videmus diuinam: quandoquidem animam humanam sponsæ nomine dignatur Deus, nec vocari ab eadem se sponsum grauat. Si iam expendimus quoque, quid sibi ipse Deus, quid anima humana, nonne ex cordis ingemiscimus, quod tanta est dissimilitudo inter eum, qui se sponsum, & inter eam quam sponsam ipse vocat? Quam dulcia tamen fratres, quam suauia, quamq; iucunda sunt nomina hæc sponsus & sponsa. Legimus in alijs plerisq; locis, vbi patrem, vbi fratrem, vbi pastorem, vbi se denique dominum Christus vocat. Omnia hæc nomina singularem clementiam erga nos diuinam, beneficiorumq; eius varietatem significant. At quod sponsum se vocat, quod humanã animã dignatur agnoscere sponsam, plenũ est gratia, plenũ amore, plenũ fiducia. Quõ. n. amabiliore se posset exhibere, quõ suauius animæ posset illabi humanæ, quõ a posset aut vulnerare profundius, aut ardentius inflamare, quam eam vocando, habendoq; sponsam? Quid enim est vocari sponsa, quam præ omnibus aut saltem præ multis haberi dilectissima?

Quæ sponsam quanta dignatione animant vocet Deus.

Matt. 6.  
Ioan. 20.  
Ioan. 10.

Sponsum ex quanta charitate se vocet Deus.

Φ. VI  
13

Et tamen amari, agnosciue à Deo quantum est? Quantum igitur est vt sponsam amari, hoc est, fidelissimam & amicam secretissimam haberi, cui nihil absconditur, cui nil honoris vel consolationis à sponso non communicatur. Fratres charissimi, magna est dignitas sponsam esse Dei. Votis igitur omnibus desiderijsq; castissimis id optemus, quo animæ nostræ spōsæ mereantur esse Christi. Quid est, inquis, sponsam esse Christi? Sponsa Christi est, quæ omnem amorem suum ad Christum transfert. Hic solus totus ei est in corde. Hinc solum in omnibus & super omnia diligit. Hunc in omnibus solum querit & intendit. Huic soli, relictis omnibus, adhæret. Huius gloriam & honorem zelatur & sitit. Huius si beneplacitum perficitur, si honor illi exhibetur, gaudet. Si inobedientia, contemptus aut irreuerentia, tristatur. Omnis est ei delectatio, omne desiderium honorari diligit; ab omnibus suum sponsum. Illam videre gloriam, cultum aut honorem, summa est ei voluptas. Ad eum suum sponsum amat, vt propter illum seipsam non amet. Ad eum est illi sponsum in affectione & cogitatione præsens, vt seipsam propterea feliciter nesciat. Felicem enim voco eam obliuionem aut sui ipsius nescientiam quæ iugi memoracione sponsi anima iam de seipsa non cogitat, non zelatur, imò se nihili æstimat: quia solum sponsum eiusque gloriam meditat. Quis iam huiusmodi non optet se sponsam esse Christi? Et quis non videt, quo, hoc est, ad cuiusmodi amorem, ad quantam fidelitatem nos Christus inuitet? Certe non ad sui amorem duntaxat nos vocat, sed hunc etiam castissimum, fidelissimum, seruentissimumq; à nobis expetit, quando se sponsum nominat, quo vult etiam vt nos animas nostras sponsas, quas hic decet amor, prædicemus. Magna est reuera eius misericordia, qua nos diligit, qua sponsa locum animam hominis habet, & suas esse delirias confitetur esse cum filiis hominum. Decet tamen nos (tamen si desideratissimum nobis esse debeat amorem castissimo dominum tanquam sponsum, sponsam diligere) sentire nos nobis in humilitate, indignos nos hoc nomine iudicare, putare nobiscum bene ac feliciter agi, imò admirari quoque si vel serui vel ancillæ (vt amicos filiosq; taceam) nomine nos agnoscat Deus. Gaudendum est sanè in misericordia Iesu, quod vt sponsum nos amat, sponsum se vocat, sponsum exhibet, animamq; humanam, quæ sese vt sponsam re exhibeat, querit, sed humiliter. Totum enim simul nobis dicit, perfectionemq; complectitur vniuersam, quando sponsam eam vult & nominat, quam diligit, & sibi eam elegit. Nemo absque verecundia hic potest assentire. Nemo absque acedia & ingratitude hoc potest negare. Verùm quid præstemus, videre reportet. Nunquid enim amore qui inter sponsum & sponsam est, quid est feruentius? Num eo aliquid est castius? Num est illo quicquam fidelius? Si in his nimis imperfecti fuerimus, sponsæ nomine sumus indigni. Adhuc tamen adhuc. Nunquid inter sponsum & sponsam quicquam est etiam inqueuntis? (De amore loquor, qui præcedit, non qui sequitur nuptias.) Videre hoc potest est, vbi connubium inter duos amantes expectatur carnale. Quot enim illi desideria, quot discursus nunciorum, quam varij affectus: postremo quæ sollicitudines, quot metus inter sponsum & sponsam interuolant, præterquam quamdiu quæ celebrentur nuptiæ expectantur. Certe sponso Domino nostro Iesu Christo dubium non est plenam esse pacem, perfectum gaudium, perpetuam

Sponsa est Dei quanta sit dignitas, & quam animam illo digna sit nomine

Nescientia sui ipsius felix quæ sit

Prou. 8.

tuam securitatem, felicitatem immensam. At non item sponsæ. Nam quot hic contrahit maculas (quas licet studiosissima, vt caueat, sit) quot recipit fœditates? Quamobrem haud immerito formidare eam oportet, ne parum venusta in oculis sponsi appareat, ne minus grata, ne minus sit accepta. An ibi non timor & metus? Quid, quod in eadem quoque re, siue fecerit siue intermiserit eam, non careat formidine? Deinde quoties desideria sponso loquendi, sponsum reconciliandi, sponsumq; placandi interueniunt? Quor tandem conueniendi sponsum quærit occasiones? Quid si fortasse tandem repellatur, non potens obrinere vt audiatur facultatem? Clamat pulsatq; in singulis portis, si fortè intronittatur: sed dissimulatur vbiq; & vel simulata ira, vel castigatione iusta non admittitur. Videtis quomodo sponsam, hoc est, animam castam multa hic contristant, multa discruciant, idq; propter ea potissimum, quod semper metuat minus amari à sponso. O quam beatæ sunt animæ, quæ olim cum corruptione carnis omnem metum & dolorem, omnem planctum & tristitiam simul exuerunt, quibus nullus post-hac timor, sed perpetua est securitas. Huiusmodi est sancta Barbara, quæ sponsi audito præcone, ad aduentum sponsi exiuit obuiam. Hic certè est videndum, quomodo Christi aduentus duobus contingit modis, ita bifariam quoque vt intelligatur oportere, quomodo sponsa Christo exeat obuiam. Itaque primo vocat hoc tempore Christus iubetq; sibi obuiam exire sponsam. Ad quid iubetur exire? Dicendum, Christi vnum esse aduentum, quo venit ad hominem, non tam cum eodem quam in eodem habitaturus. Alter est (vt modo sic accipiamus) quo venit ad hominẽ eidem iuxta merita redditurus: atq; q. sic in exitu huius vitæ / spõsã. i. animã hominis ad se assumpturus. Vtrobique est aduentus Christi, vtrobique clamatur spõsẽ, vtrobique iubetur exire, vtrobique iubetur occurrere. In priori aduentu, quo ad hominis Christus venit animam, clamatur: *Preparate corda vestra Domino. Itemq;: Preparate in occursum Domini Dei tui. Itemq;: Præbe fili cortuum mihi. Itemq;: Sanctificamini, mundi estote. Itemq;: Nolite timere filia Sion. Ecce rex tuus venit, & habitabit in medio tui, id est, in corde tuo.* Huic itaque sponso exire debemus obuiam. Est igitur nobis exeundum de terra & cognatione nostra, sicut scriptũ est. Hoc est, exire debemus de veteri nostra corruptione, de vitiosa conuersatione, de mala consuetudine: vnde nisi exierimus, occurrere haud possumus sponso. Quapropter patriam, amicos, parentes, familiares & quoscunq; alios, quos non purè propter Deum amamus, debemus relinquere, & amorem tam ad nos, quam ad quæcunq; mundana seu etiam naturalia alia exire. Non vt mundo post hac, naturalibusve rebus non vtamur, sed vt absque inhæsiõne amoris, absque adglutinatione affectus, vbi fuerit necessitas, puro ac libero corde rebus vtamur. Id ipsum in nouo quoque testamento Christus admonens, *Si quis venit ad me, inquit, & non odit patrem, & matrem, & reliqua: non potest meus esse discipulus.* Si amorem ad parentes & amicos exire iubemur, quis iam cuiusvis aut hominis aut rei alterius pæferat amicitiam Deo, vbi vtrunq; simul nemo potest diligere? Omnes igitur simul truncantur affectus erga quoscunq; homines, si in patetum amore peccari potest aut inordinato, aut nimio. Iam de alijs rebus Christus iterum admonet, vt earundem exeamus amorem, dicens: *Nisi quis renunciauerit omnibus, quæ possidet,*

Exire obuiã  
sponso vt  
bifariam  
intelligatur.  
Aduentus  
Christi du-  
plex.

Reg. 7.  
Amos 4.  
Prou. 13.  
Esa. 1.  
Zach 9.  
Gen 12.  
Exeundum  
quò sit ho-  
mini de ter-  
ra & cognã-  
tione sua.

Luc. 14.  
Amor car-  
naliũ ami-  
corum vt  
sit exeundus

Amori bonorum temporalium vti renunciandum sit.

*det, non potest meus esse discipulus. Vide hic, quia non dicit omnibus renunciandum, sed omnibus quæ possidet, vt intelligamus posse hominem bona temporalia habere ( si eadem animo non possideat ) nec tamen eorundem amorem ligari aut impediri. Bonorum igitur temporalium exeamus amorem oportet. Videte quoque fratres quam generatim Dominus loquatur, quando iubet renunciandum omnibus quæ possidemus, quod non solum de temporalibus diuitijs, agris, pecunijs, & si quid est huiusmodi, intelligendum est: verum de quibuscunque rebus, etiam quas quis possidere dicitur, quod amore eas teneatur, & reque ab illis separetur. Vult igitur se amari Christiani omnibus, & alia omnia non aliter, quam in se, & propter se. Alioquin non exhibemus ei tanquam sponso fidelem castumque amorem. Est præterea amor, quo diligimus nosipsos, qui potissimum exeamus est. Hic priuatus vocatur amor, quo nostram quietem, commodum, vtilitatem, profectum, honorem & reliqua, in quibus respicimus nosipsos, quærimus. Hoc posthabito ac profligato amore, necesse est, si sponsæ volumus esse digni nomine, vt Dei gloriam, honorem ac beneplacitum nobis semper anteteramus. Proprieta*

Amor priuatus quis dicatur & quò sit profligandus. Ioan. 12.

Luc. 9.

*Christus nos admonuit, de priuato loquens amore: Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Et: Qui amat animam suam, perdet eam.*

Aduentus Christi ad mortem hominis.

*Hic iuuaret recensere, quomodo beatissima Christi sponsa Barbara affectum amoremque sui omnem ad patrem, ad patris familiam, diuitias, honores, voluptates, vniuersamque mundi gloriam cum eorundem execratione egressa sit, nisi hæc omnibus ex eius vita passioneque forent manifesta. Alterum dixi Christi aduentum ad mortem hominis. Hic iterum vocatur vt exeat anima, sponsi que occurrat. Heu fratres charissimi, quia noster amor à sponsæ amore longo intervallo distat, nunquid non idè expauescimus adeo illam horam qua exire iubemur? Quid enim hic nos detinet, quod cunctamur exire, nisi formido, quod parum nobis bene consors sumus? Nam quæ sponsa fuit*

Matt. 25. Luc. 12.

*Christi, habentes oleum in vasis suis cum lampadibus, porrantelque lucernas in manibus cum fiducia occurrent sponso. Hæ enim arras hic receperunt fidei atque nuptiarum, ad quas cum gaudio ouantes transeunt. Hoc modo Barbara cum securitate, gaudio & fiducia plena vocata à sponso exiit, & sitiens ad thalamum eius sempiternis peruenit delicias. Nos interim quia parum bene, vt dixi, nobis consors sumus, nihil ex bonis nostris proferre possumus: deinde an luceat in cordibus nostris diuina gratia lux, valde incerti sumus. Ex*

Salutem nostram vt ex sola mendicitate querere debeamus.

*sola igitur mendicitate nobis salutem queramus. Habemus patris familias, habemus ecclesiæ sponsum, cuius vt sint animæ nostræ sponsæ, tamen nomine quoque fuerint indignæ, licet tamen eundem appellare nobis patrem, licet vocare fratrem, licet ad eundem pro misericordia clamarè, licet ea quæ propter nos tam operatus est, quam passus, nobis usurpare, licet nos his redimere, licet his peccata nostra soluere, ipsi que placare. Et hoc in quotidiana oratione frequentemus, quia non habemus aliud, quo peccatorum nostrorum inueniamus remissionem copiosius, quo gratiam Dei consequamur vberius, & quo ad merendum accedamus securius, quæ cruenta Domini nostri Iesu Christi vulnera, & post illi B. Mariæ virginis ac matris eius misericordia vulnera. Beati qui hæc in hac via amant, quærent inuocant, his, conadant: quia*



inde auxilium recipient in tempore opportuno, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

IN EADEM SOLENNITATE.

De mystico vestimento triplici beatissime Christi sponse Barbara collato, & quo pacto eodem animam nostram ornemus.

Sermo 11.

**I**nduit me Dominus vestimento salutis, & indumento lætitiæ circumdedit me, & quasi sponsam decoravit me corona. Esaiæ LXI. Magna fratres charissimi fuerunt beneficia Christi in Barbaram fidelissimam sponfam suam, nec solum magna, sed etiam singularia & mira. Quis enim in paganorum gente solus constitutus ad eam perfidiam idololatriæque deprehendit errorem, ad eam sine doctore diuinitatis veræ cognitionem adeptus est, ut S. Barbara? Viuebat inter paganorum sordes, interque gentilium ac infidelium caulas abscondita, sed erat ouicula Christi electa ex millibus, quæ diuinitus in his, quæ rudimenta sunt fidei, imbueretur. Admiratur Paulus quomodo credere quis possit Euange-  
 ho, quomodo ve possit illud audire sine prædicante. Sancta Barbara præter Spiritum sanctum, quatenus fidei initia attingit, hominem doctorem habuit neminem. Nam quod ab Origene doctore postea per literas & nuncium instructa est, hoc non tam erat ut crederet, sed ut instrueretur, quomodo crederet. Agit igitur gratias hodie S. Barbara pro hoc, aliisque beneficijs, & gloriatur gaudens in misericordia Dei, & iubilans quemadmodum olim beatissima virgo Maria in suo cantico post admirabilem Dei incarnationem fecit. Deo canit: *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimento salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me: & tanquam sponsam decoravit me corona.* Trifariam namque induta est. S. Barbara hoc est, vestimentum triplicem, seu indumenta tria à Domino accepit, pro quorum singulis quibus ornata est, mirum in modum hodie festiuè gloriatur, non sibi, sed sponso suo, hoc beneficium adscribens. Primo namque gloriatur de vestimento salutis. Quod hoc sit vestimentum, parum dubitatur quin sit vestimentum fidei, qua vnquamlibet ornat animam Deus in baptismo, vbi Actæ patris nostri vestes, puta folia ficuum, perizomata, & tunica pellicea (quæ originale peccatum signat) nobis exuuntur, & salutis nobis datur indumentum, hoc est, Christi gratia, Christi sanctificatio, Christi virtus, Christi meritum, iuxta illud, quod iubet Apost. *Induamini Dominum Iesum Christum.* Et alibi. *Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Exultat itaque S. Barbara in Deo saluari suo, quod à sponso suo tam fidei, quam salutis vestimento induta est, quod ex filia ira adoptionis facta est filia, quod denique ex tenebris in admirabile Dei lumen translata est. Exultat autem deuotione eam maiori, quo misericordius à Domino respecta est, quo mirabilius illuminata est, quo præterea ut assentiret Deo, fortius tracta est. Habuit enim multa in hoc mundo, quibus irretiretur impedireturque à salute, quæ ne illam retinerent ac fallerent, opus fuit ei, ut gratiam abundantiore susciperet. Secundo, in Deo iterum exultans gloriatur, & Deo gratias, agens pro secunda

Rom. 8.

Luc. 1.

Esai. 61.

Vestimenta tria beate Barbara à sponso suo collata quæ sunt. Vestimentum salutis quod Gen. 3.

Rom. 13. Rom. 6. Luc. 11. 1. Pet. 2.

Vestimentum lætitiæ quod, Esai. 61.

veste

Φ. VI  
13

veste dicit: *Et indumento lætitiæ circumdedit me.* Textus communis habet *Indumento iustitiæ circumdedit me.* Verum placuit manere in verbis, quæ de ea hæc nocte cecinimus: quandoquidem nihil in sensu vtraque lætio differt. Eo enim quæ sunt indumenta iustitiæ, sunt & lætitiæ. Nam indumenta iustitiæ, quibus anima amicitur, virtutes ornamentaque sunt gratiarum. Itaque hinc excellenter se ornatam S. Barbara intelligens (quomodo enim esset Deo grata, nisi eius dona intelligeret?) nihil tamen sibi tribuens, nihilq; in se, sed in Deo salutari suo exultans: nihil, inquam, sibi vendicans gloriæ aut laudis, sed Deo & in Deum omnia refundens: *Indumento, inquit, lætitiæ circumdedit me.* Dixi iam indumenta iustitiæ eadem esse & lætitiæ: adeoque hæc esse lætitiæ, ut nesciam sine his an aliqua esse possit lætitiæ gaudium q; aliquid in hoc mundo. Scriptum est enim: *Secura mens, quasi iuge conuulsum.* Quæ autem securitas, aut quæ lætitiæ esse potest, vbi non est virtus, vbi nulla iustitia, vbi conscientia est mala? Omnino fratres charissimi, si in pace, si in tranquillitate, si in lætitiæ viuere volueritis, si conscientiæ vobis placuerit gaudium, quod omne superat gaudium, legem Dei legent; vestram monasticam, quæ alia non est, quam Dei lex, utpote inquam (ut legem Dei siue legem Euangelicam, quod idem est, purius seruetis) semel iurastis absque transgressionibus custodite. Non putetis id quod Euangelicum est, vos aut velle aut posse obseruare, & interim transgredi institutum monasticum. Quod idcirco vestram esse legem dixi, quam cum ante non esset, vos ipsi in eam iurando fecistis, ut vestra esset. Vbi igitur super vos hanc imposuistis, iuxta eam viuendi vobis iuduxistis necessitatem felicissimam. Neque enim post hæc ab illa recedere potestis. Pax itaque multa Christo Iesu diligentibus legem tuam. Pax item his qui ut arctius perfectiusq; custodiunt legem tuam, aliquid ad tua præcepta adiecerunt, ad consilia tua Euangelica se extendentes, quo veteri hominis sui petulantiam & castigatius refrenarent, & tibi perfectius subirent. In quo tamen nihil præter aut extra beneplacitum agunt, quandoquidem a te promissum nõrunt, ut si quid vltra tua præcepta supererogauerint, cum redieris, reddes eis etiam cum fœnore omnia. Et vos charissimi beati qui vias duras propter verba labiorum Domini custoditis licet non durè, sed in latitudine charitatis, in alacritate bonæ volûntatis, in hilaritate spiritus quibus omnia sunt dulcia ac suauia, propter eum qui dilexit vos, & tradidit semetipsum pro vobis. Sed heu quam infelices sunt hi, qui tam leuiter sua promissionis immemores, ad quosuis excessus furinos ad eum sũc proclues, quasi nullius foret momenti tam crebris transgressionibus Deum offendere. Offenditur autem Deus in omni præuaricatione legis, tam diuinæ, quam monasticæ. Nam qui non solum monachis, sed Christianis omnibus verba interdicit ociosa, quomodo tu monache Deum non offendes, qui tempore illicito & contra promissionem tuam silentium rumpens, ociosa, ne dicam leuia, noxiave verba loqueris? Nam si illud in consuetudinem duxeris, adeo veteris am pro delicto hoc non torqueat te iam conscientia tua præuaricantem, quæ cupiêrat Deus? O quam ingratum te exhibes diuino instinctui, diuinisq; inspirationibus quas in te extinguis non acquiescendo. Imo non solum nõ acquiescendo eas extinguis, sed his & contraria agendo persequeris fratres si qui huius.

Luc. 1.

Prou. 15.

Gaudium pacemque conscientie quò quis obtineat.

Psal. 118.

Luc. 10.  
Psal. 16.

Galat. 2.

Deus quando offendatur.  
Matt. 12.

huiusmodi inter vos sunt, qui regulares obseruantias non obseruant, sed absque conscientia dolore transgrediuntur quantum, hi, qui facilia ac leuia vltro negligunt, à Deo excidere permittantur, vt in alijs quoque grauioribus delinquant? Atque ideo fere semper sunt inquieti, & in murmure, in amaritudine, sine pace & tranquillitate cordis, quasi, mare feruens, quod quiescere non potest, vni a c vagi effecti, tristes viuunt, moriunturq; tristiores. Quocirca, charissimi amemus indumenta iustitiæ: & grauissimum sit nobis quicquam, quo Deum offendamus, quo ve gratiam eiusdem à nobis vel remoremur quidem, agere aut negligere. Ferueat nostra deuotio ad omnia, in quibus est Dei amor, Deive honor situs. Toleremus si quando aduersa molestaque occurrunt, ne impatientia nostra Dei gratiam nobis aut subtrahamus, aut negligamus. Credite fratres, bonus Christianus, non dico bonus monachus, sed bonus Christianus, non veller scienter pro quocunq; commodo temporali, neque vt quoduis euitet incommodum temporale, delinquere, seu non obedire: quia reuera nisi ita velit, non est bonus Christianus. Quomodo ergo aliter agens, erit bonus monachus? Erubescat igitur monachus bono Christiano se esse viliorem. Credite fratres, si quis vel leuissima transgressione lapsus fuerit, puta tempore illicito exiens cellam, nisi ita doleat propterea, quomodo doleret, si in pede manuve esset vulneratus, malum est signum, lacerosaq; conscientia indicium. Non expedit iam ad singularia descendere, aut quibusdam suas exorbitantias, quibus Dei patrantur offensiones, monstrare, sed vnusquisque seipsum introspeciat, seipsum excutiat, seipsum iudicet, seipsum corrigat & vbicunq; se inuenit ad prauaricandum liberio rem, ibi se timore Dei (in cuius manus horrendum est incidere) cõpescat. Nihil negligatur quod est salutiferum, quod ve gratiam Dei adducit & auget. Non confessio, non communio, non sacrosancti sacrificij oblatio, non fratris dissidentis reconciliatio vllõ modo prætèmittatur. Quia hæc si prætèmittuntur, siue ex contemptu, siue ex incuria id fiat, non solum Deum offendunt, sed Dei quoque gratiam vel iam pridem collatam, aut minuunt, aut iterum subtrahunt. Induti igitur indumentis iustitiæ, iustitiæ vestrae frugem & incrementa multiplicetis, in quibus sit vobis gaudium & consolatio spiritus.

Ad sanctam Barbaram redeamus. Hæc enim exultat, quod indumento lætitiæ circumdata sic à Domino. Quod non solum de vita, sed etiam de passione eius potest intelligi, vbi, quõ scriptum est. Induta est fortitudinẽ, scilicet brachiũ Dñi. In omnibus doloribus & pennis brachio Dñi, hoc est, virtute diuina alacrem se præbuit ad vincendum, mitem ad patiendum. Quanta verò quam variaq; tolerauerit virgo Barbara tormenta, ex Legenda eius manifestum est. Inter hæc tamen vnum quod nostro instituto magis congruit, præ cæteris grauius tolerauit, denudationem scilicet virginalis pudicitia sua. Hoc illi quam mors acerbius fuit. Quod amantissimus quoque sciens eius sponsus, tegumentum ei de celo misit. Quo vehementer consolata, rectè eadem potuit dicere verba: *Induit me Dominus vestimento salutis, &c.*

Tertio S. Barbara exultans gratias agit, quia sicut sponsam decorauit eam corona. Reuera induit eam Dominus hodie stola immortalitatis & amictu mortalitatis gloria. Assat nunc regi in vestitu deaurato, circumdata meritorum ac virtutum

Esa. 37.

Christianus bonus quis sit.

Hebr. 10.

S. Barbara quam induta fuerit vestimento lætitiæ. Esa. 51.

Esa. 61. Stola immortalitatis que sit.

Congratu-  
landum in  
quibus sit  
S. Barbaræ.  
Psal. 65.

Esa. 25.  
Apo. 7. 21.

Psal. 46.

varietate. Itaque sponsæ Christi Barbaræ ex toto corde, & si fieri po-  
test, cum lachrymis gaudiosis congratulemur de huius miseria vitæ erepta,  
atque in sempiternam felicitatem trāslatæ, quæ omnibus hodie nobis Chris-  
ti misericordiam, & suorum gaudiorum exuberantiam manifestat, quando  
in redemptoris laudem dicit: *Induit me Dominus, &c.* quasi velit dicere: *Venite  
audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quantū fecit Dominus animæ meæ: in-  
duit me vestimento salutis.* Cum enim ex gente essem nata paganorum, & eorum  
qui non habent Deum, illuminauit me altissimus, vt Deorum vanitatem, re-  
ligionisq; eorundem non tam cognoscerem, quam contemnerem supersti-  
tiones. Denique eo me perduxit, vt fidei amicirer vestimento, quo inter ele-  
ctos suos me agnosceret. A peccatis me non solum custodiuit, sed iustitiæ etiā  
circundedit me & virtutum indumentis. Et nunc omni labore consumma-  
to, superatisq; omnium hostium insidijs, tanquam sponsam immarcescibilem  
decorauit me corona. Absterfit ab oculis meis omnem lachrymam, nec erit  
posthac mihi luctus aut clamor, sed nec vllus dolor, quoniā priora trāserunt.  
Idcirco gaudete mecū omnes gentes, & plaudite manibus, quoniam fecit Dominus  
misericordiam suam mecum, qui est benedictus in secula, Amen.

### IN EADEM SOLENNITATE.

*Quo opera nostra omnisq; intentio dirigi debeat, quomodo etiam opera  
misericordia exercere oporteat.*

#### Sermo III.

**S**imile est regnum caelorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, ex-  
serunt obviam sponso & sponsæ. Matt. 25. Docet nos hic Christus, fratres cha-  
rissimi, non solum bona agere, sed hæc etiam ea intentione, hisq; circū-  
stantijs ornare, vt benè fiant, Deoq; sint accepta. Multa enim quæ de genere  
sunt bonorum operum, vt bona non sint, corrumpit intentio. Multa quoque  
sunt, quæ hominibus foris bona videntur, latet tamen in his vel vna circū-  
stantia, quæ bonitatem destruit omnem. Vnde multo est facilius opus facere  
malum, quam bonum. Siquidem ad mali operis constitutionem vnā suf-  
ficit adesse circūstantiam malam, quæ mox destruit operis bonitatem.  
Porro, ad constitutionem operis boni nequaquam sufficit vnā adesse cir-  
cūstantiam bonam. Ex vna enim sola nequaquam opus efficitur bonum.  
Omnes habeat circūstantias bonas, nihilq; adfit mali necesse est. Alioquin  
erit opus bonum. Et quamuis omnis circūstantia mala id habeat, vt bonum  
opus pessundet, præcipuè tamen id facit intentio mala. Propterea Christus:  
*Si oculus tuus, inquit, fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem ocu-  
lus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Quo sanè hoc significare  
voluit Dominus, non prodesse nobis opera bona ad salutem, licet exterius  
habeant boni operis speciem, nisi & conditiones habeant vniuersas, vnde no-  
vitiuntur, bonas. Quod nihil aliud est dicere, quam nullum opus, nisi chari-  
tate natum, vestitumq; virtutibus, dici salutiferum. Vult ergo nos Christus  
lumbis esse præcinctos, vt solent hi, qui se parant ad ambulandum. Vult  
nos lucernas habere ardentes in manibus nostris, seu, vt hic dicit, lampades.  
Vult vt luceat lux nostra coram hominibus, vt videant opera nostra  
bona.

Intentio ma-  
la vii de-  
struat opus  
bonum.  
Matth. 6.  
Opus bonū  
ac salutiferū  
quod sit.

Luce 21.  
Matt. 25.

bona, ea potissimum, sine quibus nulla est homini salus. Nam hæc si in nobis non viderint, scandalizantur, ex ignauia nostra, vt igitur non scandalizentur, sed prouocentur ad meliora proximi nostri, opera nostra bona videant. *Quare? vt glorificent, inquit, patrem vestrum, qui in cælis est.* non vt glorificent te. Non propterea, inquam, te manifestes, vt dicaris bonus religiosus, aut vir sanctus, non vt aut sanctitatis aut eruditionis nomen habeas & opinionem, non vt honoreris, lauderis, æstimerisve ab hominibus, quod totum pharisaicum est, sed vt glorificent Patrem tuum cœlestem. In illum resulter, in illum gratiarum actio ex multis cordibus refundatur, qui bonum operatur in seruis suis, qui per vnum excitat multos, vt ex vno eius fideli seruo proficiant multi ad meliora. Docet igitur nos accinctos ad ambulandum, hoc est, ad semper proficiendum in Dei itinere paratos esse, expectantes ad eius reditum, quancumque vocauerit nos vt exeamus parati, lampades habentes, simulq; oleum in vasis cum lampadibus. Per oleum siue intentio placendi Deo, siue charitas intelligatur, idem dicitur. Quod si per oleum & misericordia intelligatur, nihil deuiatum est, Quid enim est misericordia aliud, quam charitas fraterna? Multæ sunt quoque olei conditiones, quæ tam misericordiarum quam charitati æquè conueniunt. Primo enim oleum est sui dilatariuum, vt videmus si in vestem vel vna decidat olei gutta, quantum dilatat se ac extendat. Sic qui charitatem, in se habet ac misericordiam, non minus laborat, non minus affligit se, si à commiseratione ac compatiione alienæ miseræ se continere, aut non subueniendo subtrahere debeat, quam alius duri cordis laboraret, aut grauaretur subueniendo. Non auditur in eo, qui huiusmodi est. Huic vellem libenter subuenire aut seruire: illi nolo, quia charitas seu misericordia coangustari non potest, sed fluit indifferenter ad omnes, nec causam inuenit quare vnus doleat miseriam, non alterius, quare vnum diligat, non alium, quare vni beneficiat, non alteri. Aequa est enim illi ratio diligendi quoscumque in hac parte. Sit igitur in nobis misericordia, sit in nobis charitatis oleum, vt homines non inspiciamus vt homines, non diligamus homines propter homines, sed in Deo & propter Deum diligamus, neminem excludentes. Qui à te nullo suo merito diligi meruit, vel hoc ipsum sit causa quare ipsum diligas. Tunc enim scies, quia fratrem propter Deum tantum diligis, si ex se alioqui indignus sit amari. Tunc ergo inuenies, quia lampas tua ardebit. Secundo, oleum est penetratiuum. Charitas autem & misericordia penetrant etiam in aliena corda. Sic enim Apostolus monet: *Si esurierit, inquit, inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens, congeres prunas super caput eius.* Hoc est, charitatis officia inimico exhibens, eius cor tua charitate, quam in te sentit, penetrabis, vt ex inimico facias amicam reprehendentem seipsum atque detestantem, cur te qui illi pro malis bona retribuis, odisse possit. Hoc certè remedium supremum esse perhibetur à sanctis contra tentationem odij atque inuidiæ, vt quo grauiorem quis huius vitij senserit infestationem, eo benigniorem, atque ad feruendum se exhibeat promptiorem ei, erga quem amarum sentit affectum, aut quem erga se putat amarum circumferre animum.

Tertia conditio olei est, vt absque stridore aut sono cadat: quo significatur charitatem benignam ac patientem esse, nec irritari. Sicut enim charitatem

Matt. 5.

Opera nostra bona que cur proximi nostri videre debeant.

Oleum quid mystice significet. Olei conditiones quæ sint. Dilatariuum vt sit oleum.

Penetratiuum vt dicatur oleum. Rom. 12.

Remedium contra odij aut inuidiæ tentationem.

Oleum vt cadat sine stridore.

Lenit oleū.

Oleū quina  
purificet.

Luc. 11.  
Eleemofy-  
na quid sit.

Matt. 5.

Luc. 6.

1. Pet. 5.

Luc. 7.

Opera no-  
stra ut ex  
intentione  
sancta luce  
debeant.

Quo ad o-  
bediendum  
Deo vitam  
suam insti-  
tuat homo.

benignam ac patientem esse, nec irritari. Sicut enim charitatem non habentes nunquam sine quarimonijs sunt, vbi que læduntur, aut potius seiplos in mortificatione sua amarificant ac lædunt: ita qui hanc habent, in tranquillitate omnia sufferunt, malentes iniuriam pati, quam in se charitate lædi. Quæ proprietates olei est, lenire ac mitigare. Sic charitas ac misericordia alienas iras mitigat, lenitque dolores. Leuius enim vnusquisque tanto ferri onus suū, quo ab altero sentit compassionis aut subueniendi desiderium sibi impendit. Charitas præterea quod alioqui foret graue, facit leue. Quod Christus quoque in penumero in suis martyribus manifestauit, & hodie in S. cernebatur Barbara, quæ immanes ferre potuit cruciatus, quamuis tenerrima foret puella. Ferre autem haudquaquam tanta potuisset, nisi charitas amara ei retulisset dulcia. Quocirca quoque non semel exploratum est, eos, qui semper conque- runtur, quibus nihil non deficit, quos omnia perturbant, omnia lædunt, omnia grauant, parum habere de charitate. Quinta est olei conditio, vt purificet seu purum à rubigine conseruet ferrum, aliudve metallum, si fuerit illi linitum. Id ipsum quoque tam charitas quam misericordia facit. Nam de misericordia (est enim corporalis & spiritalis) corporali Christus dicit: *Date eleemofynam, & omnia munda sunt vobis.* Per eleemofynam, charitatis officium quodcumque intelligitur. Est enim eleemofyna, quodcumque indigentia pertuleris Dei intuitu beneficium. Porro, de eleemofyna spiritali, *Domine inquit, & dimittetur vobis* Charitatem quoque dicit Petrus operire multitudinem peccatorum. Mariæ denique Magdalene dimissa sunt peccata multa, propterea quod dilexerit multum. Itaque in hac parabola vult nos Christus opera nostra agere, vt luceant ex intentione sancta, qua citra Deum nihil quaeramus aliud, quod non appetatur propter ipsum. Ipse omnium operum nostrorum, sit scopus ac finis. Ipse vnus sit qui nos moueat item ad quiescendum. Si homo vitam suam ad obediendum Deo recte institueret & vigilaret, semper nullum præteriret tempus, quo non id quod tunc Dominus exigit ab eo, taceret, nunquam foret in Dei obedientia non occupatus. Verbi gratia: Deus qui est autor naturæ & conditor noster, ita nos condidit, vt egeamus somno, egeamus cibo, potu, & his vtamur tempore certo. Nisi igitur ordinem vellemus inuertere naturæ, aut repugnare Deo, obediamus oportet, atque eius institutioni nostræque necessitati seruiamus, non voluptati. Est igitur obedientia, tempus vnum quodque obseruare, ad hoc quoque illud expendere, quod tunc ordinatio postulat diuina: vt si hac hora prandere debeas propter obedientiam Deo præstandam, tunc aliud non facias, nec in alio sis loco, quam vbi Deo in hac parte fuerit obediendum, nisi id ex maiori feret præceptum, quod tanquam magis necessarium esset priori tunc præferendum & explendum. Illud verò quod minus obligat, non propterea est intermitendum penitus, sed differendum. Itaque quando legendum est, lege: quando loquendum, loquere: quando tacendum, tace: quando dormiendum, quiesce: quando operandum, operare: quando in templo, in colloquio, aut in conuentu esse debet, non sis aut non velis interim esse in alio, quo sic omnia propter obedientiam Deo præstandam, iuxta eiusdem ordinationem facias.

Quapropter, vt dixi, si quis ad hoc vigilare nititur, vt quouis tempore suum expleat officium, Deoque suum reddat debitum, non video, qua

alia indigeret lege humana. Exercitium quoque prægrande ad manum semper haberet, quo singula disceret, perficeretq; iuxta beneplacitum, ordinem ac legem sui creatoris. Hoc autem modo sua omnia referre ac ordinare iuxta legem à conditore nostro nobis impositam, haud exigui foret meriti: quia continuam sui inducit abnegationem, propriæq; voluntatis mortificationem, quo intermittere sæpenumero cogitur aliquid, quod interim faceret libentius. Sub hac lege putanda est S. Barbara in turri, quam sibi pater ad solarium fabricarat, vixisse, donec legem etiam disceret Evangelicam, quam eius amore seruauit, qui eam in sponsam adoptauerat, hodieq; sibi iunxit & coronauit reginam Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*De duplici pulchritudine, fama & dolentia, verò decore & virtutum splendore, quibus S. Barbara ornata fuit.*

*Sermo IV.*

**P**ulchra es amica mea, suavis & decora, sicut Hierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. Cant. 6. Fratres charissimi solennem hodie festiuitatem agimus illustrissimæ Virginis & Martyris Barbaræ patronæ nostræ, quam Christus in tenera ætate etiam perfectis viris fecit admirabilem, tot eâ gratiæ suæ donis, tot virtutum ornamentis, tot meritorum prærogatiuis euehens, ut toto terrarum orbe huius dulcissimæ virginis fama iam olim percrebuerit, Christusq; in eius inuisita constantia prædicetur, & insuperabili fortitudine glorificetur. Benedictus Deus, qui talem eam fecit, qui illi præstitit etiam infra iustam ætatem gloriosissimos ex mundo & diabolo triumphos referre. Non est necesse ut multis hic commemorem gesta vitæ illius, quæ vos iam memoria tenetis. Scitis quam plena sint miracula, quæ de illa scribuntur, & nunc ubiq; ab omnibus piè creduntur. Cedit hoc proculdubio in magnam creatoris gloriam, quod per eiusmodi nobilem, delicatam, verecundam illustremq; puellam superbissimos dæmones & eorum vires ac machinas omnes tam potenter voluit elidere. Debet tanta Dei benignitas nobis animum addere, ut viriliter aduersus inimicos illos tartareos dimicemus, nec animis frangamur vnquam, certi de adiutorio altissimi, cuius virtus immensa est, & cui nullus potest resistere. Sed nunc ad thematis explicanda verba libet accedere, eaq; S. Virgini Barbaræ applicare, ut erga eam crescat vestræ deuotionis studium, & ad eius vtuntq; sectanda vestigia prouocemur. Ait itaque illi suæ ipsõs Dominus Iesus sponsus virginum, & castarum mentium ardentissimus amator: *Pulchra es amica mea, suavis & decora, &c.* Primo eam pulchram vocat, pulchritudine scilicet duplici, altera animi, altera externa cõuersationis. Pulchritudinem internam facit fides, spes, charitas, ceteraq; gratiæ & dona sancti Spiritus ac virtutes, quibus anima mirum in modum intus exornatur, ut sit grata oculis Dei. Pulchritudo externa cõuersationis in virtutum moralium pijs ac studiosis actionibus, & optimorum exemplorum, quibus proximi adificentur, luce consistit: ubi tamen semper danda opera est, ut sit intentio simplex & omnis expers obliquitatis. Siquidẽ

kkk 3

alibi

Pulchritudine duplici  
ut fuerit B.  
Barbara decorata.

Φ. VI  
13

Cant. 1.

Matt. 6.  
Luc. 11.

Simplicitas  
columbino-  
rum oculo-  
rum qualis.

Barbara vt  
Deum sine  
magistro ag-  
nouerit.  
Cant. 6.

Psal. 1.

alibi sponfam suam Christus ab oculorum simplicitate, commendat, ce-  
cens: *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra oculi tui columbarum.* Quali di-  
ceret: Pulchram te facit mirabilis candor & columbina simplicitas in-  
tentionis tuae, qua nusquam deflectis à purissimo mei amore, nec flexuosis recur-  
tibus ac tortuosa intentionis finibus ac maandris vulpina duplicitate delecta-  
ris. De hoc oculo idem Christus alibi dicit: *Si oculus tuus simplex fuerit, totum  
corpus tuum lucidum erit: id est, si munda ac sincera fuerit intentio tua, quae  
boni egeris, gratum erit Deo.* Haec autem simplicitas intentionis columbo-  
rum oculis non sine causa comparatur. Habet enim hoc columba, vt oculos  
penitus defigant in id quod forte aspiciunt, vt facile possit adueri, quod  
spectent. Aliorum autem animalium quaedam vagos habent & dubios ob-  
tutus, ita vt cum putantur huc respicere, aliud contemplantur, quales sunt  
vulpium oculi, quae in praedas avidae dum sursum aspiciere se fingunt, deorsum  
respiciunt, insidia se moluntur. Quas nimirum imitantur multi valde,  
qui bona quidem agere videntur, sed animis nimium recurui ac tortuosi  
sunt, nihil nisi suppositos & sua comoda spectantes.

Non sic fecit candidissima Christi sponsa Barbara, sed mox vbi quaedam  
superna gratiae scintilla mentis eius oculis praluxit, cepit quae ex contem-  
platione visibilibus ad quandam creatoris agnitionem penetrare, tota illius  
amore accensa, totam se ad illam magis magisque cognoscendum contulit,  
nusquam ab hoc proposito neque ad dexteram neque ad sinistram diuertens,  
sed recto mentis aspectu & immota animi intentione illi vni perpetim inhae-  
rans ac suspirans. Quare factum est, vt absque vllius hominis adminiculo vni-  
informatione, quod fuit reuera mirabile, ad eiusdem veri Dei cognitionem  
haud vulgarem pertigerit: quae postmodum in ea confirmata est scriptis Or-  
igenis, & sermonibus praesbyteri ab Origene ad ipsam missi.

Rectè igitur Dominus Iesus illi tam simplici, tam sincerae, tam candidae  
sponsae suae dicit: *Pulchra es amica mea.* Huic autem intentionis pulchritudinem  
plurimum addidit vita sanctissima, & optima vitae ac virtutum exempli,  
quae in se deinceps expressit, vt plures ad Christi agnitionem & amorem  
prouocaret. Quid enim pulchrius, quid elegantius, quam videre virginem  
nobilem, adhuc iuuentulam, omnibus mundi bonis affatim affluentem, ni-  
hiliam quasi commercij habere cum hoc mundo, cuncta terrae oblectamenta  
despicere, morum leuitatem execrari, grauitatem sectari, risus, iocos, lu-  
tos choreas respicere, toto animo in caelestibus versari, Christi vitam mira-  
bili mentis constantia ac feruore studiosissime imitari, in lege Domini nocte  
ac die meditari, nihil graue credere, nisi quod Deo displiceret, nihil iucun-  
dum arbitrari, nisi quod Deo coniungeret, orationibus continuis vacare,  
misericordiae operibus deditam esse: denique in omni virtute ea aetate perfe-  
ctam esse, quando adhuc vix potuit per aetatem quid esset virtus bene perfe-  
ctum habere? Si licet stultis mundi amatoribus pulchras vocare amicas suas,  
quod sint venusto corpore, quod praeciosis tegantur vestibus, quod diuitijs  
abundent, atque etiam quod vitijs plenae sint: quanto iustius pulchra, imò  
pulcherrima dicenda est Barbara virgo speciosissima, tot virtutum gemmas  
praclarissimis mirifice renitens? Cui non magnum animi stuporem & effu-  
sim adducat, quod cum haberet patrem spectatae nobilitatis, sed diuinitatis  
cultui



cultui addictissimum, & Christiani nominis hostem acerrimum, nihil tamē morata scruitiam pectoris eius, libera fronte S. Trinitatis mysterium eidem explicauit, pro Christo amore, præsertissimo mortis discrimini sese exponēs? Non timebat pro Christo amittere vitam temporalem, & per multiplices cruciatus longa & acerba morte puniri, quia virtutibus omnigenis probe communita, diuina virtute se superaturam omnia sperabat. Et quamuis pro naturæ affectu diligebat patrem suum, qui ipsam genuerat, multumquē exaggerabat ipsius pœnas, quod à proprio parente infligerentur, tamen iam Christi amore fortiter inflammata, carnalem patrem nesciebat. Dicebat ipsa sibi: *Pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.* Imò sanè tam felici commutatione non poterat non gaudere & gratulari sibi, quod pro homine mortali Deum aeternum patris loco reciperet. Verum in his omnibus admiranda relucet eius perfectio, & splendor virtutum, quibus fuit insigniter prædita, & ipsis quoque angelicis spiritibus non parū amabilis, simul ac venerabilis: atque aded etiam ipsi omnium rerum autori Deo intantum placuit, vt ei diceret: *Pulchra es amica mea.* Vbi simul non oscitanter notandum est, quod eam amicam suam vocat. O felicem animam, quæ meretur esse Dei amica. Quid non illi præstabit Deus? Quæ non illi secreta communicabit? Scitis quid Apostolis suis dixerit Christus: *Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audivi à patre meo, nota feci vobis.* Ad hanc ineffabilem dignitatem, vt Christi amica vocaretur, puritas cordis, vitæ innocentia, castissimus amor, & diuinorum perspicua contemplatio quæ ad sapientiæ donum pertinet, sanctissimam Barbaram euexit. Nec inter vulgares Dei amicas eam putemus numerandam. Possunt quidem Christianorum omnium piè viuētium animæ Christi amicæ appellari: sed magna est inter ipsas amicas differentia. In domo patris celestis mansiones multæ sunt: & quamuis singulæ amica singulas sint habituræ mansiones, tamen vt quæque fuerit virtutum splendore illustrior, & charitate flagrantior, tanto etiam præclariori mansionem perfruetur. Hic iam reuocemus ob mentis oculos vitam & gesta virginis sacratissimæ Barbaræ, & quam rara ac inusitata in ea exiterit gratia Dei, quam euidenter omnipotens Deus mira & magna virtutis suæ argumenta in ea declararit, quantis eam meritis auxerit, denique quam excellenter eam cuncta mundi & demonis certè immania, multifaria, ac paucis experta machinameta vexationesq; & impugnationes penitus illudere & profligare fecerit, & cognosceret saltem vtrunq; quo loco eam habeat in coelis, quam talem reddidit in terris? Sequitur enim magnitudinem gratiæ, magnitudo gloriæ, & quo quisque maiori in Deum feruet amore, dum adhuc in terris degit, eo copiosiori gloriæ lumine illustratur in regno celesti. Porro quo quis lumine gloriæ plenius perfunditur, eo etiam Deum penitus cognoscit, cognitum perfectius amat, & amato vicinius vnitur, atque ex ipsa vnione beator felicitiorq; efficitur. O ergo nimis venerandam Christi amicam S. Barbaram, quæ præuenta à Domino sponso suo in benedictionibus dulcedinis, cum adhuc esset in mortali corpore, & intimis indiuiduæ charitatis nexibus eidem coniuncta, ac præstantissimis sancti Spiritus charismatis peruncta, iam sequitur agnum quocunque ierit, & de propinquo audit vocem illius omni musico concen-

Barbaræ animi fortitudo quanta in tormētis. Psalm. 26.

Amicū esse Dei quanta dignitas. Ioan. 14.

Amicorum Dei discrimē quantū. Ioan. 14.

Psalm. 10.

Apoc. 14.

W. VI  
13

1. Pet. 1.

Barbara vt fuerit iuu-  
uis.

2. Cor. 2.

Luc. 11

Barbara à  
quoniam  
fuerit docta

concentu suauiore, videretq; cominus faciem eius lōgè gratiosissimam, in quā delectatur angeli prospicere. Haec enim diximus de illis duobus propo-  
siti themati verbis, quibus & pulchram & amicam suam Dominus locum  
vocat S. Barbaram: nunc videamus, quid sibi velit, quod & suauem & dico-  
ram eam appellat. Cum igitur, vt iam ante dictum est, virgo beatissima  
Barbara maximis virtutum ornamentis decorata fuerit, omnino confert  
est, vt & iuuvis iure vocata sit ob famæ & existimationis redolentissimam  
fragrantiam, & decora propter consonantissimam totius exterioris & inter-  
rioris hominis compositionem. Quæ vtraque quam perfecte extiterit in S.  
Barbara, potest colligi ex vita eius. Et reuera in hac vsque diem tam tenere &  
sanctitatis eius odor totam aspergit Ecclesiam, & multi eam sedulo venerantur  
propter singularem qua apud Deum flagrat gratiam, & per eam innumeris  
ipso mortis articulo reducti sunt ad bonam mentem, & cum Deo in gratiam  
restituti, quia ipsam in vita obnixè & deuotè implorauerant. Potestq; pla-  
cideret cum Apostolo dicere: *Christi bonus odor sumus Deo in omni loco.* Delicet  
enim valde fideles Christianos tanta vitæ integritas, tanta morum pulchri-  
tudo, tanta opinionis sacræ lōgè lateq; propagata claritudo in tam tenera &  
fortunata virgūcula, quam mirabiliter exornat ætatis teneritudo cum sum-  
ma vitæ absolutaq; sanctimonia coniuncta, & sanctitatem vitæ admirabile  
& stupendam reddit ætas tam fragilis sexusq; imbecillus.

Non enim aliud hic, nisi magna & euidentis præpotentis Dei virtus eluce-  
scit, quæ in hac sacratissima virgine sicut voluit & potuit operata est, eligens in-  
firmam sexu & annis puellam, vt confundat fortes & alta sapientes Iulig-  
viribus præfidentes. Potest sanè absque rubore, imo cum ingenua gratia in-  
teris confessione, & creatoris profusa laude dicere sancta hæc virgo marty-  
Christi cum matre Domini: *Quia fecit mihi magna qui potens est, & paruum  
nomen eius.* Anne verè magna sunt fratres mei quæcunque de illa leguntur?  
Quæ nos sanè non debemus vt ficticia contemnere, quia iam paucis tota Ec-  
clesia eius historiâ legit, nec rejicit. Porro, sicut fama honestissima eam iu-  
uem fecit, ita vtriusque hominis decentissima moderatio admodum decora  
eam reddidit. Non potuit autem non honestissima & elegantissima sui mo-  
deratione pollere, quæ post perceptam sancti Spiritus gratiam Christo in ba-  
ptismo concipuita, & cum eodem in vitæ nouitatem reuocata, iam non nisi  
Christi spiritu regebatur, qui in ea nihil patiebatur hæere inordinatum  
aut indecorum. sed eam in omnibus præueniendo intus perspicuè edocebat,  
& suauiter adiuuando ad exequendum quicquid ipsi fuisset gratum corre-  
borabat. Vnde fiebat vt & intus & foris talem se præberet, qualem decebat  
esse summi regis sponsam, filiam & discipulam, Verbi quidem sponsam. Pa-  
tris autem filiam, & discipulam Spiritus sancti. Nemo obsecro hæc aliquis  
putet dubitationis habere. Non aderat illi copia sãctorum hominum, quo-  
rum assiduis colloquijs & institutione potuisset imbui: namque id patet  
impijssimus non sinebat: nec voluit Deus tam piam & religiosam animam  
non nisi ipsum solum habentem adiutorem sua spe & expectatione fraudare.  
Atq; ita ipse per se ipsum eam & docuit facienda ac omittenda, & suo Spiritu  
eam ad omnia confirmauit. Qui aliter sentit, derogat pietati diuinæ, dere-  
gat etiam peruulgatæ huius virginis existimationi & sanctimoniz. Hinc iam  
facit

facile potest intelligi, quod in themate nostro sequitur: *Decora sicut Hierusalem*, Talis enim vitæ integritas, talis morum venustas, talis virtutum ornatu, quid aliud est, nisi quædam species supernæ Hierusalem, vbi nihil non perfectum, non decorum, non suave est? Quod autem adiungitur, *Terribilis* Barbaræ terror vnde? enim tam sancta anima longè terribilior est tectis & malignis spiritibus, quàm vlla acies ordinata & ad pugnam instructa suis aduersarijs imbecillis & incompositis. Id verò multis est exemplis comprobatum.

Quam multi deploratæ salutis per hanc ipsam nostram sacratissimam martyrem (vt ceteros diuos taceam) ex ipsis dæmonum faucibus extracti sunt, non valentibus ipsi resistere, sed ad eius præsentiam nimium perterritis & in fugam versis? Terribilè autem eam facit dæmonibus gratiæ & gloriæ Barbara cur dæmonibus sit terribilis.

ab suo sponso ipsi collatæ: maxima dignitas, & insignis potestas qua nullo negotio & sui veneratoribus potest promptissimè opitulari, & vim omnè hostium tartareorum perfringere ac labefactare. Videtis iam vtrumque pèscularis paucis his quæ hætenus vestrīs in auribus loquuti sumus fratres amanrissimi, quam rectè quadrent in virginem ac martyrem S. Barbaram verba in initio recitata, quibus eam Christus, atque ad eam tota superbenedicta Trinitas affatur: *Pulchra es amica mea, suauis & decora sicut Hierusalem, terribilis vt* Cant. 6.

*castrorum acies ordinata.* Quæ tamen verba poterunt etiã nobis accommodari, si sacratissimam virginem pro modulo nostro erimus imitati. Et pulchri quidem sumus, si mundi amorem, qui animam deturpat, à nostris cordibus Pulchri vt efficiamur. excludamus, si mundi amicitiam quæ vana est, respiciamus, si delicias carnis fallaces profligemus, si ornatum seculi qui dehonestat animam in conspectu Dei & sanctorum eius contemnamus: si mentis fastum & elationem profunda humilitate præeamus, ac veris nos ornemus virtutibus, vt placeamus illi, cuius amore ad hoc viuendi institutum nos contulimus. Amici autem Amici Dei vt simus.

Christi sumus, si faciamus ipsius voluntatem, si puritati, & innocentia, & præcipuè castissimo amori nauemus operam. Suauis sumus, si placida morum honestate, & lenissima mansuetudine, atque optimis exemplis proximis quosque ad Dei cultum & amorem inuitemus, & vitia odire, iustitiam Suauis quoniam sumus. colere, præsentia despiciere, semper mansura inquirere doceamus. Sumus enim Ephes. 4. inuicem membra, & alius alium debemus modis omnibus adiuuare & prouehere ad meliora. Quod qui facere contemnit, & alijs est autor ac suador ad perpetrandam iniquitatem, suisque vel factis, vel verbis perdit animas Christi sanguine redemptas, omni latrone sceleratior est, dignus qui viuus flammis concremetur, nisi velit respicere. Porro decori sumus, si in omnibus medium seruemus, vt ne quid plus, ne quid minus faciamus: quod Decoros quoniam nos constituent.

ad discretionem pertinet, quæ est auriga virtutum, sine qua non possunt virtutes nomen tueri suum, sed abeunt in vitia. Denique terribiles sumus cunctis hostibus nostris, si veris armati virtutibus tanquam lorice nulla vi aut ferro penetrabilibus, capiti nostro Domino Iesu firmiter inhareamus, illius non nostris nitamur viribus, & totos nos in illum referamus, à quo habemus quicquid sumus. Hic iam in fine paucis vos admoneo fratres dilecti, vt præclarissimam Christi sponsam Barbaram vobis patronam asciscatis, eam quotidie aliquo pietatis officio veneremini, vt pote quam certi estis tam præcellum apud

pu<sup>d</sup> Deum gratiæ & amicitia<sup>e</sup> locum obtinere. Credite mihi, non erit ingratu<sup>m</sup> se pe<sup>ni</sup> inuocantibus, sed precibus ac meritis suis iuuabit eos apud Domini<sup>um</sup> Iesum qui uiuit per æterna<sup>m</sup> secula, Amen.

IN EADEM SOLENNITATE.

*Ut S. Barbara mundum contempserit Christi amore: & ut septem mirabilium in mundo hoc sensibili existentium contemplatione perueniatur ad cognitionem Dei, & ex Dei cognitione ad contemptum mundi.*

Sermo V.

**R**egnum mundi & omnem ornatum seculi contempsi propter amorem Domini mei Iesu Christi: quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi. Sollemnem diem virginis pudicissimæ & constantissimæ martyris Barbaræ agentes fratres mei, debemus illius felicitati ex animo congandere, & laudes debitas ac deuotas persoluere creatori pro maximis gratiæ & gloriæ muneribus, quibus eam tanquam charissimam filiam & amicam suam exornauit. Hac enim ratione nos quoque participes efficiamur eorum omnium quæ sanctis suis præstitit Deus, si pro illis ipsi laudes gratesq; agamus. O quam benignè, quam copiosè, quam amanter salutem nostram prouidit & consuluit Deus ac Dominus noster, qui præter alia multa & magna nostræ infirmitatis adinuenit certissimum nobis constituit præsidium in sanctis suis, quos in tanto apud se honore & amicitia<sup>e</sup> loco habere dignatur, ut nec velit nec possit quicquam vnquam ipsi serio petentibus denegare. Quæ propterea paucis præfari volumus fratres amantissimi, ut maiorem erga sanctos Dei fiduciam concipiatis, maximè eos quibus est sublimior apud Deum autoritas, ad quorum numerum etiam hæc præclarissimam virginem pertinere nihil dubitamus: de qua ut aliquid pro nostro more ad laudem Dei & vestri adificationem dicamus tractare placuit. Verba ea, quæ thematis loco supra recitauimus, hæc videlicet, *Regnum mundi*, &c. Quæ sententia breui quidem sed quæ admodum & quæ plurimum complectatur, virgo S. Barbara suum in Deum amorem testatur, cuius causa contempserit mundum & omnia quæ mundi ambitu continentur. Nimirum fecit hoc ipsa mirabili feruore & incredibili mentis constantia, idq; ea ætate, qua iam primum potuisset mundi huius bonis frui. Contempsit, inquam, & verè ex animo despexit regnum & gloriam mundi, seculi voluptates & vanitates, auri & argenti atq; omnigenarum opum fallaces & corruptibiles thesauros, & quicquid honoris, dignitatis, excellentia<sup>e</sup>, ornatus potuisset exhibere totus hic orbis, non maiori in præcio adducta est, ut hæc omnia sperneret, sed virgo prudens diuinæ gratiæ illustrata lumine intelligens in cælis repositas esse Deum amantibus & illius causa terrena quæq; proculcantibus immensas opes & bona infinita, quæ nec oculus vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, castissimo affectu regni æterni filio sponso suo Domino Iesu Christo placere concupiscens, & ad omnem illius voluntatem se componere sciens, abiecit & præpudians regnum mu-

Vt participes efficiamur eorum quæ sunt sanctis diuinitus collata.

S Barbara quæ feruenter mundum contempserit.

Esa. 64.  
1 Cor. 2.

mundi & omnem ornatum illius, propter amorem eiusdem ipsius Domini Iesu sponſi ſui. Atq; eo ipſo dubium non eſt, quin ſummè illi placuerit, eiufq; gratiam & beneuolentiam erga ſe, longè maximam prouocãrit. Si enim non carebit mercede ſua quiſquis calicem aquæ frigidæ Chriſti contemplatione pauperi cuiſpiam præbuerit, quomodo, non præcipuum apud Deum gratiæ locum obtinuit, quæ maxima & plurima mundi huius commoda, facultates ac dignitates, imò & ſeiſſam puriſſimo illius ducta amore ſpreuit?

Matt. 10.

Aliud eſt, ſi quis mūdum deſpiciat, aliud ſi id agat Chriſti amore. Multos inuenire eſt, qui grandia quædam & præclara moliantur, poſſintq; videri præcellentis apud Deum meriti eſſe: ſed quia hæc temerè faciunt, nec cupiūt per ea placere Deo, & illius obſequi voluntati, potiufq; vanum quid & caducum ſpectant, perdunt omnem laborem ſuum. Quam multa feruntur penè incredibilia de philoſophis, non inferiora illis quæ in geſtis antiquorum patrum aliorumq; ſanctorum hominum leguntur, & tamen quis neſciat oleum eos atque operam perdidiffe, q̄ Dei cauſa non fecerint, nec ſua omnia in illū tanquam ſinem vltimum retulerint? Quos propterea meritò ſtultos vocat Apoſtoloſ, quia ſeiſſos miris modis in hac vita excruciarunt & conſecerunt, nec tamen vllam apud Deum gratiam conſecuti ſunt: quia ſatis habebant, ſi ſe hominibus vendicarent, ſi humanis laudibus veherentur, ſi celebrè ad poſteros nomen transmitterent. Et certè pleriq; ex illis vſq; hodie non ſine laude & admiratione in hominum ore ac manibus verſantur, ſed quid hoc prodeſt miſeris iam apud inferos æterna morte damnatis? nec ipſa quoque hominum laus diuturna erit, quia nec mundus diu durabit: tum verò nulla omnino illorum memoria extabit. Longè igitur rectius, quia multo ſapientius iuencula nobilis & præclara Barbara mundi regnum & quicquid mundus habet contempſit quidem, ſed propter Chriſti amorem, nolens imitari ſtultitiam philoſophorum, ſed in tuto collocans depositum ſuum, videlicet in arce ſponſi ſui, quo fur non appropriat, nec tinea corrumpit. Et tamen ſi benè perpendamus, offert ſe hic quiddam admiratione digniſſimum quod ſummi Philoſophi omni ſtudio & induſtria ſua id aſſequi non potuerunt, q̄ tenera puella hæc aſſecuta eſt, veri ſcilicet Dei ſalutarem noticiam, & caſtum amorem. Cognouerunt quidem & ipſi Deum, quamuis non omnes, naturæ ſcintilla eis prælucente, cuius adminiculo etiam D. Barbara Deū cognouit: ſed illi, vt puto, mentis ſuperbia inflati, quia Deum cognitum glorificare noluerunt, repulſi ſunt & dati in reprobum ſenſum, euaueruntq; in cogitationibus ſuis, & vani ac miſeri facti ſunt, vaniſſimis hominum laudibus capeandis, & rebus infrugiferis ac ſuperuacaneis inueſtigandis dediti: At verò S. Barbara Dominum Deum ſuum cognoscere incipiens, totam ſe ad illum contulit, totam ſe illius ſeruitijs mancipauit, atque cum profunda mentis humilitate illius implorauit gratiam & illuminationem: ſicq; factum eſt, vt in Dei cognitione fieret certior multo quam philoſophi, atque eundem ipſum illius gratia adiuta feruentiſſimè amaret, & ſumma cum fidelitate ei perpetim adhereret, non hominibus, ſed illi vni placere cupiens: non vanam & fragilem, ſed veram & æternam gloriam ambiens, quam cæca & delira philoſophorum turba nunquam apprehendit. Poſtquam autem ad eam Dei

Vt multi grãdia operentur temerè, & abſque fructu. Philoſophi vt multa egerint admittenda] quidem, ſed infrugifera. Rom. 1.

Luc. 11.

S. Barbara vt præ multis philoſophis Deum perfectius cognouit. Rom. 1.

Φ. VI  
11

Vt misericordie seducatur, qui uerum diligunt.

D. Barbara unde ad Dei cognitionem peruenit.

Rom. 1.

Creaturae omnes ut habeant voces suas. Luc. 8.

Psal. 113. & 144.

Opera Dei ut nos excitent ad ipsius cognitionem & amandum. Mirabilia mundi septem quae sunt.

S. Barbara ut cognito creatore creaturis ualefecerit.

cognitionem & amorem excreuit uirgo sancta, iam facile poterat despiciere mundi uanitatem, summam inharens ueritati. à qua quisquis auersus est, & fluit in hac temporalia, & quanto putat se plus capere voluptatis & gaudij ex his infimis & caducis rebus, tanto fit miserior & calamitosior: quia uerbis sequitur, & uento uult explere animi sui desiderium, cui non iurisce nisi summum & immensum bonum, quod est Deus. Quod autem uirgo ingeniosissima ad eam Dei cognitionem nullius hominis adiuta ope aut institutione peruenit, equidem euenisse puto, quod studiosissime uersata sit in libro naturae & in rerum uisibilium contemplatione, de quibus Apostolus dicit, quod *inuisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur*. Sunt enim creaturae omnes irrationales tanquam uestigia quaedam creatoris, nec quicquam est in rerum natura, quod non aliquam praeseferat diuinitatis imaginem, habentque creaturae omnes uoces quasdam validas & sonoras, quibus perpetuo homines excitant ad cognoscendum & amandum creatorem, sed non audiuntur nisi ab illis qui iam intus uiuunt, qui cordis aures apertas habent, quas Dominus Iesus desiderabat in illis, quibus dicebat: *Qui habet aures audiendi, audiat*. Multi enim omnino surdi sunt & caeci, & oculos atque aures habentes, neque uident, neque audiunt, & cum omni momento ubique locorum ingens eis proposita sit materia Deum cognoscendi ac diligendi, tamen in suis semper manent tenebris, & à creatore tanto longius abcedunt & abijunguntur, quanto possent si uellent ad eum propius sese adiungere. Dolorosa res, & uel sanguineis ploranda lachrymis ad id insanitae deuolutas animas hominum ratione utentium, maxime Christianorum, quibus ea praecipua deberet esse cura, ut postpositis rebus omnibus & occupationibus superuacaneis, quales sunt quae circa augendas plus satis opes aut alia uitae habitus non necessaria tractanda negocia uersantur, id unum duntaxat omnino studio curarent, ut possent in creatoris Opt. Max. cognitione & amore proficere. Atque eo sanè prouocant, imò & compellunt nos, si dissimulare nobis stupenda Dei opera, quae in tota mundi fabrica relucet, quaeque nostris perpetuo oculis & sensibus sese ingerunt, licet pro dolor plerique nec aduertere uelimus. Et ut alia multa breuitatis causa praeteream, quid quaeso aliud loquitur nobis vastissima mundi moles, & immensa ac immanis magnitudo, nisi creatoris infinitam potentiam? quid stupenda mundi pulchritudo, nisi incomprehensibilem Dei claritudinem? quid infinita multitudo, nisi creatoris immensam bonitatem? quid situs convenientissimus, nisi summam Dei sapientiam? quid multiplex & admiranda operatio, nisi opificis Dei exquisitissimam iustitiam? quid moderatissima gubernatio, nisi profusam summi auctoris benignitatem? quid denique continua rerum sibi succedentium perduratio, nisi immortalis conditoris nunquam desituram aternitatem? Horum acuta & sedula consideratio, nisi plane fallor, acutissimam uirginem Barbaram in creatoris cognitionem perduxit, quo cognito amorem suum omnem penitus abstraxit à creaturis & totum ad creatorem adiunxit: sicut solent qui fornicem extruunt ligna primo supponere, eademque fornacem ab soluta remouere. Et quia non parum confert horum contemplatio ad percipiendum ac diligendum Deum, uolo de eis paulò copiosius dicere, ut ex eius fructum referre possitis. Primò, consideremus oro fratres mei mundanae fabrica

fabricæ immensam prope magnitudinem: quis vel intellectu assequi possit  
 quanta sit supremi cœli inferiora omnia ambientis moles & amplitudo: cœ-  
 li, inquam, empyrei, quod in principio fecit Deus, moxq; angelicis spiritibus  
 impleuit, ut esset illorum habitatio? Nemo profectò poterit ratione com-  
 præhendere, quantis extendatur spatijs: id quod facillimè probari potest  
 Theologorum & Philosophorum concordî sententia, dicentium quodlibet  
 corpus superius, in ordine elementorum & cœlorum decuplo maius  
 esse, quam inferius. Ponamus ergò terram, quæ infimum locum obtinet, non  
 nisi vnius miliaris habere magnitudinem, cum tamen certissimum sit ali-  
 quot millium eam obtinere quantitatem: inde sequitur, Aquam, quæ decu-  
 plo maior est terra, decem milliaria, aerem centum, ignem mille, spheram  
 lunæ decem millia, Mercurium centum millia, Venerem mille millia, Solem  
 decem myriades, Martem centum myriades, Iouem mille myriades, Satur-  
 num decies mille myriades, cœlum stellatum centies mille myriades, primū  
 mobile millies mille myriades, cœlum denique empyreum decies millies  
 mille myriades habere in magnitudine. Est autem myriades numerus conti-  
 nens decem millia. Ecce quanta resultat moles primi cœli, etiam cum terræ  
 non nisi vnum miliare tribuitur. Quis ergo numerare sufficiat myriades  
 illi tribuēdas, si pro rei veritate æstimeretur? Quod si tanta est mūdi à Deo solo  
 verbo creati vastitas & immensitas, qualis & quantus est ipse Deus noster,  
 quanta eius virtus & potentia, qui dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt  
 hæc omnia, nec laborauit cum conderet, sed subito ita ut voluit tota hæc  
 mundi corporei grandissima moles constitit, omnibus luce clarius clamans  
 sine intermissione: Admiramini, cognoscite, timete, diligite, colite Dominū  
 Deum vestrum, cuius voluntate producta sum ex nihilo, & quamuis vobis  
 incōprehensibilis sit mea magnitudo, tamen si creatoris immensitati cōpare-  
 tur, nihil est. Secundo, videamus mundi pulchritudinem, quæ tanta est, auco-  
 re Plinio, ut ab ipsa nomen accepit dictusq; sit mundus Latine, Græce *κόσμος*  
 quod ornatum significat, à perfecta absolutaq; elegantia, quod eo nihil sit  
 mundius, pulchrius, & ornatius. Potest hic similiter vtrumq; ratione colligi  
 immensam esse summi cœli claritatem & decorem, si aduertamus, quod ne-  
 dum philosophi, sed etiam sancti patres affirmant, quodlibet corpus supe-  
 rius decuplo splendidius ac elegantius esse, quam inferius, quod est de elemē-  
 tis & cœlis intelligendum. Itaque ne longa sit enumeratione vtendum, aspi-  
 ciamus saltem solis huius, qui tamen adhuc longissimis & quasi infinitis spa-  
 tijs à supremo cœlo distat, lucem & elegantiam, atque inde si possumus cœli  
 empyrei claritatem ac venustatem vel vtrumque meriamur. Imò sanè  
 sunt qui dicant tantam esse cœli empyrei ornatum & splendorem, ut si om-  
 nes stellæ cœli octauæ siue firmamenti haberent solis claritatem, nihil tamē  
 esset pulchritudo cœli stellati in cœli empyrei comparatione. Quæ est igitur  
 pulchritudo & claritas lucis increata, quæ creaturis suis quicquid habent lu-  
 minis & decoris præstitit? O cœcitatem pectoris humani tantam creatoris  
 lucem, tantam pulchritudinem nec aduertentis quidem. Tertio, aspiciamus  
 rerum creatarum multitudinem. Quis harum genera, quis species, quis indi-  
 uidua dinumeret? quis omnium & singularum multinarias formas, figuras,  
 operationes, efficiencias explicet? Et tamen in hæc omnia sese largissimè dif-  
 fundit

Mundi quā  
 fit immensa  
 magnitudo,  
 Gen. 1.

Psal. 148.

Mundus quid  
 clamer ho-  
 minibus.

Pulchritudo  
 mundi quā  
 ta sit.

Cœli empy-  
 rei quanta  
 sit claritas  
 & venustas.

Multitudo  
 rerum crea-  
 tarum quā  
 immensa sit

fundit ex natura sua Dei bonitas, nec quicquam aliunde habent bonitatem, nisi in ipso Deo omnis boni fonte. O quam immensa est illius infinitæ & incircumscriptæ essentia bonitas & liberalitas, quæ in tam innumeram rerum diversitatem sese effundere voluit. Potest, unusquislibet hæc secum diffusius cogitare: nos breuitati studemus, ne cuiquam oneri simus.

Rerum situs & ordo quæ concinnus sit.

Quarto attendamus rerum situm & ordinem longè decentissimum atque congruentissimum. Habent singula quæque locum suum ipsis accommodatum & conuenientem, & ut quæque digniora sunt, ita superiori & præstantiori sunt collocata sede. Quod præcipuè elucet in ipso cælo empyreo, ubi ordines angelorum & hominum beatorum nequam confusi & temerè permixti sunt, sed prout alij alijs sanctiores præstantioresque sunt, ita & digniorem continent locum. Sed & in ipso homine, qui minor mundus dicitur, pulcherrimam videre est membrorum dispositionem, in infimo loco pedibus collocatis, deinde tibijs, post cruribus, subinde ventre, mox pectore, hinc brachijs, postea collo, supremo loco capite: in quo ipso admirabili ordine primo sunt estot, supra os nares, supra nares aures, supra aures oculus, supra oculos cerebrum, quod est organum rationis. In alijs similiter rebus idem potest animaduerti, si non desit studiosa contemplatio. In quibus omnibus euidentissimè sese visendam offert inestimabilis Dei sapientia, quæ tantam rerum diuersitatem aptissimo colligauit ordine & locis quæque suis prudentissimè collocauit. Quinto, perpendamus rerum operationes & efficientiam. Habent singula quæque suas actiones ipsis à Deo assignatas, habent suas peculiare operationes, pro cuiusque dignitate & naturæ conditione singulis attribuitur ab æquissimo iudice Deo, qui ex distributiua iustitiæ suæ præscripto vnicuique rei secundum dignitatem & conditionem illius tribuit. Id verò quid aliud, quam Dei pulcherrimam & inuolabilem iustitiam nobis declarat, quæ ex æquo & bono cuncta moderatur. Sexto, contueamur totius mundi gubernationem, videamusque ut ex benignissima Dei ordinatione superiora intendant in inferiora, eisque suam communicent bonitatem, sine qua perdurare non possent. Ita angeli alij ab alijs purgantur, illuminantur & perficiuntur, inferiores videlicet à superioribus: & ipsi quoque impariuntur suos influxus prælati Ecclesiæ, per quos in vltima vsque Christi & Ecclesiæ membra sancti Spiritus gratia delabatur ac diffunditur, sicut ille Psalmi versiculus probat: *Sicut unguentum quod descendit in barbam barbam Aaron, quod descendit in ornam vestimenti eius.* Possent hæc per singula latius explicari, sed id nos vestra inquisitioni & industria relinquimus. Hinc verò profusissimam Dei benignitatem ac pietatem omnibus gratificari cupientem quis non intelligat? Septimo, contemplemur rerum per successiones continuas perpetuam durationem. Videmus terræ nascencia à mundi exordio annua reparatione permanenti cuncta item omnis generis animantia continuata generatione nunquam deficere: ipsam quoque mundi machinam & tempus iugiter perdurare licet in elementis & errantibus stellis magna sit repugnantia. Rogemus & nos Domini charissimi fratres, ut mentes nostras in sua fide sui que charitate illuminare adeoque cum sua sponsa sanctissima Barbara, stabilire dignetur, ut nunquam ab eo separemur, qui est benedictus in secula, Amen.

In homine ut singula membra aptissimo sint loco reposita.

Rebus creatis singulis ut propriae sint attributa actiones.

Mundi quæ sit admiranda & benigna gubernatio.

Psal. 132.

Res create ut perpetua successione perdurent.



PLANGITVR MONASTICÆ RELIGIONIS  
defectio & quibus possit eius redintegrari synce-  
ritas, insinuatur.*Sermo in Congregatione Patrum.*

**T**E elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris, de cunctis populis, qui sunt super terram, vt custodias omnia præcepta illius: & facies te excellentiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem, & nomen, & gloriam suam: vt sis populus sanctus Domini Dei tui. Deuteronomij 7. & 26.

Non adeo desipio reuerende, cæteri quæ colendissimi patres, vt de iniuncta obediētia, de rusticitate dicendi, de Latini sermonis exiguitate, aut vt de eruditionis defectu (quod exordiendo solent nonnulli) me excusent, quandoquidem omnibus constat vobis, nisi iussu, munus hoc dicendi me nequaquam obiturum. Ea propter si aliter atque velim, ipse sermo ceciderit, si hæserit lingua, si memoria dormierit, aut certè si Latini sermonis dictio vobis mea non placuerit, vestris hoc imputari volo paternitatibus, quæ horum inopiam apud mescientes compulsi, quo insipientiam vobis meam commonstrem. Nequaquam igitur iniunctam, ô patres, obedientiam subterfugio, nec minus opprobrium quam laudem pro obediētia recipere sum paratus: sed vnum hoc precor, si quid pro dolore cordis mei dixerò, si ex zelo, quo ad ordinem non iniuria trahor, effutiero quippiam, quod alicui displicerit, nemo in sui vel cuiuscunque suggillationem, nemo ex felle aut arrogancia id dictam putet. Possum quidem plus minusve dicendo hallucinari aut offendere, verùm dedita id opera facere, longè est à me alienum. Cæterùm, ne longiori paternitates vestras præfatione onerem, rem ipsam ad quam accinctus sum, aggrediar. Si per religionis nomen aut statum quo hodie religiosi dicimur, eos intelligimus patres colendissimi, qui communia vel naturæ, vel legis, vel Euangelij præcepta (ad quæ omnes iuxta temporis varietatem astringimur) sese extendunt, & præter ea sine quibus homini nõ est salus, sua in Deum pietate, vbertiori quæ deuotione, plus aliquid quam à Domino præceptum est, offerre gestiunt, inuenimus mundo nunquam hoc hominum genus defuisse, nunquam etiam non fuisse statum quo sese huiusmodi præceteris deuotiores, liberè ad ea quæ Domino forent beneplacita, exercerēt. Quocunque itaque nomine vocentur, hoc est, siue colentes, siue filij, id est, discipuli prophetarum, siue religiosi, siue discipuli Apostolorum, siue monachi, nihil refert, quandoquidem eadem res varia sortitur nomina, & cum res ipsæ antiquiores sunt nominibus, manent quæ semper eadem, licet nomina varietur, omnes quotquot in veteri aut nouo testamento ad eum viuendi modum, & ad hoc propositum se Deo mæcipauerunt, vt præter communia præcepta alios quosdam ritus, aliumque modum colendi Deum, & arctius abstractiusque seruiendi Deo sibi assumerent, in eo statu, quo hodie religiosos siue monachos cæsemus. Quo liquet antiquissimum planè esse statum religionis, in veteri quidem testamento celebrem, in nouo autem celeberrimum, atque omnium Christianorum primum. Proinde valde quadrat in eos adductum

Religiosos  
nunquam  
mundo de-  
fuisse.

Religionis  
statum esse  
antiquissi-  
mum.

hoc

Φ. VI  
11

Religionis  
monastica  
decor quan-  
tus olim  
fuerit &  
gloria.

Deforma-  
tio ac igno-  
minia reli-  
gionis ho-  
die quanta.

Apoc:

hoc Deuteronomij: Te elegit Dominus Deus, ut sis ei populus peculiaris, &c. Itaque consideranti mihi statam, decorem, laudem, incrementum ac honorem religionis monasticae, eum videlicet quem olim post aliquot tempora Christi in sui habuit renouato exordio atque progressu, & eum quem habet modo, quando nunc antiquata & contempta vilescit, magis flere libet, quam aliquando dicere. Quantus enim erat olim patres religiosissimi apud religionis alumnos feruor, quanta deuotio: sanctimonia, pietas, mansuetudo, misericordia, quantus denique & is communis pro virtute agor: Quare etiam Pontifices contempto diademate, spretoque purpura filij regum monasticis sese gaudebant subdere instructis. In omnium tunc ore erat religio, à nemineque satis poterat commendari. Excipiebatur perinde ac Dei angelus, vbi religiosus accedens, nec infausta sibi euenire posse putabat, quaecumque familia sua gens monachis habuisset. Paruuli eis offerebantur benedicendi, nec optimatum filij alibi quam in monasterijs educabantur. Iucundissimum erat videre gregem Domini velut apum examina numerosa. Crescebat nihilominus indies religio, & noua Domino castra quotidie construebantur. At patres optimi, videtur quam longè quaso nunc ab eo statu res planè in diuersum mutata sit. Perijt religio, perijt religionis honor, parumque abest hodie apud nonnullos, vt monachum non recenseant inter Christianos. Non minor est hodie monachii nominis ignominia & persecutio, quam fuit olim gloria. Contemnuntur, illuduntur, spoliantur, & quasi sacrificium in hoc fiat Deo modis omnibus persecutio illis inferitur. Verùm tanta hæc calamitas patres colendissimi, vnde in nos, vnde tanta venit despectio? Non aliunde profectò, vt reor, quam à Deo. Quam multi enim à primo seruiore nostro excidimus? Quam multi à prima charitate lapsi sumus? Certum est, quam vbique desloruerit labefactaque sit religio, apud nonnullos extincta penitus, licet iterum multi resurrexerunt. Nam vnde aliter hæc nomina reformatorum obseruantiumque inobuerunt, nisi quia & olim ipsi deformati aut non obseruantes (vt hodie multi inueniuntur) fuere? Itaque vbicunque lapsa est religio, propter nominis tamen venerationem, plausum & gloriam apud vulgum inaniter sibi vsurpabat. Inde donis Dei ac Principum liberalitatibus multi sunt abusi. Complures neglecto cultu spiritus in solis caremonijs gloriati, pierique tam misera tepiditate, tam periculosa inertia obruti, vt quid esset vitiorum, mortificatio, vix verbotenus scirent. Et licet spirituales fuimus vocati, vocemurque hodie, veruntamen quam longè discrepet à nomine virtutiorum, quæ interna ac spiritalis esse deberet, ipsimet vix aduertunt. Putabamus ante aliquot annos ex laudibus & opinione hominum aliqui nos esse, cum in oculis Dei essemus nihil. Eam ob rem Dominus quoque inuouisse multos ex ore suo videtur, quando quidem ad eò nobis cuncta inuestita, ad eò omnia contraria sunt. Quod nisi Deus se nobis inclementem ostenderet, nostram tepiditatem fastidiret, non fieret. Deo enim non protegentis, quis est qui in nos respiciat? Non protegit autem, quia, vt dixi, perijt in multis timor, perijt ordinis zelus, perijt cultus spiritus, atque (vt simul omnia dicam) ab intimis ad externa inaniaque reuoluti sumus. Non de omnibus hæc loquor. Scio congregationes multas bonam vitam in paupertate, in deuotione spiritus, ac simplicitate cordis agere. Scio etiam tepidis aut malis mixtis

fermè pœna inuoluimur omnes, simulq; opprobrijs hominum despici-  
 qa religionis nomen q̄ passim omnis olim honorabat, nunc generatim mū-  
 do despiciabiles atque exosos reddit. Quapropter parcite quæso parcite quæ-  
 so patres ineptijs meis. Tacere mallet, nisi quia semel cœpi, cogerer loqui. **Cant. 19.**  
 Non absque gemitu tamen loquendum est, & vestra ac bonorum omnium  
 pace. Tāta erat apud religiosos, & hodie adhuc apud plerosq; tanta est tepidi-  
 tas, tanta dissolutio, tanta discordia, tanta (vt ita dicam) partialitas, tanta de-  
 nique in eis vrgebat passionum malarum ac vitiorum immortificatio ac  
 proprius amor, vt bonorum etiam quorumuis nomen obfuscārit. Deinde,  
 si eorum vitam omnem spectaueris, præter externa quædam in vestibus re-  
 ligionis signa, nihil offendi, nihil poterat audiri, quo mundanis hominibus  
 præstarent. Quid igitur nunc mirum, si Dominus pariter nos omnes det in  
 sibilum, in stuporem, in opprobrium, & (quod non semel minatus est) in di-  
 reptionem cunctis gentibus? Quid inquam, mirum, si prophanis hominibus, **Hierem. 19.**  
 & honore & nomine nos inferiores habeat? quandoquidem mundanis ho-  
 minibus Deo deuotis, quorū est monachorum, qui deuotione, pietate ac  
 moribus præstet? *Ego, inquit, elegi vos, vt sitis mihi populus peculiaris præ cunctis*  
*gentibus, & ego ero fors vestra & hereditas, &c.* Probè & misericorditer quidem. **Deut. 7.**  
**Deut. 18.**  
 Multa enim in patribus his priscis singularia sui amoris officia erga se, multa  
 excellentioris gratitudinis indicia, quā nunc in nobis inuenit Deus, quare  
 singulari electione, & tam varijs totq; amoris sui titulis eos dignaretur. Mer-  
 ito præ cæteris mundi hominibus tunc monachi à seruitute, ab exactio-  
 ne, à tributo, & à reliquis mundi oneribus erant exempti, quando & ab a-  
 ctione mundiali erant liberi ac alieni, merito pauperum genuflexionibus ve- **Philip. 3.**  
 nerandi, quandoquidem eorum prorsus conuersatio erat in cælo. Amantif-  
 simi patres, hæc plangens dico, quia torquet me, non solum xui huius infel-  
 licitas, sed & desidia, & vanitas & dormitantia nostra. Quæ si vos quoque  
 (vt credo) torquet, non indignabuntur paternitates vestræ super doloris mei  
 aut super verborum excessu. Cæterum, quid iuuat, amandi colendiq; patres,  
 dolere, si nihil contingat emendari? Quæ consolatio est, si omnes simul plan-  
 gimus, si nihil inuenitur quo nobis medeatur? Huc igitur Reuerende, cæteri-  
 q; omnes venerabiles patres consilia conferte, & pro resuscitanda aliqua in  
 ordine nostro, si fortasse & ibi non nihil perierit, feruoris nouitate tractate. **Sinceritas**  
 Si nos ad Deum feruentes reuertimur, reuertetur ipse quoque ad nos. Ego **& feruor**  
 quid mihi in mentem subijt, non tacebo. Tria mihi videntur pro resuscitā- **religionis**  
 do feruore ordinis alumnis maximè necessaria. Primum & ante omnia ne- **per quæ tria**  
 cessarium, est Dei timor, quo omni loco omnitq; tempore, cum soli tum inter **redintegrari**  
 alios, vigilēs simus tam circa externa, quam interna nostra, ne prodeat ali- **valeat.**  
 quid ex nobis, ne intus aliquid nascatur, quo Deum quis auertat à se, aut **Timor Dei**  
 quod Dei præsentiam contristet. Timor enim Dei præsertim ille filialis, de **filialis quid**  
 quo loquimur, ab omni auertit se delicto. Itaque bono Carthusiano, quem **efficiat in**  
 admodum cuius fideli Dei seruo, nō hoc solum, tametsi maximè cauendum **homine.**  
 est, ne Deum à se excludat, ne Deum offendat, ne mortaliter aut venialiter **Fideli Dei**  
 delinquat, sed etiam ne gratiam illius (licet nullum interuenerit delictum) **seruo quid**  
 aut impediatur, aut negligat. Nam cum liberalissimus sit Deus, & sui totus pro- **summo opere**  
 fusuus, num exiguo nobis vitio dandum est, si non omni hora omni loco, **cauedum**  
**fit.**

M m m m

omni

Eccl 7  
Gratia ami-  
citiæque Dei  
quò nobis  
sit ambienda

Timor Dei  
quantum v-  
bique labe-  
factatus sit

Iob 1.

Exod. 16.  
Zach. 7.

Eccl. 18.

Propositum  
quale de-  
beat inesse  
verò Car-  
thusiano.

omni denique momento pro gratia eius nos extendimus? si non omni studio gratiam eius in nos vberiore prouocamus? Quod profectò tunc fieret, si in quouis negotio, si in quouis sermone, si denique in quocunque effusimus locovigiles, ne aliter atque illi placet, nos geramus, neve lucrum animæ nostræ (quod strenuò prudenterque agendo augere possumus) negligentia atque inertia nostra nobis pereat. *Quisquis enim Deum timet* (ait scriptura) *nihil negligit*. Vtinam disceremus saltem vel à negociatoribus, vel ab aulicis, quomodo virtutes & commoda spiritualia quaerenda, quomodo ve Dei gratia amicitiaque nobis sit ambienda. Illi enim non hoc tantum agunt, vt damna euadant, sed perquisitis ac peruestigatis etiam cunctis lucrandi occasionebus maxime moperere satagunt ne sibi lucri quippiam, quod accidere potuisset, è manibus labatur, ne tempus lucrandi ociosum prætereat, neve occasio data maiori fortunæ negligatur. Porro ijs, hoc est, aulicis, nullum satis graue aut molle censetur periculum, quod non veloces subeant, quo fidelitatem suam ostentent principi, nihil tamen propterea aliud quam eiusdem gratiam ac fauorem (quæ diuites se ac beatos æstimant) expectaturi. Certè non minoris æstimanda nobis est gratia Dei, non segnus aucupanda. Atque ad id dixi timorem Dei non solum cauere delicta, sed esse etiam sollicitum ac stentuum, quo nullam gratiæ diuinæ conciliandæ, aut agendæ negligat minuatur quis sibi occasione. Iam videte charissimi patres, quantum apud cunctos mortales, quantum apud religiosos, quantum denique (quod acius pungit) in ordine nostro labefactatus sit Dei timor. Iterum ne cogor meum vobis luctum ostendere? Vnusquisque suam nouit domum, vnusquisque suam prouinciã. Quotus quæso est in qualibet domo, de quo verè hodie prædicari possit, quod vir sit simplex ac rectus, timens Deum ac recedens ab omni malo? Quæ admodum generatim loquendo de monachis, quotus est hodie in plerisque locis, qui non pro cibo potuue, cum Israelitis contra Mosen, id est, prælarum obmurmuret, qui non suo detrahat, vel inuideat prælato, qui denique malè aduersus proximum suum non cogitet, qui suo obedientiam ac amorem sincere priori impendat, aut qui non machinetur aliquid mali in corde suo? Taceo quod post concupiscentias nostras multi imus, & vbi nobis leuissimum foret desideria nostra frangere, fatigamur, immortificationem nostram vbi que in collo, circumferentes, quam hoc vno turpi verbo etiam plerique exeuantes. Non est, inquit, hoc mortale peccatum. O si Dei vel cuius inisset timor, si diuinæ præsentis æstimatio, nulla occurreret ei disputatio, mortale ne an veniale esset peccatum, quandoquidem vnum perinde ac aliorum vitaremus: quippe cum nullum sit peccatum quod non execretur Dei timor. Et licet absque peccato veniali hic vitam agere nemini contingat, seruo tamen fideli, bonoque potissimum Carthusiano, hoc potest & debet esse propositum, scienter nulli consentire velle delicto. Nam peccare, & scienter atque vltro peccare, quam longo intersent intervallo, quis non videat? quò hoc sanctis omnibus alienum, illud omnibus commune. Plangite nunc patres, plangite super filios vestros, in quibus sanctus Dei timor aut recessit, aut friget: plangite quod pro bona parte etiam inter nostrates contentio, susurraria, inuidiæ, æmulationes, animositates interdum reperiuntur atque iurgia. Nonnullos habetis carnales, animales plures, spirituales (vbi veretur)

non ad d. multos. Plures habetis, qui de ocio, de somno, de cibo potuve, de vestitu, de domus negocijs, de fratrum defectibus, atque de suis inter se adinventionibus (vt cætera præteream) sciunt, loquuntur aut cogitant. De his (formido) bona est pars ordinis. Sūt alij qui solutis vtcūq; horis & ordinis debitis, deinceps externis suis vacāt, nihil profus de internis, parū de meditatione aut cōtēplatione, parū de oratione mērali aut exercitijs spiritus sciētes: verūtamē si alioq; sunt innocētes, tolerādi atq; iuuādi sūt: neq; n. omnia possūmus oēs. Attamen, quod dixi, de consummatis in Dei timore monachis, quam pauci videre sunt inter nos? Ea propter religiosissimi patres, benefecerit vnusquisque vestrum sibi commissos ad Dei semper timorem erigere, quo diuinæ præsentia reuerentiam in oculis semper habeant, nihil nisi quod in Dei gloriam queat referri, præsumant: non leue aut tanquam veniale peccatum quodcunq; quod Deo displicet existiment, quia reuera leuissimi est cordis, vtrō atque scienter agere quæ Deo contraria sunt, quasi leue aut parum sit offendisse Dominum. Non leue erit profectō illis quicumque hæc leuia putauerint: ac qui cum gemitu nunc, quæ olim parui æstimabant, plangūt errata, his à Domino misericordia veniet.

Alterum ad spiritualem vitam, necessarium est amor. Neque enim hic sumus tantum, vt peccata vitemus, sed vt desiderijs proprijs etiam cum desiderio atq; gaudio moriamur, Dei amicitia delectati. Ad quæ profectō amor est instrumentū potentissimū ac suauissimū, vt pote animæ in via Dei omnino collens impedimentum: quo gaudia ei terrena despiciant, quo spiritui caro subdatur, quo passiones quiescant, quo aspera fiant leuia, & quæ natura erant horrida, cum desiderio amplexētur. Hic amor de peccatis non habet sollicitudinem ( ab his enim iam dictus timor vigilans & ex amore confortatus atque suavis effectus animam propugnat ) sed effluit & se dilatat, zelans pro honore dilecti cum sui etiam contemptu. Se enim cupit nesciri, vt ille prædicetur: se gaudet confundi, vt ille honoretur: se amat postponi & negligi, vt ille præferatur. Denique vt ille ab omnibus ametur se desiderat ab ijs atq; contemni. Amor priora ac vetera parui pendens, ad anteriora & optima quæque se semper extendit, semper noua meditans, semper perfectiora inquirēs, quibus placeat Deo. Hoc enim sibi studium familiare habet, hoc sibi indeficiens ac inge desiderium, videlicet magis ac magis placendi Deo, Amor nunquam solus est, sed comites secum adfert longè omnium suauissimos. Tres namque comites, tres inquam, condiciones secum adfert amor nobilissimas. Prima, q. hominē sui ipsius facit immemorē, abstrahēs illū à seipso in cōtinuā dilecti memoriā, adeō vt post hæc hoc solū cogitet, hoc solū expectet, hoc solū implere cupiat, quicquid voluerit Deus. Altera cōditio est, q. hominē in profundissimam sui ipsius cognitionem deprimit. Vt quicquid sibi fiat siue laudis siue opprobrii, nihil ad se trahat, hoc est, nullo moueatur neque gaudio neque merore. Quippe cum seipsum haud aliter atque nihil æstimet, inde quicquid sibi fit ab hominibus, quasi nihili aut ei qui non extat factum sit accipit. Solum enim eum qui verē est, & qui solus est, & qui solus in eius viuūt memoria ac voluntate, amat ac cogitat. Tertia est cōditio, quod adeō reddit hominem tranquillum, adeō serenum, vt inter quæuis adueria, inter quoscunq; euentus mirum in modum sit in corde quietus, atque in ea pace con-

Quō subdiū ad timorem Dei sint cōtēgendi.

Amor quā sit necessarius ad spiritualem vitam.

Amoris effectus multipliciter.

Amoris cōditiones tres quæ. Oblitio sui.

Cognitio sui.

Quies quā ex amore proueniat.

Bona mala  
que quō de  
manu Dei  
accipienda  
sunt.

Amoris fi-  
delitas ac  
fortitudo  
in quo ma-  
xime probe-  
tur.

Luc. 10.

Exercitia  
spiritus quā  
sunt neces-  
saria.

Vita abstra-  
cta quantū  
spiritui ad-  
ministratur

Priores ora-  
tione potius  
quā discursu  
monasterii  
gubernare  
debent.

constitutus, qua nullius rei sciuerit discrimen, nullius voluerit optionem nisi quod hoc ei præstantius, hoc semper melius existimatur, quod dilectius aut voluerit aut admiserit. Admiserit, inquam, Nam Deus & mala quædam admittit, quæ nihilo secius dum admittit, ab eius voluntate procedunt. At quō Deus inquis, vult mala? Nempe, vult illa non vt impij eadem faciant, sed vt boni & amici sui ea tolerant. Propterea quod dixi, bona malaque de ma-

nu Domini tanquam illius beneplacita Dei amicus accipit. Non vt bona ac mala inter se comparata ita crudè, æqualia & sine discrimine iudicet, sed quod eo modo bona, quō mala non ab hominibus, sed à prima causa, hoc est, à Deo omnipotente, à sapientissima eius prouidentia, à beneuolentissima eius manu, ab amantissimo, ac paterno eius corde accipiat, in quo omnia in-

differentiè contemplatur, in quem omnia refert, quem denique in omni- bus cogitat ac videt. Et idè referata omni proprietate, videlicet volendi, amandi, optandi aut nolendi, hoc solum amat, quicquid ab iustissima Dei sententia sibi senserit missum. Inde fit quoque, vt de nulla re saltem in in- teriori homine, perturbetur. Amor hic non est necesse vt sentiat in corde,

quia non in sensu aut in cordiali suauitate fluxione percipitur, sed est amor rationis ac voluntatis, cuius fortitudo, constantia, fidelitasque manifestatur in abnegatione omnis proprietatis, in mortificatione alterius cuiusque amoris, in resignatione plena sui ipsius, in carentia omnis commodi & consolationis. Siquidem huius exercitium est in carento & patièdo. In carento quidem omni consolatione interna & externa, in patièdo verò omnem derelictio-

nam à Deo quam ab hominibus. Qui eiusmodi sunt, vni soli necessario inha- rent, vnum necessarium longanimitè expectant, pro cuius amore hic inter angustias, inter perplexitates ambiguas, inter tentationum procellas fluctuant, & in quadam caligine relictis, ac nudæ fidei innixi, scire cupiunt solum (quam esuriunt & sciunt) voluntatem Dei beneplacentem ac perfectam. Hi vbiunque sunt, absconditi amici Dei sunt, licet mundo miseri ac contemp- tui videantur. Tertium pro religionis seu spiritualis vitæ reformatione neces- sarium est habere spiritus exercitia. Si enim spiritui desit exercitium, si de- sit cultus, labascit peritque protinus omne propositum bonum. Quod vt ma- triatur, coalescatque, necessaria sunt spiritui exercitia. Sint hæc aut oratio men- talis, aut meditatio transiens in affectum, aut aliud quoduis exercendi generis mentem excitans, liquefaciens & inflammans, iuxta cuiusque & ingenij & statum, & gratiam ac commodum.

Ad hæc vehementer adminiculatur vita abstracta à mundi negotijs, ab occupationibus animi nimijs, ab hominum familiaritate, à curis & sollicitudinibus exoccupata. Huic enim omnes nostri ordinis monachi, tum præcipue priores (quos cæteris exemplum dare monent statuta quietis & stabilitatis) sese debent accommodare. Non hic eorum excusationes recipimus, quæ tota die totoque tempore quaestionibus se caducis & terrenis implicat, quæ pro necessitate monasterij, pro officio amicorū, pro cura fratrum sic oporteat, quasi terrenis, temporalibus, atque ad eò externis tantum sic occupari cogantur, vt ad spiritualia eis temporis prorsus nihil suppetat. Habent procuratores, habent fratres laicos, quibus externa hæc committant: quarum opera monasterio vt fortunet, ipsi impetrent oratione. Ipsi quidem cuncta

regant, magis tamen oratione, quam discursu & occupatione. Ipsi oratione fruges serant & arbores. Ipsi oratione tueantur pecudes. Ipsi oratione totam familiam, atq; omne profusum monasterium gubernent, foueant ac protegant. Felicius fortiusq; olim in Amalechitas Moyses oratione, quam Iosue armis pugnavit: imò vt hic vinceret, ille oratione impetrauit. Pari modo hoc faciunt priores orationum suarum vbertate, quod cæteri exequuntur discursu & sollicitudine. Omnibus intersint officinis, omnibus assistant fratribus, nulli domus negotio desint orationum protectione. Oratione pericula abigant, oratione animas sibi creditas muniant, & sentient facto periculo plus sese oratione in quiete proficere, quam illa neglecta corpore & animo moueri.

Exod. 17.

Quod si inter homines euocati compulsive veniunt, ita ex eremo veniant, vt quisquis illos intuitus fuerit, in eorum simplicitate, innocentia, deuotione, ac mansuetudine adificetur. Quisquis viderit eos, cognoscat illos, quod ipsi sunt semen cui benedixit Dominus. Tunc namq; fratribus prodest priorum exhortatio, quando paupertas, simplicitas, vitæ abstractio, exercitiatq; spiritus eorum lucent exemplo. Hoc modo Deus faciet mûdi amicis atq; monasticæ vitæ hostibus eos venerabiles, si foris nihil de mundo præferunt, si honorem sui non quærunt, si solius Dei gloriam amant atq; zelantur, pro qua statuenda optant etiam ipsi despici & esse contempti. Itaque si verè conemur esse quod dicimur, si Deo gloriam suam contendimus restituere, & nos ad interiora conferre, potens est Deus pessimo licet hoc æuo, in benedictionibus suis nos protegere ac crescere facere in spiritualibus ac temporalibus bonis: quandoquidem qui primo quærit regnum Dei & iustitiam eius huic reliqua quoque adiciuntur. Det nobis Dominus noster Iesus Christus per huius vitæ laqueos, per laudes & persecutiones, per læta & aspera, per ignominiam ac bonam famam, per abundantiam & penuriam sic transire illatos vt regni quoque sui faciat participes ac cohæredes, qui est Deus benedictus in secula, Amen.

Excuntes inter homines quales se præstare debeant Prælati. E. ca. 61.

Matt. 7.

2. Cor. 6.

EXHORTATIO AD OTIUM VITANDUM ET ad Christi imitationem amplectendam breuis.

**O**mnis arbor que non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur. Quam studiosos bonorum operum esse nos velit Deus charissimamque feruentem atq; sollicitos, ne tempus nostrum otiosi atq; inutiles transigamus, nos reddi cupiat, nemo est vestrum qui nõ intelligat neque enim mala tantum opera vitat, sed desidiam otiam, acediam, socordiam atque negligentiam quoque prohibet, quãdo dicit *Omnis arbor que non facit &c.* Quid faciã inquis ne ocij sterilitatisve arguar? Christum debes sequi *Si quis (inquit) vult post me venire, abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me.* Non monachis hoc solis locutus est Christus, sed omnibus qui Christi nomen sibi vendicant, hoc est, qui Christiani & esse & dici volunt. Certe negotium tibi hic propositum est negotiosissimũ & opus omni studio ac labore plenum. Quod si verè amplecti volueris, non præteribit tempus quod ignauia absumas. *Si quis (inquit) vult post me venire,*

Matt. 9.

Ocij supra in quo consistat.

Manuum 3

Quis

Quis est quæso qui non velit post Christum venire? omnes quotquot Christi-  
 ani sumus, in baptismo ad hoc instituti sumus, in hanc militiam iurauimus  
 omnes vt sequamur Dominum Iesum. Quid igitur nobis est agendum? Ab-  
 nega teipsum. Exue veterem hominem. Delectat ociari, nugarivè dele-  
 ctat, fortasse etiam proximo detrahere. Abnega teipsum, alteri ne feceris. Vi-  
 de quomodo alteri irascaris de te malum loquenti. Hoc modo quoque irasce-  
 re tibi quando de altero te sentis malè loqui. Abnega teipsum, idq; facito non  
 propter timorem hominum, nec propter honestatem tantum, sed propter  
 verbum Christi. Abnega teipsum. Christus sit tibi in corde, in cuius amore  
 abstineas malè loqui. Volebas ire ad iniuriam faciendam proximo. Volebas  
 ire ad adulterium. Delectabar te mentiri, fallereq; simplicem. In animoq; ha-  
 buisti quoduis peccatum aliud agere, quia delectabar: sed occurrit aduersari-  
 us in itinere tibi hoc prohibens, puta verbum Christi. Consenti igitur aduer-  
 sario tuo quamdiu es in vita, ne accuset te apud iudicem, & iudex te tradat in  
 carcerem &c. Abnega igitur teipsum, & concupiscentiæ tuæ adhibe frenum,  
 frenū hoc Christi sit amor, qui te detineat ne facias, quod alioqui facere volu-  
 uisti: fastidis cibum viliozem, concupiscis delicata, vis seruire concupiscen-  
 tiæ ac ventrem tuum tibi facere Deum. Ambis honores. Sed recole Christi  
 dicentem: *Discede a me quia mitis sum & humilis corde*, Annaduerte quia pro  
 peccatis tuis Christus se acetumq; gustauit. Dicis fortasse: Quid commodi  
 Christus habet, si ego à delicatis abstinuerō, si ieiunauerō, si desideria mea &  
 concupiscencias, quæ oblectarent mihi interdixero? Iam mihi salus parata est.  
 Iam pro delictis meis satisfactum est à Christo. Ultra quid ego me torque-  
 am? Non propterea te abnegabis, non propterea desideria praua vanaq; te  
 mortificabis, quod inde commodi quid offeras Deo. Neque enim tuis studiis  
 efficies aut operibus, vt ditior honoratior ve atque semper & fat & est, fiat  
 Deus. Nec tuis operibus absque Deo vel peccata redimes, vel comparabis sa-  
 lutem, omnino satisfactioe Christi egres sine qua nulla tibi est salus. Ac vide  
 ne hanc à te facias alienam, Christus pro te esurit & sitit, Christus non solum  
 Patri, sed tortoribus quoque obediuit, Christus semetipsum in omnibus ab-  
 negauit, Christus pro te amarissima quæq; passus est. Nunquid ideo hæc om-  
 nia egit vt quæcumq; tu agas iam sis saluus atque securus? An nescis quid tibi  
 præceperit? quid interdixerit? Non potest tibi esse salus quantalibet pro te  
 Christus sustinuerit, si eiusdem contraries præceptis, nec humiliter penitentia  
 id renouaueris. Verbum Dei vniuersamq; sacram scripturam perlege, & vi-  
 de quid tibi mandatum, quid prohibitum sit, ijs obtempera, & fiet vt Chri-  
 sti sit tibi salutifera satis factio. *Tolle crucem tuam*, aduersa videlicet quæcumq;  
 patienter amplectere pro Iesu amore. Quæ aduersa sunt, quæcumq; molesta  
 sunt, quæcumq; inuoluntaria tibi alioqui sunt, propter Christum fiant cha-  
 ra & voluntaria, vt inde illi placeas, non quia pateris, sed quia eius amore  
 pateris. *Tolle crucem tuam* inquit Christus, id est, quæcumq; angunt voluntariè  
 sustine, ac si ego tibi imponens eadem dicerem, hæc sustine propter me.  
 Noli vindictam cogitare. Noli pro malo malum reddere, sed dilige potius i-  
 nimos tuos, benefac ijs qui odertunt te, & ora pro persequentibus & calum-  
 niantibus te, *Sequere me*. Quomodo ego ambulauit (si vis Christi esse) oportet  
 &c.

Matt. 5.

Matt. 11.

Matt. 5.



& te ambulare. Vitam meam intuere, qui tibi viuendi exemplar factus sum, *discite à me, quia mitis sum & humilis corde*, opera nouisti misericordiae & alia *1. Thef. 2. Matt. 11.* quæ tibi præcepi, hæc non, sciendo legendo vè, sed operando implètur. Relinque contentiones de operum meritis, & an opera sunt bona, necessaria ad salutem? Quomodo præcepta mea implebis absque operibus? Sed non eo studio operari debes quasi coelum à me velis mercari. Nec trutinari quid merueris, debes, nec grandia æstimare quæ facis, Nihil felicitate dignum absque me agere potes, qui huiusmodi opera omnia tibi tecumque operor. Ego meritū efficio ac tibi dono. Tu ergo pro solo amore & ad obtemperandum meo beneplacito, atque vt placeas mihi opera bona fac. Arbitrari te prorsus nil equomodo gisse (quia reuera tua sunt opera nulla) & ex misericordia sola mea salutem facienda. tibi emendica, non tamen vt seignior propterea in benè agendo aut tepidior fias, sed vt vbi quæcunque poteris effeceris dicas, Seruus inutilis sum. Et non in aliquo opere, sed in sola mea bonitate nitaris atque confidas. Hæc imprime *Luc. 17.* tibi, & fiet vt arbor sis, non sterilis, & absque fructu: fiat fiat.

IN DIE QVO ORDINIS SODALITIO IUVGEN-  
dus est adolescens aliquis futurus monachus.

*Exhortatio,*

*Quis scopus, quisue religionis sit finis ab eo, qui monachus cupit fieri quaerendus.*

**O**fferentur regi virgines post eā. Legimus B. V. Mariā (cuius hodie est solēnis festiuatq; dies) oblatā à parētib. seq; ipsam Deo obtulisse in templū, haud dubium non aliam ob rem, nisi vt a mundi strepitu, à temporaliū turbine segregata Deo seruiret deuota, casto quoque puro corde illum amaret solum continuè eidem adhærens. Vixit autem ibi nullius rei temporalis curam habens aut administrans, vt potè pauper spiritu vixit sub obedientia pontificis, vixitq; cum proposito perpetuo seruandæ virginitatis, quādiu ex Deo aliud non iuberetur. Hanc tibi fili opto hortorq; quantopere possum fieri patronam ac matrem, quam veneratione deuota colas, cui studia tua honorumq; obsequia impendas, quam post Christum potissimè studeas imitari & diligas? Idcirco ab ea exordior, eam tibi, imò te illi commendās. Hæc namq; eius in templum illatio siue oblatio (quam præsentationem vocamus) desiderio certè huic tuo non parum arridet fili charissime. Quid enim nūc aliud petis, quam in templum recipi, Deo offerri, Deo dedicari, quo renuntiat omnibus quæ seculi sunt, relictis quibusuis negotijs, atque adeo posthabitis curis, vnum hoc agas, quid tibi desiderio & cordi est, vt à cunctis in quibus Dei honor non quaritur sis abstractus, & vni optimo bono (hoc est Deo tuo) viuas & vaces. Hic est enim fili situs religionis, scopus & finis, quem nunc quaris (si tamen nobiscum sincerum habes propositum viuendi) quem semper ante oculos habere debes. Neque enim quotquot hic sumus propterea hic sumus, vt hoc vel illo genere colore, aut modo vestiamur, nec vt hos

*Religionis scopus.*

hos cibos vitemus illosq; sumamus, quamuis & hæc postquã itaque recepimus  
 nostrum institutum necessaria fiant vt obserues, tum propter corporis culti-  
 gationem, cui afflictio hæc corporalium exercitiorum ( vt sunt vigilia ieiun-  
 nia, abstinentiæ & huiusmodi ) necessaria est, vt caro domata spiritui ob-  
 diat, tum propter charitatem fraternam quam seruat vniformitas, diffor-  
 mitas diuidit, tum deniq; quia vbi per annum cuncta, hoc est, & quæ tibi sub-  
 eunda sunt, & vires tuas fueris expertus, promittes ( ne semper animi inli-  
 bilitate tenteris ) eadẽ te seruaturum. Cuius promissionis votiq; solennis ni-  
 quam poenitere licebit, nisi voti transgressor corã Deo malueris inueniri. Hic  
 itaque omnia quamuis ea tibi post professionẽ maxime obseruanda sunt, in  
 tamen ( quid dixi ) finis aut scopus propter quem huc venimus, sed instrumẽta  
 sunt tantum & adminicula quædã ad finem, hoc est, ad puritatem seruati-  
 tia cordis, quæ tamẽ puritas necdum vltimus est finis, sed in Deum adhuc vi-  
 tra referendus, vt propterea etiam pacem mundiciamq; cordis quaras, quo  
 Deum super omnia diligens toto eidem corde, tota anima, totisq; viribus  
 inhæreas. Hoc fili in animo sit tibi constitutum, vt si coram Deo, si in ipsa cõ-  
 scientia tua, siue in penetralibus tuis quare monasterium sis ingressus, fueris  
 interrogatus, nihil in te inuestigãdo reperire queas, aliud quam hoc, vt ab om-  
 nibus abstractus vbi Deus non inuenitur, toto corde eidem soli inhæreas

Ad scopum  
 hunc conse-  
 quendum  
 quæ neces-  
 saria

Tranquilli-  
 tas animi  
 quomodo  
 obtinenda.

Deo. Pro hoc autẽ fine non illud tantum erit necessarium vt mundi flagitia  
 operaq; carnis externa fugias, verum oportet etiam te impedimẽta spiritus  
 euitare, proscindere, atque occasiones tollere. Quod per exercitia efficies ordi-  
 nis, puta per mortificationes carnis & abnegationem spiritus, leue est enim  
 ferre ieiunia, solitudinem pati, tolerare silentium, abstinere ab esu carnum  
 ac verò sensum relinquere proprium, suam damnare voluntatem, alieno  
 subdi imperio, hocq; solũ quod prælati bonum aestimatur ( modo corã De-  
 um nihil iubetur ) amplecti, durosq; vt interdum fit aliorum suscipere alpe-  
 ctus, importunos odiososq; tecum habitantium tolerare mores, atq; denum  
 aliorum portare onera, ibi erit labor & afflictio spiritus. Hic certẽ sudare te  
 oportet fili, & teipsũ continere, vt ppter Christũ humilis, patiens, mitis fra-  
 ternaq; ornatus charitate sæper inueniaris. Videsne iam fili quam necessaria  
 sit monacho puritas cordis, si id velit propter quod vocatur monachus asse-  
 qui? Propterea namq; cordis multo maxime erit tibi necessaria puritas, vt  
 discas semperq; assuescas tranquillitatem & pacem habere in animo. Ad quã  
 nunquam peruenire te putes desiderijs tuis obtemperando, quasi tunc mole-  
 stia carueris vbi illis satisfeceris, sed eadem desideria in te persequendo, fran-  
 gendo, mortificando, teipsũ totum, vbi cunq; te senseris teipsũ non Deũ  
 querere, abnegando. Hæc autem puritas, hæc tranquillitas, hæc pax cordis  
 non in hoc sita est vt nihil aduersi patiaris, nemo tibi contradicat, nemo ar-  
 guat, nemo despiciat, nemo deniq; tuam sententiam aut voluntatem impug-  
 net, nemo impediatur, sed vt ad hæc omnia resignatus, libenter ea recipias, nec  
 inde turberis aut contristeris. Pacem itaq; intus .i. intra teipsũ querere de-  
 bes in corde tuo, vt tu te ipsum abnegare, perfecte relinquere atq; propter  
 Deum scias exire: neque etiam pacem tuam ponere debes in ore aut corda-  
 liorum, vt ad hoc velis respicere, aut frustra niti, quo cæteri tuam volunta-  
 tem aut tibi placentia agant aut loquantur. Nequaquam fili, sed potius non  
 absque

absq; tristitia magna id ferre deberes, vt alij se humiliando tibi seruiant, acquiescant aut obediant, propterea quod humilitatis & fructum & meritum hoc modo quæ tu tibi comparare debueras ipsi præripiunt. Cogita semper etiam in leuissimis rebus, quæ tamen contra statuta aut obedientiam & contra Deum non sunt, ego nolo habere propriam voluntatem, nec volo quod ex me alioqui ego vellem, sed quod cæteri volunt, melius est vt faciam voluntatem alterius fratris, quam ipse meam. Quid enim nocet mihi vt faciam quod ille aut ille vult relicto consilio proprio? Satius est me fructum obedientiæ ac abnegationis meritum colligere, quam alijs relinquere. Sic faciendo sibi habebis pacem multam. Hæc tamen omnia intelligi debent de sui abnegatione (quod prædixi) in rebus quæ licite sunt, & quæ sine discrimine aut fieri aut non fieri possunt, vt pote quæ neq; diuina neq; humana sunt lege prohibita. Alioquin dicendum foret si quispiam nos contra Deum, contra legem statutorum, aut contra iussionem prælati ad transgrediendum inuitaret, oportet Deo magis obedire quam hominibus. Quia in huiusmodi haudquaquam cedendum aut acquiescendum est cuiuscunq; importunitati, sed potius sustinendum quicquid occurrerit, ne contra conscientiam agatur, aut ne peccetur & offendatur Deus. Ita sibi mortificando propria desideria siue cū alijs siue soli fuerimus, cunctisq; in quibus Dei non respicitur honor abiectis, si tunc quæcunq; sunt aliena, hoc est, si ea quæ conscientiam nostram non vrgent, non discutimus, sed à corde proijcimus, si nulli creaturæ per amorem in heremus, ad puritatem peruenire possumus cordis, quam quærendam, sectandam, tenendam, vt nobilissimum instrumentum perfectæ charitatis omnibus modis tibi commendo ac suadeo. Exemplo beatissimæ ac pudicissimæ virginis Mariæ cuius cor in omni vita suæ ne minima quidem macula obfuscatum fuit, imo quæ ne semel quidem Deo displicuit, sed placuit semper. Jam igitur ad Habitum eas susceptionem, & para cor tuum ad Spiritus sancti receptionem, qui inuocabitur super te, cor tuum para. Quem sic opto recipias, vt eidem indiuisibiliter, inseparabiliter, inauertibiliterq; cōiungaris. Quod non tibi soli sed omnibus quoque nobis largiatur Iesus Christus super omnia benedictus.

Amen.

FINIS.



N n n n

INDEX